
3 1761 07833898 5

THESAURUS
RESOLUTIONUM
SACRÆ CONGREGATIONIS
CONCILII

Quæ consentanee ad Tridentinorum PP. Decreta, aliasque Canonici Juris Sanctiones,

MUNUS

SECRETARII EJUSDEM S. CONGREGATIONIS

OBEUNTE

R.MO P. D. CAVALCHINO

ARCHIEPISCOPO PHILIPPENSI

PRODIERUNT

In Causis sub annos 1735. & 1736. propositis

Episcopis, eorumque Vicariis, Causarum Patronis, ac aliis in Ecclesiastico Foro versantibus apprime utilis, & necessarius.

TOMUS SEPTIMUS

TRIPLICI INDICE

A DOMINICO MAINARDI


LOCUPLETATUS.



ROMÆ MDCCXLII.

TYPIS, ET SUMPTIBUS HIERONYMI MAINARDI

SUPERIORUM FACULTATE.


LIBRARY
UNIVERSITY OF TORONTO

INDEX
TITULORUM CAUSARUM

Quæ Anno 1735. & 1736. in S. Concilii Congregatione disceptatæ fuerunt.

Leopo-

M

N

O

P

R

S

Sves-

T

V

Die

Die Sabbathi 15. Januarii 1735.



N postrema Congregatione mox elapsi anni remanserunt indecisæ quinque sequentes Causæ, quas in hodierno Consessu, prævia reassumptione Folii tunc distributi, rogantur EE. VV. consueto sapienti Oraculo definire.

ACERRARUM, SEU MATHERANEN., ET ACHERUNTINA SPOLII. *Sess. 24. cap. 16. de Ref.*

An Capitula Ecclesiarum Matheranensis, & Acheruntinæ teneantur restituere Capitulo Ecclesiæ Acerrarum bona descripta, & contenta in inventario facto per bon. memor. Episcopum Positanum 30. Septembris 1723. in casu &c.

Affirmative.

ARIMINEN. MEDIÆ ANNATÆ. *Sess. 21. c. 7. de ref.*

An sit locus solutioni mediæ annatæ in casu &c.

Negative, & amplius.

ASSISIEN. CATHEDRATICI. *Sess. 21. c. 8. Sess. 24. c. 12. de ref.*

An Cathedraticum debeatur in casu &c.

Negative.

SABINEN. FUNERUM. *Sess. 25. c. 13. de ref.*

I. An Cadaver Mariæ Laurentiæ Valentini exhumandum, & restituendum sit per Archipresbyterum Parochiæ Terræ Cantalupi una cum cera, & aliis emolumentis ab eo perceptis Patr. Carmelitis ejusdem Terræ in casu &c.

II. An Cadavera Defunctorum sepelienda in Ecclesia eorumdem PP. Carmelitarum debeant ad illam recto tramite deferri, vel potius, attenta asserta consuetudine, prius asportari, & exponi in Ecclesia Parochiali in casu &c.

III. An in associatione Cadaverum ad eamdem Ecclesiam PP. Carmelitarum dictus Archipresbyter debeat sub sola Cruce dictæ Ecclesiæ tumulantis incedere, vel possit propriam elevare, & sub utraque incedere in casu &c.

Dilata ad sequentem.

Sess. 24. c. 6. Sess. 25. c. 9. de Ref.

SULMONEN. DISPENSATIONIS.

I. An, quibus, & ad quem effectum obstet homicidium, de quo agitur in casu &c.

II. An sit consulendum Sanctissimo pro dispensatione in casu &c.

Recurrat in casibus particularibus.

Sess. 24. c. 3. & 10. de Ref.

LANCIANEN. VISITATIONIS. Causa haec descripta primum in Folio diei 11. Septembris anni nuper exacti non potuit discuti nisi in subsequuta Congregatione habita die 25. ejusdem mensis, in qua, propositis hisce Dubiis videlicet..

I. An licuerit Archiepiscopo Lancianen die 16. Augusti 1733. indicere visitationem localem, & personalem in Terra Castrinovi in casu &c.

II. An comminatio censurarum contenta in edicto diei 22. Augusti ejusdem anni arctaverit Sacerdotes Petrum Crognale, Petrum de Fario, Julianum Crognale, Beniaminum Virgilii, & clericum Antonium Caporale, itaut citra incursum in excommunicationem potuerint resistere visitationi; *& quatenus negative quoad secundam partem*.

III. An Censurae sustineantur in casu &c.

IV. An post obtentam absolutionem ab excommunicatione per Sacerdotem de Martinis rite, & citra incursum in irregularitatem potuerint celebrare in casu &c.

V. An constet de attentatis commissis in spretum Decreti Eminentissimi Pro-Auditoris Sanctissimi, itaut sit locus eorum purgationi, & respective circumscriptioni sententiae declaratoriae incursus in irregularitatem per Archiepiscopum latae contra eosdem ecclesiasticos in casu &c.

VI. An mulcta pecuniaria contra eosdem ecclesiasticos lata die 7. mensis Decembris 1733. sustineatur in casu &c. -- responsum fuit -- Ad I. Affirmative, & amplius. Ad II. Affirmative quoad primam partem, & negative quoad secundam, & amplius: In reliquis dilata, & Archiepiscopus procedat omnino ad Visitationem, & Sacram Congregationem certioret.

Cum itaque Archiepiscopus obsequendo mandatis S. Congregationis dudum rescripserit, imperatam Visitationem, nemine reluctante, explevisse, quatuor praemissa Dubia, quorum resolutio dicta die 25. Septembris dilata fuit, decidenda modo, utraque parte jura sua afferente, proponuntur.

I. An Censurae sustineantur in casu &c.

II. An post obtentam absolutionem ab excommunicatione per Sacerdotem Epiphanium de Martinis, rite, & citra incursum in irregularitatem potuerint celebrare in casu &c.

III. An constet de attentatis commissis in spretum Decreti Eminentissimi Pro-Auditoris Sanctissimi, itaut sit locus eorum purgationi, & respective circumscriptioni sententiae declaratoriae incursus in irregularitatem per Archiepiscopum latę contra eosdem ecclesiasticos in casu &c

IV. An multa pecuniaria contra eosdem ecclesiasticos lata die 7. mensis Decembris 1733. sustineatur in casu &c.

Attenta paritione esse absolvendos, necnon dispensandos ab irregularitate ad cauthelam, & quo ad multam pecuniarium non esse molestandos.

FEREN-

FERENTINA. Communitas Civitatis Ferentini, ut rectius, & utilius gereret administrationem sibi libere commissam super bonis destinatis ad congruum stipendium Ludimagistri Grammaticam in publico dictæ Civitatis Gymnasio docentis, sub annum 1733. in Consilio legitime convocato, prævia edictorum affixione, & ad extinctionem candelæ Hieronymo Valeriano tanquam plus offerenti pro annuis sexagintaquinque locavit eadem bona, quæ ob temporum injurias, illorumque injustas occupationes jampridem sequutas ita fuerunt imminuta, ut anno 1716. nonnisi pro annua summa scut.50., subindeque pro solis scut.40. locata sint, quemadmodum ex concordi plurium testium depositione comprobatur. *Sess.22. c.5. de ref.*

Verum quia Joseph Calabresius juxta Decretum Eminentissimi Pro Auditoris Sanctissimi ab Episcopo per modum provisionis in Ludimagistrum deputatus, donec controversia inter eamdem Communitatem, & Episcopum exorta super jure Lud.magistrum deputandi, quod sibi libere competere asserebat Communitas, prædictam bonorum locationem utpote enormissime lęsivam statim impugnavit, & postea supplex institit coram hac Sac. Congregatione, irritam declarari controversam locationem, ideo ad utriusque partis instantiam Dubium infra describendum proponitur.

Episcopus in literis, quas ad Sacr. Congregationem dedit super altera controversia, de qua nupperrime disceptatum fuit in Congregatione habita die 4. Decembris præteriti anni, circa assertam læsionem pauca hæc subdit -- „ Quocirca aperiendo sententiam animi mei læsione enormissima in
„ prætenso affictu nulliter procurato per communitatem pro sc.65. bono-
„ rum redundantium fructus supra biscentium, nutibus Eminentiarum VV.
„ me subiicio.

Oportet igitur ex juribus utrinque circumferendis decidere.

An sustineatur affictus bonorum, de quibus agitur, factus per Communitatem post provisionalem electionem ab Episcopo factam in persona Josephi Calabresii in casu &c.

Non proposita cum sequentibus.

PANORMITANA SUBSIDIORUM DOTALIUM. Joannes Amadio, cujus natales solum fuit Civitas Panormi, in testamento sub annum 1688. condito hæredem ex asse scripsit Joannem Pavano, & Rizzo uxorem Joannis Francisci Gherardi ex Januensi Urbe oriundi, deindeque cavit, quod *Sess.22. c.11 de ref.*
„ dicta ejus hæres universalis teneatur, & obligata sit cum fructibus, &
„ proventibus proveniendis ex redditibus cum capitali ducatorum duode-
„ cim millium emendis nuptui tradere, ac maritare decem puellas Vir-
„ gines pauperes filias legitimas, & naturales natas, & procreatas de le-
„ gitimo matrimonio, ac de filiis Januensium, vel de filiis filiorum Januen-
„ sium, ita quod sit in electione dictæ ejus hæredis universalis quolibet
„ anno in dictis decem puellis modo, quo supra, eligendis includere, &
„ eligere, & nominare binas puellas virgines de hac Urbe Panormi, vel
„ commorantes in hac prædicta Urbe ad electionem, & liberam voluntatem
„ dictæ ejus hæredis, & suorum successorum „ sunt verba Testamenti.

Bernardus filius naturalis memorati Joannis Francisci Gherardi legitimis natalibus ex Principis rescripto restitutus, & inter Panormitanos Cives adscriptus supplicem Sanctissimo Domino Nostro porrexit libellum, in quo ponens, se in extrema paupertate versari, & esse gravatum quatuor filiabus, quarum tres in nubili ætate existunt, juxta testimonium, quod hac de re profert Parochus S. Andreæ de Fractis, postulavit, ut, prævia Apostolica dictæ testamentariæ dispositionis commutatione, subsidia dotalia singulis ex decem prædictis puellis quotannis assignanda in summa uncia-

 rum

rum viginti in dotem ejus filiarum per viginti annos erogentur, ex eo potissime, quod Franciscus, Joseph, & Joannes Valguarnera, & Gherardi, quibus utpote nepotibus, & successoribus memoratæ Joannæ Pavano, & Rizzo incumbit onus dicta subsidia dotalia distribuendi, sint fratres consobrini filiarum Oratoris.

Summus autem Pontifex primum exquiri jussit informationem Vicarii Capitularis, qui confirmans facti seriem hactenus expositam, subdensque, se nihil posse de paupertate, ætate, & impotentia Oratoris ad filias dotandas, earumque numero referre, quia Orator in Urbe Roma commoratur, censet, ejusdem Oratoris petitioni annuendum, si ea, quæ ab Oratore fuerunt exposita, veritate niti comperiantur; deinde vero instantiam remisit ad Sacram hanc Congregationem, quæ die 30. Augusti 1732. rescripsit -- „ Archiepiscopo pro meliori informatione circa assertam conjunctionem sanguinis legitime probandam per gradus distinctos, auditis etiam iis, ad quos spectaret jus nominandi puellas pro subsidiis dotalibus.

In exequutionem hujus Rescripti Archiepiscopus, excitatis Joanne, & Josepho, quibus competit jus eligendi dictas puellas, ut supra dictum est, refert, eosdem Oratoris instantiæ non contradicere, subindeque in hæc verba respondet - - „ Expletis itaque diligentiis, quas ad id adhibendas censui, „ veram Bernardi Oratoris parentelam cum successoribus Testatoris agnovi Orator ipse siquidem ex linea naturali patrem habuit Joannem Franciscum Gherardi Genuensem virum Joannæ Pavano. & Rizzo hæredis „ Testatoris, unde inter Annam Gherardi filiam ejusdem Joannæ hæredis, & præfatum Oratorem arctissimum consanguinitatis nexum, qui est „ in primo gradu, intercedere non ambigitur, ut ex tabula genealogiæ „ conspicitur. Animadvertendum vero etsi per lineam naturalem Orator „ ex Joanne Francisco Gherardi fluat, attamen eum legitimis natalibus „ restitutum per Rescriptum Principis ex documentis exhibitis jam fuisse „ liquido patet.

Hisce præhabitis, certum est in jure, quod puellæ, vel originem ex Testatore trahentes, vel de illius familia existentes ex verisimili ejusdem Testatoris mente aliis puellis extraneis præferendæ sunt in assequutione subsidiorum dotalium, quæ annuatim incertis puellis debeant assignari; quinimmo eadem subsidia dotalia, prævia Summi Pontificis dispensatione, ita per aliquod temporis intervallum cumulari possunt, ut ex illis conflari valeat congrua dos pro singulis puellis Testatori sanguine conjunctis, juxta plures Resolutiones ab hac Sacra Congregatione editas in *Romana applicationis Legati* 20. *Septembris* 1692. *in alia Romana Dotium* 2. *Octobris* 1717., & 24. *Septembris* 1718. *in Pistorien. Subsidiorum Dotalium* 22. *Septembris* 1731. & *in Camerinen. Subsidiorum Dotalium* 8. *Augusti*. 1733.

At adversus hæc, duo ponderanda proponuntur. Primo, filias Oratoris non esse Testatoris consanguineas, nec de illius familia, sed solum illegitimo consanguinitatis vinculo conjunctas cum prædictis Francisco, Josepho, & Joanne, itaut in hoc casu expendendum sit, num istarum puellarum favore ea militet verisimilis Testatoris voluntas, qua concurrente, Oratoris precibus annui posset juxta morem, quem laudabiliter servat Sacra hæc Congregatio. Secundo. Testatorem expresse demandasse, ut puellæ ad dicta subsidia nominandæ sint legitimæ, & naturales, & ex legitimo Matrimonio procreatæ; cum autem filiæ Oratoris licet ex legitimis ortæ natalibus eum tamen sortitæ sint patrem, qui illegitime, uti permissum est, procreatus fuit a Joanne Francisco Gherardi Januensi, hinc dubitari posse videtur, num ex natalium defectu earum patris ad controversa subsidia dotalia queant admitti. quippe quia Testator ad eas tantum respexerit puellas, quæ filiæ sint filii legitimè nati ex Patre Januensi; vel saltem colligi potest, Testatorem eas utpote natas ex patre illegitimo nulla fuisse prædilectione prosequutum. Pla-

Placeat itaque EE. VV. respondere.

An, & quomodo sit consulendum Sanctissimo pro assignatione subsidiorum dotalium, de quibus agitur in casu &c.

MILETEN. DISMEMBRATIONIS. Ante annum 1690. Bernardinus de Urso Archipresbyter Ecclesiæ S. Mariæ de Latinis in Oppido Aquarii Arenarum jampridem erectæ alteram administrabat Parochialem Ecclesiam S. Nicolai Loci Simiatorii prædictæ suæ Ecclesiæ, uti supponitur, unitam, sibi adjuncto subsidiario Presbytero, qui populo sub dicta Paræcia degenti Sacramenta administraret, cæteraque munia ad animarum curam spectantia exerceret. *Seff. 21. c. 4. de ref.*

Defuncto sub annum 1690. memorato Archipresbytero. Homines loci Simiatorii sub fundamento, quod populus Oppidi Aquarii Arenarum, & loci Simiatorii ascenderet ad mille, & biscentum Incolas, proindeque non posset ab uno, eodemque Parocho recte gubernari, quodque ob Flumen Hyberno præsertim tempore viam intersecans non posset aditus ab Ecclesia S. Nicolai ad alteram S. Mariæ de Latinis haberi, coram Episcopo Miletensi instantiam promoverunt, ut Ecclesiam S Nicolai ab Ecclesia S. Mariæ de Latinis dismembraret, seu potius separaret.

Existimans autem Episcopus concurrere causas approbatas ab Alexandro III. *in cap. ad audientiam de Eccl. ædific.*, & a Sacro Concilio Tridentino in *cap. 4. sess. 21. de reform.* ita decrevit -- ,, Visis ejusdem populi supplicationibus nobis humiliter porrectis earum Parochialium separationem, & dismembrationem petentis, necnon prævia informatione per nostram Curiam capta ex fide dignorum Testium depositionibus, ex quibus constat, preces veritati fundari, necnon Parochi hodierni consensu; considerans etiam, quod si talis separatio, & dismembratio fieret, cuilibet ipsarum Parochialium Rectori disjunctim congrua ad se substentandum honeste, & commode vivendum portio remaneret, ac omnia quæ ad dictam dismembrationem nos inducunt, veritate niti, dicimus, decernimus, & providemus, Parochialem Simiatorii cum omnibus suis Incolis, honoribus, & oneribus fore, & esse separandam, & dismembrandam ab Ecclesia Parochiali Aquarii Arenarum in perpetuum &c. destinantes tamen Rev Parocho Simiatorii duc. 60. super fructibus, & redditibus, & proventibus Parochialis Ecclesiæ Aquarii Arenarum per communes arbitros peritos æstimandos, & per Rev. Rectorem Aquarii, servatis servandis, assignandis.

Nunc vero post lapsum quadraginta circiter annorum Marius de Antona Archipresbyter Ecclesiæ S. Mariæ de Latinis assertam dismembrationem impugnat, contendens, servatas non fuisse solemnitates, quæ ad validam Ecclesiarum dismembrationem a jure communi fuerunt præscriptæ, tum quia in ea non intercesserit consensus Capituli Cathedralis, tum etiam quia Ecclesiæ S. Mariæ de Latinis utpote tunc suo pastore viduatæ defensor non fuerit deputatus, additque præterea, causas adductas pro ea obtinenda falsas fuisse, præsertim vero, quod ab afferto Flumine via, qua itur a loco Simiatorii ad Oppidum Aquarii, intercidetur, minusque ait veritate niti, quod annua summa tunc primum assignata novo Parocho Simiatorii in ducatis sexaginta, & postmodum in concordia anno 1726. inter ipsos Parochos inita ad annuos ducat. 40. redacta solvi posset a Rectore Aquarii salva ejus congrua.

His autem omnibus contradicit Simeon Marzanus modernus Rector Ecclesiæ dicti loci Simiatorii, qui separationem Parochiarum authoritate Episcopi factam pro viribus nititur sustinere.

Plures in hac Sacra Congregatione actum fuit de simili controversia *in Syracusana dissolutionis unionis* ad dirimenda gravia dissidia exorta inter populum

lum duarum Ecclesiarum Parochialium, quæ simul unitæ jampridem reperiebatur, proposita fuerunt duo hæc Dubia -- I. *An sit concedenda petita dissolutio unionis, itaut una Ecclesia remaneat independens ab alia, & quatenus negative*. II. *An sit indulgenda ex gratia* -- Rescriptum vero fuit: *Pro gratia divisionis juxta modum præscribendum ab Eminentissimo Præfecto -- ut in lib. 53. Decret. pag. 39.*

In Lunen Sarzanen. Dismembrationis, petita fuit rescissio duarum Ecclesiarum Parochialium, quæ per centum, & triginta annos conjunctæ fuerant; at non obstante, quod duobus milliaribus inter se distarent, quia Episcopus S. Congregationi exposuit, annuos redditus impares esse futuros congruæ sustentationi duorum Parochorum die 3. Maii 1703. responsum fuit -- *Locum non esse petitæ unionis dissolutioni*, ut in dicto *lib. 53. Decr. pag. 73.*

In alia itidem *Placentina* contendebant Homines Villarum *Silvæ, & Retorti* separari debere eorum Parochiam S. Mariæ ab altera S. Michaelis, cui ex parvo numero populi, & ex redituum tenuitate fuerat, uti afferebatur, unita, atque ad obtinendam petitam dissolutionem iis potissime nitebantur rationibus, quod parvus numerus Habitantium in dictis Villis notabiliter adauctus esset, quod inter Ecclesiam S. Mariæ, & Ecclesiam S. Michaelis intercederet Flumen impossibilem aliquando reddens aditum ab una ad aliam Ecclesiam, quodque demum ipsi parati essent augere summam annuam pro novi Parochi sustentatione necessariam; at contra opponente Parocho S. Michaelis, unam Ecclesiam ab alia non distare nisi per spatium unius milliarii, & prædictum Flumen per modicum dumtaxat tempus aliquando tumescere ita tamen, ut haud ægre quisque posset illud prætergredi, dummodo fieret pedagium juxta regulas artis, disceptatis binis hisce Dubiis - I. An sit locus dissolutioni unionis Ecclesiæ Parochialis Villarum Retorti, & Silvæ ab altera Ecclesia Parochiali Villæ Rompeggi; sive potius servanda sit unio in casu &c., & quatenus affirmative quoad primam partem. II. An modernus Parochus Ecclesiæ Rompeggi teneatur ex nunc restituere omnes redditus alterius Ecclesiæ Parochialis dd. Villarum Retorti, & Sylvæ pro sustentatione novi Rectoris in casu &c. - S Congregatio die 13. Aprilis 1726. ita rescripsit -- Cappellanus Curatus pro nunc constituatur in Ecclesia S. Mariæ Retorti expensis Parochi, & scribatur Episcopo juxta instructionem -- ut in lib. 76. Dec. pag. 180. & seq.

Et demum *in Causa S. Miniatis Dissolutionis Unionis*, postulante populo Parochialis Ecclesiæ S Reguli, ut dicta ejus Ecclesia separaretur ab altera Ecclesia S. Jacobi Pagi Balconevisii, cui ob reddituum tenutiatem adnexa fuerat, quamvis Episcopus, pluribus adductis rationibus, putaret esse petitioni annuendum, attamen ad Dubia hisce verbis concepta -- I. An sit locus dissolutioni unionis; & quatenus negative. II. An sit erigenda Vicaria perpetua in Ecclesia S. Reguli in casu &c. -- die 12. Dec. 1733. prodiit rescriptum -- Ad I. Negative. Ad II. Affirmative cum assignatione congruæ per Episcopum facienda ad norma Const. 7. S. Pii V., & cum collatione ejusdem Vicariæ per concursum -- illudque confirmatum fuit die 3. Julii superioris anni.

Episcopus refert, se audivisse collitigantes, qui se habuerunt remissive ad jura utrinque deducta in Processu in illius Episcopali Curia confecto.

Deliberandum igitur erit.

I. An dismembratio Ecclesiæ S. Nicolai Oppidi Simiatorii ab Ecclesia Parochiali S. Mariæ de Latinis Oppidi Aquarii sustineatur in casu &c.

II. An sit servanda concordia anni 1726., *& quatenus negative quoad utrumq.*

III. An locus sit novæ dismembrationi, sive potius deputationi Vicarii perpetui in dicta Ecclesia Simiatorii, & cum qua congrua.

IV. An sit locus restitutioni annuarum præstationum persolutarum, & a quo tempore in casu &c.

Die

Die Sabbathi 19. Januarii 1735.



Res sequentes Causæ, quarum prioris Resolutionem Eminentiæ VV. in Consessu habito die 15. labentis mensis, ita petente Paulo Lelotio Archiepresbytero Ecclesiæ Parochialis Oppidi Cantalupi, ad præsentem differri jusserunt, reliquarum vero discussio ob nimiam aliorum negotiorum molem ea die assumi non potuit: nunc sapienti EE. VV. oraculo definiendæ subiiciuntur.

SABINEN. FUNERUM.

Sess. 25. c. 13. de ref.

I. An Cadaver Mariæ Laurentiæ Valentini exhumandum, & restituendum sit per Archipresbyterum Parochiæ Terræ Cantalupi una cum cera, & aliis emolumentis ab eo perceptis Patr. Carmelitis ejusdem Terræ in casu &c.

II. An Cadavera Defunctorum sepelienda in Ecclesia eorumdem PP. Carmelitarum debeant ad illam recto tramite deferri, vel potius, attenta asserta consuetudine, prius asportari, & exponi in Ecclesia Parochiali in casu &c.

III. An in associatione Cadaverum ad eamdem Ecclesiam PP. Carmelitarum dictus Archipresbyter debeat sub sola Cruce dictæ Ecclesiæ tumulantis incedere, vel possit propriam elevare, & sub utraque incedere in casu &c.

Ad I. Quoad restitutionem Ceræ, aliorumque Emolumentorum Affirmative, reservata Quarta favore Parochi: Quo vero ad exhumationem, & restitutionem Cadaveris, ad Eminentissimum Episcopum juxta mentem. Ad II. & III. Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam.

FERENTINA.

Sess. 22. c. 9. & Sess. 25. c. 11. de ref.

An sustineatur Affictus Bonorum, de quibus agitur, factus per Communitatem post provisionalem electionem ab Episcopo factam in persona Josephi Calabresii in casu &c.

Affirmative.

MILETEN. DISMEMBRATIONIS.

Sess. 21. c. 4. de ref.

I. An dismembratio Ecclesiæ S. Nicolai Oppidi Simiatorii ab Ecclesia Parochiali S. Mariæ de Latinis Oppidi Aquarii sustineatur in casu &c.

II. At sit servanda concordia anni 1726. ; *& quatenus negative quoad utrumque.*

III. An locus sit novæ dismembrationi, sive potius deputationi Vicarii perpetui in dicta Ecclesia Simiatorii, & cum qua congrua.

IV. An sit locus restitutioni annuarum præstationum persolutarum, & a quo tempore in casu &c.

Ad I., & II. Affirmative. Ad III., & IV. Provisum in superioribus, & amplius.

ASCU-

Sess. 22. Decr. observ. & evit. in celeb. Miss. & in Dec. de Purgatorio.

ASCULANA DIMINUTIONIS ONERIS. Causa hæc descripta fuit in Folio Congregationis habitæ die 8. Maii superioris anni, ibique rationum momenta hinc inde concurrentia summatim exposita sunt. Ad Dubium vero ita conceptum „ An sit delendum onus applicationis, vel „ potius an, &, in qua summa augendum sit assignamentum in casu &c. „ *responsum fuit*: Dilata, & scribatur Episcopo pro meliori informatione „ juxta instructionem „ quæ fuit, ut idem Episcopus certiorem redderet Sacram Congregationem, de qua causa omnes duodecim Mansionariæ a clar. mem. Cardinali Bernerio Episcopo Asculano sub annum 1593. destinatæ nondum fuerint erectæ, an Canonici ante erectionem dictarum Mansionariarum Missam Conventualem canerent, illamque pro Benefactoribus applicarent; & demum, quot sint annui redditus Fabricæ Ecclesiæ; a quo administrentur, & cujus commodo cedant.

Episcopus ad hęc rescribit; primo, sex, & non omnes duodecim Mansionarias fuisse hactenus erectas, tum quia annui Ecclesiæ proventus non sufficiunt, tum etiam quia quatuor Mansionariæ absque Ecclesiæ dispendio ex piis Testatorum dispositionibus fundatæ sunt, & aliæ duæ ex Legatis infra breve tempus purificandis sint erigendæ; secundo ante prædictarum Mansionariarum erectionem non Canonicos, sed Cappellanos, qui erant a Canonicis, & Beneficiatis distincti, Missam Conventualem canere consuevisse diebus feriatis, ut constat ex veteri libro Constitutionum Capitularium, se autem ignorare, num eam pro Benefactoribus applicarent; tertio annuos redditus Fabricæ Ecclesiæ a duobus Canonicis a Capitulo quolibet anno deputatis administrari, eosque ad sexcenta scuta ascendere, atque quingenta, & septuaginta ex illis quotannis erogari in manutentionem sex Mansionariorum, aliorumque Ecclesiæ ministrorum, in stipendium Concionatoris, in sacram Supellectilem, & denique in reparationem Fabricæ, & domorum Ecclesiæ.

Postremo ita concludit „ Cum igitur introitus ad præsens superet exitum an- „ nuatim in scutis triginta, magisque superabit in futurum propter varia „ bonificamenta facta per Canonicos Administratores in Bonis Ecclesiæ, „ ipsaque Ecclesia post celebrationem Concilii Romani recipiat aliquid „ in colatione Beneficiorum in Mensibus Ordinarii pro media annata im- „ positum ab eodem Concilio in favorem Fabricæ, quod non fuit com- „ putatum cum supradicto introitu, & ascendere potest ad alia scuta tri- „ ginta quolibet anno, sine incommodo poterit sustinere onus solvendi „ scuta viginti, quæ constituunt eleemosynam manualem unius caroleni „ satis communem in hac Civitate, distribuenda Mansionariis pro hac ap- „ plicatione Missæ ab ipsis de novo facienda.

His itaque in facto superadditis, partes erunt EE. VV. definire.

An sit delendum onus applicationis, vel potius an, & in qua summa augendum sit assignamentum in casu &c.

Negative ad primam partem, affirmative ad secundam in annuis scutis 20. & amplius.

Sess. 24. c. 4. de ref.

ORTONEN. Cum Capitulum Cathedralis contenderet, subjectam sibi esse Ecclesiam Sanctæ Margaritæ appellatam de Suffragio, proindeque ad se spectare jus celebrandi solemniter in ea Missam die festo ejusdem Sanctæ, necnon funebres functiones peragendi, quoties ibidem cadavera tumulantur; & e converso Cappellani, quibus cura, & servitium dictæ Ecclesiæ incumbit, propugnarent, eam nullo jure subesse Capitulo, neque Canonicos consuevisse ullam in ipsa functionem Ecclesiasticam explere, ad dirimendas contentiones hinc inde exortas, die 18. Aprilis, & 2. Maii

1733

1733. propositum fuit Dubium infra describendum, cujus decisio, cum tunc dilata fuerit, & hodie a præfatis Cappellanis, nihil hactenus opponente Capitulo, humillime postuletur onus erit EE. VV., resumpto utroque Folio diebus mox indicatis distributo; respondere.

An constet de aliquo jure Capituli Cathedralis pro peragendis functionibus Ecclesiasticis occasione tumulationis Cadaverum, & die festo S. Margaritæ in Ecclesia, de qua agitur, vel potius jus faciendi dictas functiones spectet privative ad Rectores, & Cappellanos ejusdem Ecclesiæ in casu &c.

Negative ad primam partem. Affirmative ad secundam, salvis juribus Parochialibus.

SPOLETANA CAPPELLÆ, Administratores Seminarii Civitatis Spoleti, prævio Indulto Sac. hujus Congreg. sub annum 1712. vendiderunt Laureto Santino pretio scut.440. quædam bona in Castro Vallis existentia una cum duabus Ecclesiis, quarum altera in honorem S. Catharinæ, altera sub titulo S. Antonii Abbatis erecta est, necnon cum Eremo huic posteriori Ecclesiæ annexa, atque asserentes Bona prædicta, Ecclesias, & Eremum libere, & pleno jure ad Seminarium spectare, sese ad eorum evictionem obligarunt. *Sess.25. c.9. de ref.*

Contendente postmodum Episcopo Spoletano adversus Fratres de Santinis memorati Laureti hæredes, prædictam alienationem irritam esse, sibique exercitium ordinariæ jurisdictionis in præfatis Ecclesiis, & Eremo competere, & e contra authumante Communitate dicti Castri, suum esse jus deputandi eremitam in dicta eremo, die 9. Septembris 1730. proposita fuerunt in Sac. Congreg. hæc tria Dubia -- I. An venditio facta a Seminario Laureto Santino sustineatur; *& quatenus affirmative*. II. An deputatio eremitæ in eremo S. Antonii competat Fratribus de Santinis. III. An & quæ jurisdictio competat Episcopo Spoletano in dicta eremo, & Ecclesia S. Antonii in casu &c. *& rescriptum fuit*. Ad I. & II. affirmative. Ad III. competere delegatam.

At quia Capitulum Latheranense utpote Dominus directus dictorum Bonorum, & soli, inquo erectæ sunt memoratæ Ecclesiæ, acceptavit interea eorumdem Bonorum devolutionem ex eo, quo alienatio prædicta, ipso inconsulto, peracta fuerit, ac illa subinde concessit in Emphyteusim eidem Communitati Castri Vallis, propterea ab eadem Communitate hujusmodi juribus suffulta impetrato novæ Audientiæ beneficio, die 17. Novembris 1731. discussa fuerunt hæc alia Dubia -- I. An sit standum, vel recedendum a decisis; *& quatenus affirmative quoad secundam partem*. II. An sit locus liberationi a molestiis, *prodiitque resolutio*. Ad I. prævio recessu a decisis, venditionem non sustineri. Ad II. satis provisum in primo.

In sequelam hujus rescripti Fratres de Santinis postularunt coram A. C., ut pretium Administratoribus Seminarii pro memoratis Bonis, & Ecclesiis solutum sibi restitueretur, cumque sententiam petitioni conformem obtinuissent, præfati Administratores ita acquievere, ut assertum pretium statim restituerint; at subinde, liquidatis per Judicem subdelegatum expensis, & melioramentis in iisdem Bonis factis, quorum refectio prætenditur a Fratribus de Santinis, ad hanc evitandam dicti Administratores satius duxerunt instare pro facultate iterum de jure suo experiendi adversus Resolutionem ab hac sacra Congregatione præfata die 17. Novembris 1731 editam cumque exaudiri meruerint, proponuntur hodie infrascripta Dubia, quæ grave non erit Eminentiis VV. ex juribus circumferendis decidere.

I. An sit standum, vel recedendum a primo, vel secundo loco decisis.

II. An, & a quibus damna sint reficienda.
III. An, & a quibus debeatur Canonicis solutio in casu &c.

Dilata ad sequentem.

Sess. 25. c. 9. de reg.

TARANTASIEN. RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. Marianna Vvilliel cum quintumdecimum circiter ætatis annum ageret, die 5. Julii 1722. Religiosum habitum in Monasterio S Claræ induit, ibique die 6. Julii subsequentis anni solemnem de more professionem emisit. Sub initium autem anni 1731., elapso nempe ab illa die quinquennio, supplex postulavit a S. Sede, ut sibi liceret nullitatem ejusdem professionis utpote per vim, & metum a Jacobo Patre extortæ ordine judiciario proponere. Quare demandata Episcopo juxta morem confectionem processus, audita Antistite Monasterii, ab illo nuper ad Urbem transmisso hæc Oratricis petitioni faventia colligitur.

Primo, quod memoratus Jacobus vir ebrietati deditus post initas secundas nuptias, asperis adeo verbis, & quandoque etiam verberibus Mariannam e primo thalamo susceptam persequi cœpit, ut ipsa ad declinandam Patris indignationem sese receperit in prædictum Monasterium S. Claræ, ibique per aliquod temporis spatium in seculari habitu convixerit apud Monialem Mariam Christianam de Ruffin ejus Materteram.

Secundo, quod eadem Marianna amoribus Francisci Hospes viri æqualis conditionis illecta, tum antequam Religioni nomen daret, tum toto tempore Novitiatus meditata est, Matrimonium cum illo contrahere juxta reciprocam, quæ inter eos præcesserat, promissionem, sed variis artibus, subdolisque minis a præfata ejus Matertera Maria Christina, necnon ab Abbatissa Delescharaine, quin & ab ipso Jacobo Patre, cujus consensum exquiri curaverat, impedita est, ne quod animo conceperat, effectu assequeretur.

Tertio, quod eadem Oratrix recreationis causa extra Monasterium degens fraudulenter educta fuit ab Ecclesia S. Petri ad cubiculum Abbatissæ, ibique vi detenta, donec Religiosum habitum postularet, quod tamen nonnisi inter lacrymas, & suspiria, verbis neque integre prolatis, effecit.

Quarto, quod, emenso probationis curriculo, in quo palam ostenderat, se ad Regularem statum vocatam non esse, uti plures tunc temporis declaravit Novitiarum Magistra, ad Chorum traducta, ut consuetam votorum formulam pronunciaret, tot denuo lacrymis, atque suspiriis intercepta fuit, ut, cum nequiverit illam absolvere, ipsamet Abbatissa reliquum voce sua protulerit, indeque factum est, ut Moniales eo tempore necessarium crediderint, velo crates obtegere, ne scandalum populo in Ecclesia commoranti injiceretur.

Demum ad excludendam Professionis ratificationem affertur nonnullorum Testium depositio, ex qua constare prætenditur, Oratricem statim post illam emissam in proprio cubiculo tantis clamoribus ingemuisse, ut aliqui ab eorum strepitu commoti suspicantes, eam desperationi se tradere, ad Monasterium accurrerint; subinde vero eamdem non destitisse, conquestiones de metu sibi a patre incusso iterare & auxilium a quibusdam personis petere, ut ejus professio irrita declararetur.

His facto perspectis, Episcopus in literis, quas ad Sac. Congregationem dedit sub finem anni 1733. sententiam suam hisce verbis aperuit „ Annuentes petitioni prædictæ sororis Ulliel notum facimus D.N.D. Sanctissimo Clementi Divina Providentia PP. XII., nobis videri, prædictam Religiosam opus habere Restitutione in integrum adversus lapsum quinquennii, ut audiatur.

Dum

Dum autem in confectione Processus Jacopus Ulliel adhuc in humanis degens plures induxerit Testes, ex quibus contendit, probatum esse, non solum Mariannam ad professionem se minime adegisse, quin & plurimum exoptasse, ne monasticum habitum susciperet, multis in id collatis diligentiis, subindeque non semel conquestum esse, quod a filia sua Religionem ingressa derelictus fuisset, onus erit Eminentiarum VV. jura utrique circumferenda perpendere, ac sapientissime definire.

An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.

Dilata.

LUCANA APPLICATIONIS MISSÆ QUOTIDIANÆ. Ferdinandus de Carolis Ecclesiæ sub titulo S. Martini in Oppido Petræ Sanctæ existenti, si in Collegiatam erigeretur, legatum fecit scutorum mille illius monetæ, adjecto onere „ Di celebrare ogni mattina all'alba una „ Messa ed in questo mentre i Preti debbino in ogni modo dire d.Messa „ alla sopradetta ora, perchè si giudica, che d. deuari renderanno cin- „ quanta scudi l'anno, d. Testatore intende, e vuole, che quattro il „ mese siano delli Preti, che diranno d. Messe, e i due, che avanzano, del „ Sagrestano; ehe sarà di tempo in tempo, e in difetto, che d. Preti non „ eseguissero d. volontà, vuole, e comanda, che d. Rendita vada alli „ Padri di S. Agostino di d. Luogo, con il sopradetto obligo, ed in difet- „ to de i Frati ritorni alli Preti „ sunt verba Testamenti sub annum 1633. conditi. *Sess.22. Dec. de obser.Miss. & sess.25.c.4 & 5. de ref.*

In executionem hujus dispositionis Canonici memoratæ Ecclesiæ, quæ in Collegiatam post obitum Testatoris erecta fuit, dictum capitale scutorum mille ut supra relictum curarunt investiri in annuos census, deinde vero consueverunt deputare Sacerdotem qui Missam hora a Testatore præscripta quotidie celebraret, absque tamen onere applicationis, assignato illi annuo stipendio scutorum quadraginta quatuor tantum, quippe quia duo solvebantur Custodi Sacrarii, & alia quatuor ei, qui Missæ celebrandæ signum daret.

Cum vero sub annum 1710. clar. mem. Card. Spada tunc temporis Episcopus Lucanus in actu Pastoralis suæ Visitationis id deprehenderit, ratus, prædictum annuum stipendium scutorum quadraginta quatuor impar non esse etiam oneri applicationis, præcepit Canonicis, ut coram suo Vicario Generali, vel coram hac Sacra Congregatione rationes deducerent, ob quas Missæ Sacrificium pro anima Testatoris ad ea usque tempora applicacare omisissent. Quo Decreto edito Canonici præfati cæperunt Missam in Testatoris suffragium applicare, & in hanc usque diem sunt prosecuti ea contenti summa, quæ, detractis prædictis sex scutis Custodi Sacrarii, & Pulsatori æris campani persolvi solitis superfuit.

At nuper exponentes iidem Canonici, nonnullos ex prædictis censibus extinctos fuisse, eorumque capitale in summam scut.400. nondum tuto potuisse reinvestiri, adeout impræsentiarum, deducta summa scutorum sex, quæ solvitur præfatis duobus ministris, annua tantum scuta viginti octo remaneant pro Sacerdote Missam celebrante, sique in posterum prædicta scuta 400. investiri contingat, nonnisi scuta 42. circiter eidem Sacerdoti superesse possint, supplices postularunt ab hac Sacra Congregatione declarari, quod celebrantes dictam Missam quotidianam non habeant onus eam applicandi pro Testatore.

Fundamenta, quibus innixæ sunt præces Canonicorum, in eo potissime versantur, quod inverisimile sit, Testatorem voluisse onus applicationis injungere Celebrantibus, tum quia de illo nullam mentionem fecit, tum

tum quia censendum est, ejus mentem unice fuisse directam ad consulendum commoditati Artificum, & Agricolarum, tum demum quia stipendium scutorum 48. relictum pro celebratione Missæ quotidianę sub Auroram, si applicatio Sacrificii requireretur, non esset par oneri, perspectis gravi non minus incommodo, quam periculo contrahendæ infirmitatis ob intemperiem aeris in eo præcipue loco ante ortum Solis admodum insalubris, causa circumadjacentium Paludum juxta testimonium, quod proferunt tres Sacerdotes in oppido Petræ Sanctę commorantes. Quæ omnia fortius corroborari contendunt ab observantia adeo longeva, & immediate post obitum Testatoris subsecuta, dum ab eo tempore usque ad annum 1710 nunquam pro ipso Testatore Sacrificium applicari consuevit.

Iussus Archiepiscopus de hac re Sacram Congregationem edocere confirmata facti serie superius exposita, sententiam suam aperiens ita concludit; „ Quod primum dubium; An Canonici celebrantes teneantur ad voluntatem Legantis Sacrificium applicare, mihi quidem ad id adstricti videntur, tum quia eam fuisse Testatoris voluntatem præsumendum est, dum nihil contrarium expresse declaravit, ut pluries Sac. ista Congregatio decrevit; tum etiam quia eleemosyna scut.4. pro singulis mensibus, quam Testator supposuit celebrantem assecuturum, tertio major erat consueta eleemosyna manuali, unde abs re videtur, credere, quod testator hanc pinguem eleemosynam reliquerit celebranti intuitu solius incommodi horæ intempestæ, nulla habita ratione applicationis Sacrificii in suæ animæ suffragium. Quoad vero secundum dubium: utrum sit locus reductioni: mea sententia est, quod, nisi placeat EE. PP. obligationem summo mane celebrandi in horam tardiorem differre (quod equidem ęgreferent Oppidani assueti frui commodo d Missæ) petitę oneris moderationi benigne annuendum sit, habita ratione fructuum, qui exigi possunt ex scutis mille, & eleemosynæ, aliarumque expensarum pro missa horis intempestis, & cum valetudinis discrimien celebranda.

Pluries de hac materia applicationis Sacrificii actum est in Sacra Congregatione, & præcise in casibus, in quibus injunctum fuerat onus Missam certa hora celebrandi ad commodum Agricolarum, Artificum, & Peregrinorum editæ sunt Resolutiones declarantes, Cappellanum non teneri ejus Sacrificium pro anima testatoris applicare ut signanter in *Collen. Applicationis Sacrificii* 17. *Decemb.* 1689. *lib.*40. *Decret. pag.*3. *in Tricastinen. Applicationis Sacrificii* 8. *Augusti* 1711. *lib.*61. *pag.*358., *in Mantuana Applicationis Sacrificii* 19. *Novembris* 1708. *lib.*68. *Decr. pag.*458., *& in Novarien* 22 *Novembris* 1727. *lib.*77. *Decr. pag.*637. At perpendere oportet, Resolutiones hujusmodi prodiisse in iis casibus, in quibus juxta concurrentes circumstantias conjici poterat, testatorem noluisse onus applicationis injungere; Cum de cetero, ubi congruitas assignati stipendii, vel alia argumenta in oppositum militarent hæc eadem S. Congregatio censuerit, Sacerdotes jussos Missam celebrare certa hora teneri ad ejus applicationem pro anima testatoris; licet ab eodem hæc expresse in tabulis testamentariis demandata non legeretur, ut in *Alexandrina* 18. *Martii* 1719. *lib.*69. *Decr. pag.*43., *& in Cornetana* 23. *Junii* 1725. in qua testator legatum ita conceperat „ Lascia per ragione di legato al Capitolo, e Signori Canonici della Cattedrale di Corneto scudi mille, e ducento moneta, acciò li Signori Arcidiacono, e Canonici faccino obligo per se stessi, e per loro Successori in esso Capitolo di celebrare in essa Chiesa Cattedrale sei Messe basse per ciascheduna settimana in perpetuo ogni mattina all'alba per commodo de' lavoratori, e a tal' effetto li dd. scudi mille e ducento si ponghino a frutto „; ut in *lib. Decr.*74. *pag.*343.

Quo

Quo vero ad ſubalternam petitionem Canonicorum, qui ſupplices poſtulant, ut ſaltem reducatur onus miſſæ quotidianæ ad rationem eleemoſynæ perpetuæ, ſi pro anima teſtatoris applicandum fore Sacrificium declaretur, eorum ſane precibus favere videntur Reſcripta Sacræ Congregationis in *Prænestina* 15. *Februari* 1709. *in Romana* 6. *Februarii* 1734. *& in Nepeſina Reductionis Onerum*, ubi propoſito hoc dubio -- *An, & quomodo ſit locus reductioni onerum in caſu &c.* die 24. Julii anni mox elapſi reſcriptum fuit -- *Eſſe locum reductioni ad rationem eleemoſynæ perpetuæ, facta per Beneficiatum obligatione non petendi impoſterum aliam reductionem*.

Omnibus igitur inſimul ponderatis, deliberandum erit.

I. An Canonici Miſſam celebrantes juxta legatum Ferdinandi de Carolis teneantur eam applicare pro anima teſtatoris; *& quatenus affirmative*.

II. An, & quomodo ſit locus reductioni oneris in caſu &c.

Non propoſita eum ſequenti.

AUGUSTANA. Pluribus acceptis querelis de inhoneſta vita Sacerdotis Joannis Vvolfangi Baumharter, Ordinarius Auguſtanus eum prius, uti aſſeritur, paterne monuit, ut a ſuſpecta cum mulieribus conſuetudine abſtineret, deinde vero intelligens, monita nil profeciſſe, ad occurrendum ſcandalis, quæ in dies oriebantur, præcepit Joſepho Keller Decano Parochorum Civitatis Donaverthæ, ut ſuper delictis, quorum poſtulabantur Joannes, caute inquireret, ſnamque Epiſcopalem Curiam inſtructam redderet. *Seſſ.25. c.14. de ref.*

Ad normam ſibi traditæ commiſſionis memoratus Decanus examini ſubjecit undecim teſtes, quorum depoſitiones ad Curiam Auguſtanam ſubinde tranſmiſit, cumque ex illis, ac ex aliis quibuſdam documentis ſibi exhibitis putaverit Ordinarius Auguſtanus ſerta Joannis crimina ſatis probari, die 21. Aprilis 1729. ſententiam protulit, in qua ex cauſis ſibi notis condemnavit Joannem ad permutandum intra quatuordecim dies ſimplex Beneficium Primiſſariatus, quod in Civitate Donaverthæ obtinebat, cum altero ſimplici Beneficio in Liechtenau exiſtente, & poſtmodum non obſtante appellatione, quam Joannes a præmiſſo Decreto interpoſuerat ad Curiam Metropolitanam Moguntinæ, eum a Divinis ſuſpendit.

Verum quia præfata Curia Metropolitana, ſuſpenſionis tantum revocata ſententia, utpote lata poſt interjectam appellationem. Decretum edidit, quo, caſſatis appellationis proceſſibus, cauſam remiſit ad Ordinarium Auguſtanum, idcirco Joannes, qui neglecta ſuſpenſione prædicta, a celebranda Miſſa nunquam abſtinuit, citationem pro adeunda Signatura Juſtitiæ expediri curavit, qua pendente, juſſu ejuſdem Ordinarii Auguſtani mancipati ſunt fructus Beneficii Primiſſariatus ab eo poſſeſſi.

In hoc rerum ſtatu Procurator Fiſcalis ſæpedictæ Auguſtanæ Curiæ obtinuit ab Eminentiſs. Pro-Auditore Sanctiſſimi hujus Cauſæ cognitionem Sacræ huic Congregationi delegari; quapropter ex juribus utrinque circumferendis una cum Relatione præfati Ordinarii ad eamdem Sacram Congregationem tranſmiſſa, definiendum modo proponitur.

I. An ſuſtineatur Judicatum Curiæ Epiſcopalis Auguſtanæ in caſu &c.

II. An ſuſpenſio a Divinis, & reſpective incurſus in irregularitatem ſuſtineatur in caſu &c., *& quatenus affirmative*.

III. An ſit locus abſolutioni, & diſpenſationi in caſu &c.

IV. An ſit revocandum ſequeſtrum factum ſuper fructibns Beneficii Primiſſariæ in caſu &c.

Dic

Die Sabbathi 12. Februarii 1735.



RES Causæ, quæ priori loco mox describentur, cum indecisæ remanserint in Folio novissimæ Congregationis habitæ die 29. superioris mensis, in hodierno Consessu sub iisdem Dubiis definiendæ proponuntur.

SPOLETANA CAPPELLÆ.

I. An sit standum, vel recedendum a primo, vel secundo loco decisis.
II. An, & a quibus damna sint reficienda.
III. An, & a quibus debeatur canonicis solutio in casu &c.

Ad primum in secundo loco decisis; Et ad secundum, & tertium Ad Judices suos, & amplius.

LUCANA APPLICATIONIS QUOTIDIANÆ.

I. An Canonici Missam celebrantes juxta legatum Ferdinandi de Carolis teneantur eam applicare pro anima Testatoris; *& quatenus affirmative.*
II. An, & quomodo sit locus reductioni oneris &c.

Ad primum affirmative; Ad secundum affirmative arbitrio Episcopo.

AUGUSTANA.

I. An sustineatur Judicatum Curiæ Episcopalis Augustanæ in casu &c.
II. An suspensio a Divinis, & respective incursus in irregularitatem sustineantur in casu &c. *& quatenus affirmative.*
III. An sit revocandum sequestrum factum super fructibus Beneficii Primissariæ in casu &c.

Ad primum, & secundum affirmative; Ad tertium Doceat de paritione, & postea supplicet.

Sess. 25. c. 19. de Reg.

NEAPOLITANA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. Die 4. Decembris superioris anni discussum fuit, an Pater Cyrillus de Januario restituendus esset in integrum ad proponendam nullitatem suæ professionis utpote per vim, & metum sibi ab Angela ejus matre incussum extortæ. Sed cum ex documentis tunc allatis non satis excluderetur tacita professionis ratificatio, idcirco Sacra Congregatio rescripsit „ Dilata, & coadjuventur probationes.

Ad normam itaque hujus Rescripti modo proferuntur nonnullorum Testium depositiones, ex quibus prætenditur, satis constare, primo, quod memorata Angela obfirmato animo, donec vixit, metum Oratori injecerit, ne suæ professionis nullitatem in judicio deduceret, eique pluries dixerit, „ Che non movesse lite sopra detta sua professione, che altro non avan-

„ zareb-

„ zarebbe, che una perpetua lontananza da Napoli, facendolo assegnare „ in lontani Paesi, e se gli sarebbe fortemente opposta in detto giudizio „ di sua nullità di professione „: indeque factum sit, ut Orator coram dictis testibus, aliisque ipsius Amicis non semel conquestus fuerit „ Della „ pessima ostinazione di detta sua Madre, che così crudelmente lo per- „ seguitava, in volere, che in ogni conto permanesse in Religione, e „ non tentasse la nullità della professione, quale però dopo la di lei morte „ averebbe certamente intrapreso.

Secundo, quod, secuto sub annum 1730. prædictæ Angelæ obitu idem Pater Cyrillus statim protestatus sit advenisse tempus implorandi beneficium restitutionis in integrum adversus assertam Professionem quodque non potuerit nisi anno 1733. jura sua in judicio experiri, tum quia Superiores Regulares eum in diversas regiones transmiserunt, tum quia subinde fuit epilepsiæ ictu correptus, a quo sub dictum annum 1733. dumtaxat convaluit, uti una cum Medico deponunt memorati testes.

His igitur in facto superadditis, resumptoque Folio distributo pro Congregatione habita dicta die 4. Decembris proxime præteriti erit ab EE. VV. deliberandum.

An sit locus restitutionis in integrum in casu &c.

Affirmative, & amplius.

NITRIEN. Comes Joseph Illeshazy intra Aulam sui Palatii in Oppido Dubnieza Diœcesis Nitriensis habet Oratorium, quod prævia Episcopi licentia, aliquot ante annos fuit benedictum, deindeque ab Episcopo Dorensi Suffraganeo Archiepiscopi Strigoniensis juxta facultatem sibi ab hodierno Episcopo Nitriensi tributam ecclesiastico ritu consecratum, itaut pro anniversaria consecrationis die Indulgentiæ a Sede Apostolica concedi solitæ fuerint etiam impetratæ. *Sess. 22. Dec. de obser. & evit. in celeb. Miss.*

At post aliquod temporis intervallum contendente Parocho memorati Oppidi, in prædicto Oratorio Missam celebrari non posse festis solemnioribus, nec pulsari Campanas existentes in Turri dicti Palatii, nisi fundus constituatur pro congrua sustentatione Cappellani, qui ab eodem Parocho debeat dependere, & nisi Turris pro Campanis ad usum Oratorii distincta a Turri Palatii supra idem Oratorium erigatur, Episcopus, ad quem controversia delata fuit, ut certior fieret de statu controversi Oratorii, ejusque qualitate, Canonicum suæ Cathedralis deputavit, qui, inspecto iam Oratorio, ubi illud erectum est, distincte retulit, idem Oratorium sacra supellectili abunde instructum, duobus Altaribus, Sacrario, Cathedra, Subselliis, & Organo exornatum habere januam, per quam patet aditus non in viam publicam, sed ad Atrium Palatii, quod est muris circumdatum, itaut ingressus a via publica ad Oratorium non detur, nisi mediante Ostio prædicti Atrii, idemque Oratorium licet separatum a cubiculis Palatii habere muros, qui sunt iidem cum muris Palatii, & ex Choro haberi ingressum ad interiora Palatii cubicula.

Cum hæc a Canonico accepisset Episcopus, quia nonnulli sentiebant, prædictum Oratorium esse publicum, & licite consecratum, alii vero putabant, privatum esse, adeoque non potuisse consecrari, in hoc opinionum conflictu, satius duxit, exposita facti serie mox recensita, Sacram hanc Congregationem consulere, a qua die 3. Aprilis superioris anni rescriptum fuit „ Episcopo pro nova informatione, & signanter super circumstantiis ritus servati in asserta consecatione.

In executionem hujus rescripti Episcopus Nitriensis literas dedit ad Episcopum Dorensem, qui controversam Cappellam consecraverat, ejusque respon-

ponsum in authentica forma transmisit hisce verbis conceptum „ Pro ejus-
„ dem informatione refero, me occasione consecrationis Cappellæ Comi-
„ tis Illeshazy &c. (ne specifica quæque recensendo sim onerosus) omnem
„ omnino quoad situs loci admiserat, ritum in Pontificali Romano de
„ dedic. seu consecr Eccles. præscriptum (cujus rubricas alias etiam,
„ dum pro suffraganeali munere meo, diversa sępius Pontificalia obeo,
„ non modo quoad neçessaria & essentialia verum quoad convenientia
„ etiam, & consulta, quantum fieri potest, ex asse observare studeo) adhi-
„ buisse; Præterquamquod Cappella prænotata intra muros Palatii, seu
„ Castelli existente, in quantum me situs ejusdem reflectere possum, adeo-
„ que cicuitum haud admittente, Parietes ejusdem forinsecus non per to-
„ tum circuitum, sed anteriores tamen, & posteriores in superiori parte
„ juxta fundamentum, & in medio ter aqua benedicta sint aspersi, in-
„ trinsecus per totum circuitum, ter ut supra aspersis, item quod duo-
„ decim cruces intrinsecus per circuitum, non ad quatuor parietes Ec-
„ clesiæ, seu Cappellæ ad dictamen Rubricæ, verum Ara majore quar-
„ tum occupante, & tegente, ad tres nonnisi quatuor pro quolibet sint
„ depictæ, quos quidem defectus adesse consecratæ, & publicæ, sensu
„ su meo, salvo saniore, officere posse non credo, postquam Ecclesiæ non
„ aspersionibus evaderent consecratæ, secus etenim plurimæ Ecclesiæ
„ etiam Parochiales Actu cessare deberent esse consecratæ.

Porro ad ineundam deliberationem de eo, quod sit Episcopo super Dubiis mox subjiciendis rescribendum, cum neque pro parte Comitis Josephi, neque pro Parocho, aut ullo alio quidquam in jure circumferatur, opere pretium erit nonnullas sacræ hujus Congregationis Resolutiones ad dere iis, quæ ad decisionem hujus quæstionis late tradunt *Ric. decis. Cur. Archiep Neapolit. 78. par. 1. Ventrigl. in prax. Eccl. par. 2. adnot. 19 §. unic. Amostaz. de Caus. piis lib. 5. cap. 10., Pax. Jordan. elucubr. can. tom. 2. lib. 7. tit. 8. n. 5. Nicol. lucubr. can. lib. 5. tit. 33. num. 7. Pasqualig. de sacrif. novæ leg. tom. 1. quæst. 449: Monacell. in formular. legal. par. 1. tit. 5. form. 2. num. 6. & 7., & part. 2. tit. 13. form. 2. num. 41. Ursaya tom. 8. part. 1. discept. 13. & doctissime Eminentissimus Petra tom. 1. ad Constit. II. Paschalis II. sect. 1, n. 79.*

In *Vercellen.* facti summa hæc erat. Episcopus Vercellensis prohibuerat, ne diebus solemnioribus Missa celebraretur in Oratorio intra mœnia Castri Catallengi existente; at Comitibus de Catallengo exponentibus, idem Oratorium, esse sacra supellectili instructum ab immemorabili tempore in eo nocte Nativitatis Domini pluries celebratam fuisse Missam solemnem, Episcopos Antecessores illud visitasse, in eo administratum fuisse Sacramentum Confirmationis, & tandem publicum, & liberum ad illud haberi aditum, cum nocturno tantum tempore clauderetur janua prædicti Castri, Sacra Congregatio die 3. Augusti 1675. respondit, Oratorium esse publicum, adeoque licitum esse ibi celebrare festis etiam solemnioribus, ut in lib 29. Decr. pag. 124.

In *Compsana Censurarum*, cum Oratorium in Aula Palatii Baronis Castri Novi situm Ecclesiastico Interdicto fuisset suppositum, nec non prohibitum sacrosanctum Missæ Sacrificium ibi celebrari nisi doceretur de legitima facultate Apostolica, eo sub fundamento quod ad ipsum publicus non petebat accessus, ac intra septa Palatii positum existebat, itaut privatum, & non publicum dici deberet, memoratus Baro, & Scipio ejus filius postulantes ab hac Sacra Congregatione, prædictum Oratorium publicum declarari, ostendere satagerunt, idem Oratorium habere fixum Altare marmoreum, & Campanile cum Campana pro convocatione Populi ad audiendum sacrum, dicatum esse S Joanni Baptistæ, festum ejusdem Sancti Titularis solemniter çelebrari cum totius Cleri assistentia, ibique ere-

ctum reperiri Beneficium sub eodem titulo S. Joannis Baptistæ de jurepatronatus Baronum præfati Castri necnon procurationem Episcopo dictum Oratorium visitanti persolutam fuisse. Disceptato itaque inter cætera hoc dubio -- An interdictum emanatum per visitatorem sub fundamento, quod Oratorium, seu Cappella, de qua agitur sit privata, & non publica, sustineatur in casu &c. -- die 3. Maii 1704. rescriptum fuit-- Negative -- ut in *lib.54. decr.pag.216.*

Immo repropofita causa ad instantiam Episcopi Compsani existimantis, non convenire, nec licere, quod Atrium Palatii Baronalis pro libito claudi posset, quodque per Palatium ad Cappellam haberetur aditus, discussa fuerunt duo hæc dubia -- I. An aperiendum sit ostium Cappellæ in via publica, vel potius removendæ sint valvę impedientes ingressum in atrium. II. An liceat Baroni per Palatium ad Ecclesiam descendere in casu &c. -- Die vero 8. Augusti 1705. responsum fuit -- Ad I. negative. Ad II. affirmative in casu, de quo agitur -- ut in *in lib.55. Decr pag 292.*

In Nullius autem die 13. Januarij 1626. eadem Sacra Congregatio censuit ,, Committendum esse Ordinario, ut ubi Orator publico instrumento ,, se obligaverit semitam, qua itur ad Cappellam cuicumque liberam ,, in perpetuum servare, atque illius situs dominio, ac juri efficaciter ,, renunciaverit, declaret, Cappellam ipsam non comprehendi in De- ,, creto a Congregatione edito de privatis Oratoriis, petitamque cele- ,, brandi licentiam pro suo arbitrio concedat, ubi tamen prius dictam ,, Cappellam visitaverit, ac divino cultui peragendo aptam, ac decen- ,, tem esse compererit, atque itaut nullum hinc præjudicium inferatur juribus Parochialis Ecclesiæ ,, ut in *lib.19. Decr. pag.316.*

Et consentanee adhæc in *Saonen.* disceptatis binis hisce Dubiis -- I. An Ædes sacra S. Mariæ de Areneto sit Ecclesia publica, vel Oratorium privatum in casu. II. An constet de nullitate & injustitia interdicti, & respective suspensionis a divinis in casu &c. -- die 28. Julii 1724 rescriptum fuit -- Dilata, & fiat planta judicialis, & addatur III. Dubium juxta mentem -- sed proposita causa sub Dubio -- An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c. -- die 9. Septembris ejusdem anni prodiit Resolutio ,, Prævio recessu a decisis, quoad I. Ecclesiam esse publicam ,, facta tamen declaratione a Senatore Imperiali per instrumentum publi- ,, cum, se nullum jus habere in Area sita ante Ecclesiam, nec non quod ,, claves tam Ecclesiæ, quam Areæ prædictæ retineantur per Cappella- ,, num, & ad D. Secretarium cum Sanctissimo, quod Area non gaudeat ,, immunitate. Ad secundum, Affirmative, & amplius ,, ut in *lib.74. Decret. pag.355.*

Cæterum, quia gravior circumstantia concurrens in hypothesi ea esse videtur, quod Cappella de qua agitur, consecrata fuit, uti supra dictum est, ab Episcopo legitimam ad id facultatem habente propterea, si consecratio rite, & valide expleta judicetur, perpendendum erit, num ista, præcisis etiam reliquis omnibus circumstantiis, sufficiat, ut Cappella dicatur publica. Hoc enim est præcipuum discrimen inter Oratorium privatum, & publicum, ut primum sit absque Episcopi auctoritate erectum ad ornandum tantum, secundum vero Episcopo auctorizante ad publicum cultum destinatum, *Can. nemo. Can. si quis etiam. Can. placuit. de consecrat. dist.* 1. *Can. quicumque 16. quæst.* 1. *Fagnan. in cap. auctoritate, de censibus num.* 1. *&* 2. *&* 17. & egregie *Eminentissimus Petra in suis Commentar. ad Constit. Apostol. tom.1. pag.391. num.76. & seq.*

Omnibus itaque ponderatis, grave non erit EE. VV. respondere.

I. An constet de valida consecratione Oratoris, de quo agitur, in casu &c.

II. An idem Oratorium sit publicum, seu potius privatum in casu &c.

Ad primum affirmative. Ad secundum affirmative quoad primam partem, & negative quoad secundam; Imposita tamen obligatione Comiti Josepho restituendi apertas fores Atrii de die, & constituendi Cappellam congrue dotatam.

Sess. 24. c. 6. Sess. 25. c. 9. de Ref.

ROMANA COMMUTATIONIS VOLUNTATIS. Raymundus Innocentius Masetti olim in Romana Curia Advocatus in testamento sub annum 1624. condito hæredem ex asse scripsit Congregationem Divinæ pietatis, cui ut annuus hæreditatis redditus augeretur, injunxit onus vendendi omnia mobilia, & argenta, eorumque pretium in locis montium, seu censibus investiendi: Adimpleto autem hujusmodi investimento, præcepit, ut duabus ejus Neptibus Monasticam disciplinam jam professis annua præstatio scutorum novem pro qualibet solvatur, utque pia ejus dispositio tutius impleri possit, scuta viginti duo quotannis investiantur, & alia scuta viginti sibi retineat memorata Congregatio sub onere quinquaginta Missas singulis annis in ipsiusmet Testatoris suffragium celebrandi, & demum ex reddito superextante tot Puellæ in Monasteriis ab ipso designatis alantur r constitutis pro unaquaque earum scutis quinque quolibet mense, adjecta lege, quod consanguineæ, & affines testatoris in assecutione hujusmodi legati præferantur, iisque non extantibus, admitti debeant puellæ pauperes Advocatorum Urbis, & in earum deficientiam puellæ ex honestis, & civilibus parentibus procreatæ, exclusis filiabus artificum.

Defuncto sub annum 1726. cum hisce tabulis Testatore, Angela Magdalena Masetti uxor Advocati Horatii Postumi anno 1732. porrexit Summo Pontifici supplicem libellum, in quo exponens, se esse germanam sororem ejusdem Testatoris, ac post ejus obitum ex opulento statu in extremam paupertatem una cum ejus viro fere octogenario, & duobus filiis paulatim prolapsam esse, hæreditatemque a Testatore relictam ex avito, & paterno patrimonio provenire, humiliter postulavit, ut, prævia Apostolica dictæ testamentariæ dispositionis commutatione, totus hæreditatis proventus, qui ex investimento eousque peracto ad scuta 192. ascendebat in suam, & Familiæ substentationem converteretur, offerens eadem Oratrix assumere sibi onus celebrari faciendi dictas Missas quinquaginta, necnon solvendi prædictas annuas præstationes duabus puellis jam ad earum participationem admissis, donec educationis causa in eodem Monasterio permanerent; at cum eo tempore in contradictores se præbuissent Officiales prædictæ Congregationis ob detrimentum, quod ex petita commutatione eidem Congregationi obvenisset in præfato annuo legato scutorum viginti, Angela Magdalena ab ulteriori instantia abstinuit.

Nuperrime vero, cum altera ex duabus puellis, quæ in Monasterio ex redditu dictæ hæreditatis aluntur, professionem emiserit, proindeque vacaverit alterum ex annuis subsidiis, quæ eisdem puellis præstantur, eadem Angela, ad evitandam quamcumque oppositionem prædictorum Officialium, denuo supplicavit Sanctissimo Domino Nostro, ut firmo remanente annuo legato scutorum viginti ut supra relicto Congregationi Divinæ Pietatis necnon persolutis annuis præstationibus a Testatore suis neptibus in summa scutorum 18. assignatis, in reliquis pia Testatoris dispositio ejus favore Apostolica auctoritate commutetur; de qua re Sanctitas Sua Sacram hanc Congregationem consulit.

Eminentissimus Urbis Vicarius rogatus, eamdem Sacram Congregationem super precibus Angelæ Magdalenæ instructam reddere, suamque aperire sententiam, confirmata facti serie mox descripta sub finem ejus Relationis exponit, quod occasione Edictorum nuper affixorum pro invitandis puellis,

quæ

quæ concurrere vellent ad alterum ex præfatis subsidiis, comparuit Theresia Paluzzi, quæ (licet non inops) attamen uti affinis Testatori est ex eis, quæ cum prælatione vocatæ leguntur in testamento, subindeque votum suum sic profert „ Cæterum quod hodiernæ Oratricis instantiam, „ præter arctissimam sanguinis conjunctionem cum Testatore adstipulatur „ etiam mendicitas summa, ita quidem ut victum necessarium, & quotidianum sibi, filiis, & viro fere octuagenario Piorum eleemosynis non „ sine pudore comparare cogatur. In his plane gravissimis rerum, & „ personarum circumstantiis non desunt quam plura exempla, in quibus „ modernis etiam temporibus æquitas, & clementia sacræ hujus Congregationis commiserando pauperes Consanguineos pii alicujus Testatoris summo universalis Ecclesiæ Pastori consulit pro derogatione, & „ commutatione piarum dispositionum.

Præter æquissimum hoc Eminentissimi Urbis Vicarii judicium circumferuntur quoque jura, quæ Oratricis petitioni favent; his igitur perspectis, erit ab EE. VV. decernendum.

An, & quomodo sit consulendum Sanctissimo pro commutatione voluntatis in casu &c.

Consulendum Sanctissimo pro assignatione Subsidii vacantis Angelæ Magdalenæ, ejus vita naturali durante, necnon alaerius, quando, ipsa superstite, vacaverit.

FAVENTINA ONERIS MISSARUM. Societatis sanctæ Mariæ Angelorum Civitatis Faventinæ in Ecclesia Monachorum Cisterciensium jampridem erecta fundum sibi a Claudia de Scottis relictum sub onere tot Missas celebrandi, quot ex anno illius redditu possent celebrari, anno 1680. transtulit in eosdem Monachos, qui in instrumento desuper confecto promiserunt, se quolibet anno in Testatricis suffragium tercentas Missas celebraturos. *Sess. 22. Dec. de obs. [illegible] in celeb. Miss.*

Cum autem memorati Monachi ex libris accepti, ac expensi comperissent, ex dote dictæ Cappellaniæ percipi dumtaxat annua scuta viginti, prædictum onus in asserto contractu assumptum ad centum, & sexdecim Missas reduxerunt, juxta facultatem ex indulto san. mem. Benedicti XIII. eorum Præsidi tributam moderandi perpetua Missarum onera ad normam eleemosynæ constitutæ in annuis scutis sexaginta monetæ Romanæ pro quotidiana Missa; At memorata Societas hujusmodi reductionem statim impugnavit in Episcopali Curia, quæ ob non servatum a Monachis pactum de celebrandis unoquoque anno tercentis Missis, pronunciavit, competere Officialibus Societatis jus sibi vindicandi fundum in prædictos Monachos translatum sub conventione, quod „ alias deficientibus dictis RR. Abbate, & Monachis in exhibitione dicti adimplementi, & postquam „ semel judicialiter requisiti fuerint, possint eadem Societas, & Confratres pro tempore redire ad possessionem dictarum duarum partium Poderis sic per pactum &c. „ sunt verba præfati instrumenti.

Applicatione a Monachis postmodum interposita, cognitio hujus controtroversiæ ex Decreto Eminentissimi Pro-Auditoris Sanctissimi devoluta fuit ad Sacrum hunc Senatum, in quo discussis binis hisce Dubiis -- I. An reductio Missarum sustineatur; *& quatenus negative*. II. An sit exequendum Decretum Curiæ Episcopalis in casu &c. die 27. Februarii anni proxime præteriti prodiit Rescriptum -- Ad primum negative. Ad secundum, provisum in primo, & amplius.

Huic Rescripto acquiescentes Monachi intra terminum sibi præfixum solemniter declararunt, se malle controversum Missarum onus adimple-

re, quam assertum fundum dimittere. Verum in supplici libello inter Summaria precum deinde relato exponentes, proventus memoratæ Cappellaniæ adeo imminutos esse, ut impares sint dictarum Missarum oneri, die 3. Julii anni mox transacti ab hac eadem sacra Congregatione obtinuerunt Missarum reductionem ad rationem eleemosynæ manualis, quam cum Societas impetrato novæ audientiæ beneficio, modo impugnet, resumpto Folio Congregationis habitę dicta die 27. Februarii superioris anni necnon ponderatis Resolutionibus relatis per *Monacell. par.3. n.466. pag.83.* onus erit EE. VV. deliberare.

An sit standum, vel recedendum a decisis die 3. Julii 1734. in casu &c.

In decisis, & amplius.

Sess.25. c.9. de reg.

ROMANA NULLITATIS PROFESSIONIS. Balthassar Vigna in ætate novemdecim annorum constitutus, assumpto nomine Pauli Mariæ Regularem disciplinam Ordinis S. Joannis de Deo amplexus est, subindeque, elapso probationis anno, Professionem solemni ritu emisit, sed, nondum transactis duobus annis, prætendentes ad illam fuisse subdole inductum a Francisca Maria ejus matre adhuc in humanis degente, ejusdem Professionis nullitatem proponi curavit coram Eminentissimo Urbis Vicario, & coram Superiori Regulari, juxta præscriptum Sacrosancti Concilii Tridentini *cap.19 sess.25. de Regular.*, sententiamque petitioni consentaneam, frustra se opponente dicta Fancisca ejus matre, obtinuit.

Huic sententiæ statim acquievit Religio, emissa in Actis declaratione ab ea non appellandi: secus vero Francisca, quæ authumans multiplex gravamen sibi illatum fuisse tum ex eo, qua testes in confectione processus fuerint examinati absque Interprete, & interrogatoriis, quæ fuerant jam admissa, & producta tum quia rejecti fuerint articuli pro ejus parte in actis exhibiti, recursum habuit ad Eminentissimum Pro-Auditorem Sanctissimi, a quo remissa caussa in gradu appellationis ad hoc Sacrum Tribunal prævia discussione prætensorum gravaminum, cum de illis modo disceptari contingat, ex juribus utrinque afferendis deliberandum proponitur.

I. An, & de quibus gravaminibus constet; *& quatenus affirmative.*

II. An sint admittendi Articuli pro examinandis testibus tam in Curia, quam extra, & respective repetendi testes Religiosi cum interprete, & interrogatoriis in casu &c.

Ad primum, Provisum in secundo. Ad secundum affirmative.

Sess.24. c.1. de Ref. Mat.

BARCHINONEN. MATRIMONII. Josepho Bosons, & Eulalia Gelambi communi consensu propugnantibus, Matrimonium inter ipsos initum invalidum esse; tum quia a muliere ante Matrimonium adjecta fuerit conditio, quod nimirum memoratus Joseph seorsim ab Avia, & Materteris deinceps commoraretur; tum etiam quia Mauritius Corrons ad stipulanda Capitula Matrimonialia sub conventione dotis in summa lib. 1400., & deinde ad contrahendum Matrimonium ab eodem Josepho Procurator constitutus mandati fines excesserit, subscribendo Capitula Matrimonialia, in quibus dicta dos in libris 1120. constituta fuit; necnon postulantibus, ut Sacra hæc Congregatio dignaretur consilium Sanctissimo Domino Nostro præbere pro dispensatione super eodem Matrimonio tamquam rato, & non consummato, quatenus validum judicaretur, die 22. Maii superioris anni discussa fuerunt duo hæc Dubia -- I. *An Matrimonium sit validum*; & qua-

quatenus affirmative. II. *An sit consulendum Sanctissimo pro dispensatione super Matrimonio rato, & non consummato in casu &c.* Rescriptum vero fuit -- *Dilata, & proponatur, dato Defensore Matrimonii.*

Verum quia allatis juribus, quæ Matrimonii validitati patrocinari videntur, subindeque redintegrato hujus controversiæ examine, die 21. Augusti proxime præteriti editum fuit Rescriptum -- *Dilata, & scribatur stricte super Mandato procuræ* -- propterea iis, quæ in exequutionem postremi hujus Rescripti deducuntur in jure a Defensore Matrimonii pro ejus validitate, præstat in facto addere, quod memoratus Joseph post constitutum Mauritium Corrons Procuratorem ad contrahendum Matrimonium sub conditionibus stipulatis in apoca Capitulorum Matrimonialium subscripta, die 11. Julii 1731. alterum constituit Procuratorem Franciscum Tramulles die 14. Octobris ejusdem anni per hæc verba -- „ Ego Josephus Bosons &c. „ sciens, & attendens nostro Connubio pertractando inter me, & D. Eu- „ laliam Gelambi &c. inter alia adjectum fuisse in nostris nuptialibus pa- „ ctis hodierna luce scriptura publica per dictum D. Ignatium Gelambi, „ & nos firmandis fuisse expresse pactatum, ut pro dote dictæ D Eulaliæ „ illorum filiæ darentur mille, & quatuor centum libræ Barchinonenses „ una cum duabus archis cameratis &c solvendæ scilicet mille centum, & „ viginti libræ, seu ducentum duplæ, & dictæ Arcæ cameratæ numeran- „ do realiter. & de facto die firmæ dictorum Capitulorum Matrimonia- „ lium per veram, & realem solutionem, & respective traditionem; re- „ siduæ vero ducentum octuaginta libræ tribus æqualibus solutionibus in „ dictis pactis, & capitulis exarandis, quæ omnia modo prædicto dicta Do- „ mina Eulalia Gelambi Domicella in dotem, pro dote, & nomine dotis „ suæ erant mihi attulenda. Intellecto tamen, quod prænarratis non ob- „ stantibus dos dumtaxat erat mihi solvenda ad rationem dictarum mille „ centum viginti librarum Barchinonen., seu ducentorum duplarum, & „ dictarum duarum Archarum Cameratarum modo supra expresso solven- „ darum, & tradendarum, & ut de mea sincera voluntate minime dubita- „ ri possit, a præmissis deviare velle; propterea gratis &c. consti tuo, & „ ordino Procuratorem meum certum &c. vos Rev. Franciscum Tramulles „ Presbyterum &c. ad videlicet pro me, & nomine meo præmissis omnibus „ firmare, consentire, tradereque, approbare, declarare, & recogno- „ scere cum illis videlicet pactis, pactionibus, stipulationibus, bonorum „ meorum obligationibus, juramento, & aliis clausulis necessariis, & „ opportunis, vobisque dicto Rev. D. Procuratori meo constituto benevi- „ sis faciendum, & firmandum actum.

Perspecto enim integro tenore secundi hujus mandati procuræ hactenus a Patronis Causæ non exhibiti, facilius colligere poterunt Eminentiæ VV., quæ fuerit voluntas Josephi Bosons, & num hoc novissimum procuræ mandatum accipi debeat veluti recognitio bonæ fidei, sive declaratio ipsiusmet contractus memorata die 11. Julii inter partes initi.

Omnibus itaque ponderatis, decidendum est.

I. An Matrimonium sit validum; *& quatenus affirmative.*

II. An sit consulendum Sanctissimo pro dispensatione super Matrimonio rato, & non consummato in casu &c.

Dilata ad sequentem.

Die

Die Sabbathi 5. Martii 1735.



Sess. 24. c. 1. de ref. Matr.

BARCHINONEN. MATRIMONII. Decisio hujus Causæ in superiori Congregatione tertia vice propositæ ad hanc diem dilata fuit. Resumptis igitur Foliis alias distributis placeat hodie EE VV. sapientissime de more declarare.

I. An Matrimonium sit validum; *& quatenus affirmative*.

II. An sit consulendum Sanctissimo pro dispensatione super Matrimonio rato, & non consummato in casu &c.

Iterum proponatur cum eisdem.

Sess. 25. c. 4. de ref.

OSTUNEN. REDUCTIONIS MISSARUM. Actum fuit de hac Causa die 4. Decembris proxime præteriti, in qua, disceptato Dubio: *An ob evictionem unius ex prædiis legatis cum onere Missarum sit proportionabiliter diminuendum earum onus in casu &c.* -- prodiit Resolutio -- *negative, & amplius*.

At quia Leonardus Antonius Jacullus, Thomas Epiphanius, & cæteri Legatarii Viti Massarii sub obtentu nova jura deducendi, beneficium novæ Audientiæ impetrarunt, eadem vero jura hactenus allata non sint, Capitulum Collegiatæ Ecclesiæ Oppidi S. Viti supplex instat, ut, resumpto Folio distributo pro Congregatione habita dicta die 4. Decembris, necnon ponderatis iis, quæ in anteacta Causæ propositione adducta fuerunt, ab EE. VV. rescribatur.

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

In decisis, & amplius.

Sess. 21. c. 3. de ref.

FIRMANA ERECTIONIS CANONICATUS. Contendentibus Mansionariis Collegiatæ Ecclesiæ S. Bartholomæi Murri Vallium, erectionem novi Canonicatus ab Archiepiscopo Firmano ad instantiam Canonicorum ejusdem Ecclesiæ, ipsius Mansionariis inconsultis, factam non sustineri tum ob defectum legitimæ facultatis in Archiepiscopo, tum & præsertim ob multiplex detrimentum, quod ex memorata erectione iidem Mansionarii afferebant, sibi obvenisse, juxta facti seriem fusius descriptam in Folio diei 21. Augusti superioris anni, propositum fuit Dubium -- *An erectio novi Canonicatus in Collegiata Ecclesia S. Bartholomæi Murri Vallium sustineatur in casu &c.*, cui die 11. Septembris ejusdem anni responsum est: *Negative, & amplius*.

Huic Rescripto acquievere Canonici, sed, recursu deinde, habito ad Summum Pontificem humillime postularunt, ut eadem Canonicatus erectionem Apostolica auctoritate convalidare dignaretur. Cum autem eorum petitio remissa fuerit ad hanc Sacr. Congregationem, ponderatis tam juribus recens afferendis, quam rationum momentis alias in utramque partem expositis in dicto Folio diei 21. Augusti proxime præteriti, modo decidendum est.

An sit locus sanationi in casu &c.

Affirmative, addito tantum, quod ad jus præsentandi admittantur etiam Mansionarii.

LEO-

LEODIEN. CANONICATUS. Joannes Henricus de Pergens porrexit Datariæ Apostolicæ supplicationem, in qua exponens Franciscum Lambertum de Mean quartumdecimum ætatis annum agentem nulliter fuisse provisum de Canonicatu Cathedralis Leodiensis in vim liberæ resignationis in manibus Sanctissimi ejus intuitu factæ a Petro Guillelmo de Mean, eumdem Canonicatum veluti ob resignationem prædictam, sive per obitum Petri Guillelmi adhuc vacantem sibi conferri postulavit. Cum autem ejusmodi supplicationis relaxationi sese opposuerit memoratus Franciscus Lambertus, qui Apostolicam suam provisionem validam esse propugnat, hujus controversiæ decisio S. Congregationi delegata fuit. *S. ss. 24. c. 12. de ref.*

Duplici vitio contendit Joannes Henricus, laborare collationem Canonicatus a Francisco Lamberto impetratam: primo nimirum proveniente ex eo, quod documentum consensus a Petro Guillelmo resignante dati non extiterit in Curia tempore habili: Altero vero ex defectu ætatis legitimæ in Resignatario, cui a Sanctitate Sua non fuerit dispensatum.

Porro, quod attinet ad primum, putat in facto satis evinci, mandatum procuræ ad resignandum non astitisse in Urbe, nisi die 16. Septembris anni 1733. tum ex depositione, quam profert, duorum testium affirmantium, vidisse in Regesto, ubi adnotantur extraordinarii Tabellariorum accessus, descriptum sub præfata die 16. Septembris adventum Cursoris e Civitate Leodiensi cum literis a Barone de Mean Curatori hujus rei consignatis, tum ex Testimonio Notarii, qui tradidit copiam mandati procuræ sub hisce verbis -- Copia Mandati Procuræ R. D. Petri Guillelmi ex Baronibus de Mean ad resignandum, ut infra exhibet. die 16. Septembris 1733. Quo posito existimat, indubiam reddi seram exhibitionem consensus prædicti, cum ea die Petrus Guillelmus amplius in humanis non esset, quippe qui Leodii decesserat die 3. ejusdem mensis Septembris.

Gravius autem subdit, peccasse Procuratorem, qui consensum præstitit nomine Petri Guillelmi, ex hoc ipso, quod, licet ex literis per memoratum Cursorem acceptis intellexisset illius obitum, nihilominus consensum prædictum exhibere; Inquit enim, quod Mandatarius, cui perspectum erat, temporis rem esse in eo statu, quo mandans consensum præstare nequibat, debuisset ab illius exhibitione abstinere. Atque ob hanc rationem contendit, nihil referre, quod supplicatio subsignata fuerit cum data 11. Kalendis Augusti, ad quam diem consensus posteriori licet tempore datus retrotrahi solet ex vi Regulæ Cancellariæ la 45. hanc enim regulam ait, procedere, quoties ante consensus exhibitionem mors Resignatis interea non contigerit.

Alterum provisionis defectum ab ætate Resignatarii desumptum indeclinabilem dicit ob celebrem sanctionem Sac. Concilii Tridentini *sess. 24. cap. 12. de Reform.*, ex qua colligitur, ætatem saltem annorum 21. requiri pro assequutione Canonicatus in Cathedrali; Et licet excipiatur, prædictum Conciliare Decretum non fuisse in Diœcesi Leodiensi receptum; attamen respondet primo, in oppositum stare testimonium Honnii in Historia Leodiensi ad annum 1547., necnon plures Rotæ Romanæ decisiones; Et secundo, præcisa etiam quacumque acceptatione, idem Concilium imponere necessitatem parendi ob ea, quæ docte ponderat Eminentissimus Petra in suis Commentar. ad Const. Apostolicas tom. 3. ad Constit. VI. num. 5. potissime vero, quia Decretum præfatum consonat Ecclesiasticæ disciplinæ in pluribus aliis Conciliis stabilitæ, de qua agit *Thomass. in veter. & nov. Eccles. discipl. part. 1. lib. 2. cap. 7. §. 8. vers. in Concilio Rhemensi*, adeo ut, ut quę consuetudo contraria allegetur, veluti corruptela a Canonicis sanctionibus improbata nullo in numero habenda sit.

Hæc est summa rationum, quibus innixus Joannes Henricus irritam vocat pro-

provisionem Canonicatus a Francisco Lamberto reportatam, proindeque asserit, locum esse relaxationi supplicationis ab ipso porrectæ.

Contra vero Franciscus Lambertus, præmissis theoricis proviso Apostolico in forma gratiosa supra odiosum impetratorem faventibus, ab utroque impicto defectu literas suæ provisionis vindicare satagit, nedum impugnans, allatis documentis concludi, quod præfatum procuræ mandatum pervenerit ad Urbem solum præfata die 16. Septembris 1731., cum datum appareat a constituente sub mensem Julii ejusdem anni, verum etiam contendens, nullam admitti posse probationem, qua demonstrari velit, consensum non fuisse exhibitum ea die, sub cujus data literæ apparent expeditæ, ne relinquatur libertas redarguendi Datarium, vel Officialem, quin & ipsummet Principem, qui in literis profitetur, se illas dare sub tali die, & demum asserens, nulla sibi opus fuisse dispensatione pro assequendo Canonicatu controverso, quia ætas ann 14. cum idonea sit ad quæcumque Beneficia sine cura, juxta Gloss. in cap. Si & tempore 9. de rescriptis in 6. verb. ætatem, nequeat ob peculiarem censuram Sacri Concilii Tridentini dicto cap. 12. sess 24. de reform., illegitima judicari, cum ista sanctio Concil. aris non fuerit usu recepta in Ecclesia Cathedrali Leodiensi, quemadmodum, præter alios, in specie dixit Kokier ad Regul. 17. de ætat. Canon. num. 10. in fin.

Sacra Congregatio, ut tutius procedere posset in hac gravi Causa, voluit edoceri de asserto usu Cathedralis Leodiensis nedum ab ejus Ordinario, verum etiam ab Apostolico Nuncio ad tractum Rheni. Vicarius Generalis Episcopi post recensitum insignem numerum Canonicorum, aliorumque Ministrorum Ecclesiæ isti inservientium, ait, sex tantum in ea Cathedrali distingui Canonicos ex Præbendarum suarum natura Sacerdotes „ Unde „ (sunt ejus verba) præter sex illas præbendas, quæ nuncupantur Presbyterales, inter quas tamen non compræhenditur præbenda Decani, „ reliquæ omnes pro liberis habentur, & pro talibus ab immemorabili „ tempore habitæ fuerunt, sicuti pro illarum adeptione non secus, ac in „ Collegiatis Ecclesiis ætas quatuordecim annorum pro idonea, ac sufficienti reputata fuerit &c., atque ex constanti hujus consuetudinis im- „ memorialis continuatione variis exemplis, quæ brevitatis gratia omit- „ tuntur, idipsum constare in promptu est, etiam hodierna experientia, „ dum quamplurimos hic, & nunc reperire est Canonicos in eadem Eccle- „ sia Cathedrali residentes, quibus in eadem dumtaxat ætate constitutis de „ Canonicatibus, & præbendis, quas illi pacifice obtinent, provisum „ fuit.

Consentanee ad hæc rescripsit etiam Nuncius Apostolicus referens ab integerrimo, & fide digno viro accepisse, quod tam antiqua, quam moderna Capituli Cathedralis Leodiensis observantia fuerit „ ad valide obtinendos „ quoscumque Canonicatus, & Præbendas, Presbyteralibus dumtaxat ex- „ ceptis, sufficere ætatem quatuordecim annorum.

Collecta in utramque partem jura circumferuntur, ex quibus grave non erit EE. VV. decernere.

An sit relaxanda supplicatio in casu &c.

Negative, & amplius.

Sess. 21. c. 3. Sess. 22. c. 3. de ref.

NULLIUS, SEU TERRÆ PONTIANI PRÆCEDENTIÆ, ET DISTRIBUTIONUM. Clar. mem. Cardinalis Farnesius Abbas Commendatarius Monasterii SS. Vincentii, & Anastasii ad Aquas Salvias sub annum 1577. in Oppido Pontiani Parochialem Ecclesiam Sancti Nicolai sibi subjectam in Collegiatam erexit, eamque constare voluit ex uno Archi-

chipresbytero, qui in eadem Ecclesia animarum curam sustineret, necnon ex duobus Canonicis, qui præter Chori, & Ecclesiæ servitium auxiliariam opem in exercitio curæ animarum eidem Archipresbytero ad ipsius nutum præberent.

Pro congrua vero eorum sustentatione, nullis constitutis quotidianis distributionibus, assignatus fuit annuus redditus scutorum sexaginta, quorum triginta decrevit, persolvi Archipresbytero, & triginta superextantia ex æquo dividi inter dictos duos Canonicos; subindeque idem annus proventus auctus fuit tum ex assignatione bonorum stabilium a piis Fidelibus facta sub onere Missas in eorum suffragium celebrandi, tum etiam ex scutis decem circiter, quæ nonnullæ Societates eisdem Archipresbytero, & Canonicis in stipendium quarumdem Missarum, & Anniversariorum singulis annis persolvunt.

Hisce antiquis Canonicatibus Eminentissimus Cardinalis de Alteriis Abbas Commendatarius memorati Monasterii nuperrime binos alios addidit, quorum alterum ex hæreditariis Bonis Martini de Dominis annui redditus scutorum 88. erexit juxta Decretum a S. Congregatione Rev. Fabricæ Sancti Petri editum, alterum vero ex pia dispositione Francisci de Alexandris cum annua dote scutorum 62. instituit, atque in illos „ cum omnibus illo„ rum juribus, actionibus, fructibus, proventibus, emolumentis anne„ xis, & connexis honoribus, & oneribus ad formam illorum erectionis „ prævia præsentatione eorum, quibus juspatronatus reservatum fuit, instituit Petrum Angelum Romanelli, & Benedictum Mancini; & demum præcepit, ut non solum stallus in Choro, & locus in Capitulo cum plenitudine juris Canonicalis eisdem assignaretur, verum etiam *de fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & emolumentis universis congruis temporibus* ipsi quoque integre participes fierent.

Posthæc, sequuta sub an. 1733. vacatione unius ex Canonicatibus antiquis per obitum Joannis Baptistæ Santolini, de illo provisus fuit Sacerdos Paschalis Troe ad animarum curam, prævio examine, approbatus, ejusque possessionem nactus est, excepto stallo, in quem cum prætendant succedere memorati novi Canonici Petrus Angelus Romanelli, & Benedictus Mancini, necnon authument, se ab antiquis Canonicis admittendos esse ad æqualem participationem eorum emolumentorum, quæ ipsi ex prædicta Missarum, & Anniversariorum celebratione lucrantur exorta est inter eos controversia, quam Eminentissimus Cardinalis Abbas Commendatarius ad hanc Sacram Congregationem decidendam remisit.

Proponuntur itaque tria Dubia inferius describenda, ad quorum primi decisionem in jure notandum occurrit, quod Canonici novæ erectionis cum assignatione Præbendæ, & juris Canonicalis plenitudine, utpote unum, idemque Capitulum cum Canonicis antiquæ erectionis componentes absque ulla differentia admitti debent ad eosdem honores, & prærogativas, quibus antiqui Canonici potiuntur, tametsi servitium a novis Canonicis Ecclesiæ præstandum inæquale foret, & minus illo, quod antiqui Canonici obire tenentur, ad tradita per *Corrad. in prax. Benef. lib. 2. cap. 3. n. 64. Pignatell. tom. 6. consul. 48. num. 9. & seq. Bertacchin. vot. 192. num. 4. Card. de Luc. de Canonic. disc. 6. num. 12. Scarfant. elucubr. canonic. lib. 1. tit. 14. n. 51. & seq.*

Immo consentanee ad hæc Canonicos recens introductos non debere in Choro semper sedere in novissimo loco, seu stallo, sed antiquorum Canonicorum Sedes per eorum obitum, aut ob aliam causam vacantes occupare posse in exclusionem eorum, qui post eos de antiquis Canonicatibus fuerunt provisi, resolutum fuit a S. Rit. Congregatione *in Regien.*, ubi ad Dubium — *An Canonici noviter introducti debeant in Choro sedere semper in novissimo loco, vel occupare sedes antiquorum Canonicorum, quando aliquis ex illis*

non adſit, prout etiam thurificarì ſicut antiquiores -- die 8. Junii 1652. reſpondit -- *tractandos eſſe ut antiquos* -- & die 28. Septembris ejuſdem anni reſcripſit *novos Canonicos occupare poſſe ſedes antiquorum, nedum quando abeſt aliquis, ſed quando moritur, ita ut proviſus in locum antiqui cedere ipſi debeat* -- uti teſtatur *Pignattell. tom.6. conſult. 48. num.9.* necnon definitum fuit ab hac Sacr. Congregatione *in Eugubina 4. Decembris 1605. in Senogallien. 25. Febr. 1617. in Feretrana 9 Februarii 1664.* & noviſſime *in Aretina Erectionis Canonicatuum*, ubi diſceptato hoc Dubio -- *An ſit locus erectioni quatuor Canonicatuum in Eccleſia Collegiata juxta mentem Teſtatoris*, & quatenus affirmative, *quibus conditionibus* -- die 5 Maii 1703. reſcriptum fuit -- *Affirmative cum conditionibus ab Eminentiſſimo Præfecto præſcribendis*, inter quas per extenſum relatas a *Scarfant. elucubr. Canonic. tom.1. lib.1 tit.14. num.72.* hæc reperitur -- ,, Che ,, s'intenda coſtituito un ſolo Capitolo compoſto tanto da' Canonici anti- ,, chi, quanto dagli erigendi, e che queſti devono godere di tutte le ,, prerogative, ed onori de' vecchi, e ehe tanto nel ſedere in Coro, ,, quanto ne' Capitoli, e nell' andare, ed in ogni altra funzione, nella ,, quale doveranno intervenire, ſi deva oſſervare indiſtintamente fra tutti ,, la ſola anzianità del poſſeſſo ,, -- *ut in lib.53. Decret. pag 186. & 188.*

At adverſus hæc Canonici antiquæ erectionis duo potiſſimum opponunt; primo, quod prædicti novi Canonicatus fuerint, ipſis antiquis Canonicis inconſultis, erecti, proindeque illorum erectio, utpote Capituli aſſenſu deſtituta nulla, atque irrita ſit; ſecundo, quod novi Canonici ſint dumtaxat, ut ajunt, honorarii, itaut ipſi Capitulum non conſtituentes una cum antiquis Canonicis nequeant controverſum locum in Choro occupare, nec in aliis actibus Canonicos antiquos umquam præcedere; attento præſertim, quod iſtis incumbit onus curæ animarum, quod exercere non poſſunt, niſi ſint Sacerdotes, & ad animarum curam approbati & e converſo Canonicatibus novæ erectionis hujuſmodi onus non fuerit adnexum, itaut eos etiam Clerici aſſequi valeant.

Quod vero attinet ad II. Dub., in quo diſceptatur, num novi Canonici admitti debeant ad participationem earum diſtributionum, & emolumentorum, quæ ex Miſſarum, & Anniverſariorum celebratione, vel ex curæ animarum exercitio Canonicis antiquis obveniunt, certum eſſe videtur, Canonicos novæ erectionis participes fieri non debere de prędictis diſtributionibus, & emolumentis, quæ præſertim ante novam Canonicatuum erectionem Canonicis antiquis relicta fuerunt, niſi a Capitulo voluntarie fuerint aggregati, & ad participationem eorumdem emolumentorum admiſſi, ad tradita per *Quaſad. cap.1. num.45. & ſeq. Tondut. quæſt. Ben. f.108. num.13. & 14. Card de Luc. de Canonic. diſc.6. num.13. & 14. Gratian. diſcept.867. fere per totum Scarfant. elucubr. Canonic. lib.1. tit.14. n.60. & ſequent.*

Et ita reſolvit Sacra hæc Congregatio in citata *Aretina Erectionis Canonicatuum*, in qua admiſſa fuit Canonicatuum erectio; præcipue ſub hac conditione ,, Che li Canonici erigendi non poſſino pretendere Jus alcuno ne' ,, beni, entrate, e laſcite, che preſentemente godono gli antichi Cano- ,, nici, nemeno nelle ragioni fin' ad ora acquiſtate a' medeſimi nè in tut- ,, to ciò, che per l'avvenire foſſe laſciato individualmente a detti Canoni- ,, ci vecchi ſolamente ,, -- *in Alatrina Canonicatus* 8. Februarii 1727., ubi conditiones in nova Canonicatus erectione approbandæ ab Eminentiſſimo Præfecto præſcriptæ fuerunt in hunc, qui ſequitur modum -- ,, Cano- ,, nicatum erigendum eſſe cum omnibus juribus, honoribus, prærogativis, ,, & oneribus ad inſtar aliorum Canonicorum, cum hoc tamen, quod no- ,, vus Canonicus in negotiis tangentibus intereſſe tantum Canonicorum ,, antiquorum non habeat vocem activam, nec paſſivam in Capitulo, ſi- ,, cuti

„ cuti etiam, quod non participet de legatis, & Anniversariis in præteri-
„ tum relictis, & quod in massa distributionum quotidianarum conferat
„ scuta viginti annua constituentia tertiam partem sui Canonicatus, ad
„ effectum ut ipse, & omnes alii Canonici æqualiter hinc inde participent
„ de punctaturis absentium, & quod teneatur ad onera ordinaria, & ex-
„ traordinaria, tam in ingressu, quam in progressu, ut alii Canonici „ *ut in lib.77. Decr. pag.105. & in Sabinen. Erectionis Canonicatuum*, ad Dubium ita conceptum -- *An, & quomodo erectio Canonicatuum demandata per Ordinarium sit exequenda* -- die 18. Novembris 1750. responsum fuit -- *Affirmative ita tamen, ut non participent de legatis ante erectionem, nec de punctaturis non residentium* -- *ut in lib.80. Decret. pag.366. in Narnien. Servitii, & Punctaturarum* 14. *Aprilis* 1714. *ad V. Dub.*

Denique circa materiam III. Dubii Sacrum Concilium Tridentinum in *c.3. sess.21. de ref.* statuit -- „ In Ecclesiis tam Cathedralibus, quam Colle-
„ giatis, in quibus nullę sunt distributiones quotidianæ, vel ita tenues,
„ ut verisimiliter negligantur, tertiam partem fructuum, & quorum-
„ cumque proventuum, & obventionum, tam dignitatum, quam cano-
„ nicatuum, personatuum, portionum, & officiorum separari debere,
„ & in distributiones quotidianas converti, quæ inter dignitates obtinen-
„ tes, & cæteros Divinis interessentes, proportionabiliter, juxta divi-
„ sionem ab Episcopo, etiam tamquam Apostolicæ Sedis delegato, in ip-
„ sa prima fructuum deductione faciendam dividantur; salvis tamen con-
„ suetudinibus earum Ecclesiarum, in quibus non residentes, seu non ser-
„ vientes nihil, vel minus tertia parte percipiunt, non obstantibus exem-
„ ptionibus, ac aliis consuetudinibus etiam immemorabilibus „ & conformiter ad hanc Conciliarem sanctionem Sacra Congregatio pluries decrevit, distributiones quotidianas, non obstante contraria consuetudine, ex tertia parte fructuum cujusque Canonicatus esse, easque singulis horis Canonicis ab Episcopo assignandas, ut in *Alexandrina lib.3. Decret. pag.22. in Aquipenden. 29. Novembris 1692. in Civitatis Castellanæ Punctaturarum 5. Maii 1696. in Narnien. Servitii, & Punctaturarum 14. Apr. 1714. in Maurianen. 14. Febr. 1625. & 24. Januarii 1632. in Guardien 8. Maii 1649. in Albanen. distributionum 9. Decembris 1690. & in Carpentoraten. 2. Junii 1731. lib.81. Decr. pag.269.*

His perpensis, erit ab EE. VV. deliberandum.

I. An, & cui debeatur locus controversus in Choro.

II. An, & cui debeantur distributiones, & emolumenta, de quibus agitur.

III. An, & quomodo, & in qua summa sint statuendæ, & taxandæ punctaturæ contra Canonicos non intervenientes servitio Chori, aliisque functionibus ecclesiasticis fieri solitis in casu &c.

Dilata ad sequentem.

FLORENTINA EMPHYTEUSIS. Antonius Maria Bellucci Parochus Ecclesiæ S. Petri de Sævio, reservato beneplacito Apostolico, duo Prædia, & nonnulla alia Bona ad ejus Ecclesiam spectantia valoris sc.1860., annuique redditus scutorum sexaginta monetæ Romanæ concessit in emphyteusim perpetuam Bajulivo Thomæ Cajetano Mediceo, durante ejus linea masculina tantum, sub annuo canone scutorum sexaginta monetæ Florentinæ, adjectoque inter cætera pacto, ut in eventum devolutionis omnia etiam melioramenta in jus, & potestatem Ecclesiæ nulla restituta pecunia, transferri debeant. *Sess.25. c.11. de ref.*

Postmodum vero, postulante memorato Parocho Beneplacitum Apostolicum, ut contractus mox expositus perficeretur, Sacra hæc Congregatio primum

exquiri justit votum Archiepiscopi, qui rescribens, contractum prædictum in evidentem Ecclesiæ utilitatem cessurum esse, Oratoris petitioni censuit annuendum: deinde vero sub diem 6. Februarii superioris anni mandavit, affigi edicta, quibus affixis, intra terminum sex dierum in illis præfinitum comparuit dumtaxat Franciscus Ceccherinus, a quo oblatus fuit pro persona nominanda annuus canon scutorum 67. monetæ Florentiæ, quemadmodum Archiepiscopus in novis ejus literis S Congregationi significavit.

Verum quia memoratus Bajulivus Mediceus pro eadem summa a Francisco Ceccherino oblata subinde petiit in controversa concessione præferri, Sacra Congregatio, iterum audito super ejus precibus Archiepiscopo, die 24. Julii anni nuper elapsi in Partium certamine decrevit, ut, prævia nova edictorum affixione, causa describeretur in Folio.

Edictis itaque juxta mandatum denuo affixis, prior comparuit Franciscus Ceccherinus, qui die 10 Augusti per syngrapham obsignatam Archiepiscopo directam in augmentum oblationis pridem a se factæ in summa scutorum 67 obtulit alia scuta sex, itaut annuus canon ascenderet totus ad scuta 73. E converso Bajulivus Mediceus exhibuit schedulam, in qua præmittens relatum sibi fuisse, quod alii fortasse ad ejus æmulationem obtulerant scuta 67., non solum denuo obtulit eamdem summam, sed aliam quoque veriorem -- „ che sin' ad ora sia stata offerta con più mezza piastra „ per detto annuo canone; Ed in oltre dichiaro, voler' essere preferito ad „ ogn' altro Oblatore per qualunque maggior offerta, che in ordine ai nuovi editti, e nel termine de' medemi fosse stata, o venisse fatta, salva „ sempre a me, e riservata la facoltà di far migliori condizioni della „ Chiesa „ -- ut habetur in eadem schedula die 10 Septembris porrecta in qua præterea declaravit, se velle cuilibet alteri Oblatori pro quacumque majori summa præferri.

Post hæc iterum Franciscus Ceccherinus transmisit binas distinctas syngraphas sub una, eademque die 11. præfati mensis Septembris datas, in quarum prima obtulit augere annuum canonem ad scuta 74., & in altera usque ad summam scutorum 76 monetæ Florentinæ, uti apparet ex ipsis oblationum schedulis nuperrime ad hanc Sacram Congregationem in authentica forma una cum novissima Archiepiscopi relatione delatis.

Jam vero, statuta disputatione Dubii inferius describendi, ad ejus decisionem ponderandum imprimis occurrit, num contractus dudum initus inter Bajulivum Mediceum, & Parochum Bellucci sub reservatione Beneplaciti Apostolici habendus sit tamquam absolutus, & perfectus usque ab initio, quemadmodum contendit præfatus Bajulivus, cui Parochus etiamnum adhæret, vel potius nonn si imperfectus censeri debeat etiam ex eo, quod, postulantibus tam Bajulivo, tum Parocho Beneplacitum pro illius approbatione, Sac Congregatio petitis non annuit, sed audito Archiepiscopo edictorum affixionem præcepit.

Deinde expendendum erit, num saltem præferendus hodie sit Bajulivus uti speciem gerens majoris Oblatoris, quippe qui supra quamcumque veriorem summam eousque oblatam auxit dimidium scutum monetæ Florentinæ, declarans præterea, se velle præferri cuilibet Oblatori pro quacumque majori quantitate, quæ intra terminum edictorum offerretur: Vel potius hæc oblatio, veluti nimis vaga, & generalis seponenda sit e conspectu novissimæ oblationis a Ceccherino in certa summa scutorum septuagintasex luculenter expressæ.

De hujusmodi controversiis non raro contingentibus occasione alienationis Bonorum Ecclesiæ disserunt per theoricas ad rem nostram aptiores *Antonell. de regim. Eccles. lib.1. cap.4. Gratian. discept. forens. cap.5 4 Rota dec.376. part.4. tom.1. recent.*, & præclare *Eminentissimus Petra tom.1. in Comment. ad Const.1. D. Leonis sect.3. n.4. pag.84.*

Sacra

Sacra autem Congregatio eam videtur sequi sententiam, quod contractus alienationis Bonorum Ecclesiæ pro perfecto non habeatur donec Apostolicum Beneplacitum non fuerit obtentum; Quamdiu vero ille imperfectus est, nova major oblatio admitti debeat, itaut favore illius, qui intra terminum in edictis præfinitum majorem summam obtulerit, Beneplacitum sit concedendum; nisi tamen dicta major oblatio fuerit ad æmulationem facta, aut primus Oblator eamdem majorem summam ab alio postea oblatam solvere paratus sit, juxta Resolutiones editas *in Neapolitana* 17. *Augusti, &* 28. *Septembris 1697. lib.*47. *Decr. pag.*367. *&* 416. *in Florentina Emphyteusis* 21. *Junii 1698. in Reatina* 28. *Septembris* 1726. *lib.*76. *pag.*405. *& in Romana Emphyteusis die* 9. *Augusti* 1732. *lib.*82. *pag.*376. in quarum postrema, non abs re est, connotare, quod, licet contrahentes inter se convenissent de concessione in perpetuum duratura favore lineæ masculinæ investiri, declaratum expresse fuit, quod ea nonnisi ad tertiam generationem masculinam tantum protenderetur, juxta legem, quæ ab hoc Sacro Senatu ejusmodi contractibus emphyteuticis constantissime adiici solet.

Oportet igitur statuere.

An, & cui sit concedendum Beneplacitum Apostolicum, & pro qua summa in casu &c.

Concedendum esse Francisco Ceccherino pro summa scutorum septuagintasex ad tertiam Generationem Masculinam tantum, & amplius.

THEATINA ALIENATIONIS. Cum olim Seminarium Theatinæ Diœcesis Ecclesiam quamdam haberet sub titulo S. Angeli in Oppido Fossacecæ jamdudum erectam, quæ pluribus ab hinc annis penitus diruta, atque collapsa reperiebatur, solum, in quo eadem Ecclesia constructa fuerat, una cum ejus ruderibus, & muris aliqua adhuc ex parte superextantibus primum ab Archiepiscopo Capecio sub annum 1721., ut asseritur, concessum fuit Petro de Cruce, deinde vero sub obtentu, quod idem solum ad Seminarium pleno adhuc jure spectaret, a moderno Archiepiscopo, nullo persoluto pretio, cessum est anno 1727. Josepho Andreæ Sisto Archipresbytero dictæ Terræ Fossacecæ, tributa illi facultate, memoratam Ecclesiam reædificandi cum reservatione jurispatronatus laicalis favore ejusdem Archipresbyteri, sui Nepotis, ac istius Descendentium in infinitum. *Sess.25.c.11. de ref.*

At ii, quibus recta Seminarii administratio incumbit, nuperrime authumantes, prædictas concessiones utpote Beneplacito Apostolico, cæterisque solemnitatibus ad validam Bonorum Ecclesiæ distractionem a jure præscriptis destitutas, quinetiam cum manifesto ejusdem Seminarii detrimento peractas sustineri non posse petierunt ab hac Sacra Congregatione, sibi fieri potestatem, ut solum prædictum, ex quo nullus percipitur fructus, una cum annexis parietibus, vel libere venderetur, vel pro annua perpetui canonis solutione in emphyteusim concedi liceret. Sacra autem Congregatio volens prius de hac re edoceri, jussit Archiepiscopo, ut quidquid significandum occurrent, prævia edictorum affixione, referret.

Edictis itaque juxta præceptum affixis, unicus intra illorum terminum comparuit oblator Matthæas Pulzonus, qui pro habendis in emphyteusim dictis solo, & muris in eo, quo reperiuntur statu, obtulit, annuum perpetuum canonem duarum librarum ceræ albæ, pro illorum vero emptione, quatenus ea sibi vendi velint, centum ducatos Regni.

Ut hæc oblatio acceptetur, instant Administratores Seminarii asserentes, eam in evidentem illius utilitatem cedere cum duo periti jussu Vicarii Generalis præcedenter examinati, interposita jurisjurandi Religione te-

statı

stati fuerint, prædictum solum, & antiquos Ecclesiæ parietes non excedere valorem ducatorum 62. cum duobus Carolenis, quemdam vero murum a præfato Archipresbytero Andrea Sisto propriis sumptibus ibidem post prædictum Sacræ Congregationis Rescriptum, & adversus iteratum Archiepiscopi preceptum novissime constructum nonnisi ad alios viginti octo ducatos ascendere.

Sed quia oppositorem se præbet Archipresbyter, qui jactans, se legitimo reportatæ cessionis nomine usque ab anno 1727. reperiri in possessione situs controversi, nullam de oblatione a Pulzono facta rationem habendam esse contendit; ideo factus est locus disputationi Dubiorum, quæ infra describentur.

Archiepiscopus, qui præmissam facti seriem retulit, totus in eo est, ut concessionem a se factam Archipresbytero validam esse tueatur, addens præterea, ab isto bona fide fuisse reædificatam Ecclesiam, erectum Beneficium, & dotem in annuis ducatis sex cum dimidio usque ab initio oblatam re ipsa jam constitutam.

Jura circumferuntur; onus itaque erit EE. VV. edicere.

I. An concessiones, de quibus agitur sustineantur in casu &c. *& quatenus negative.*

II. An sit locus alenationi situs, de quo agitur in casu &c.

Ad primum negative. Ad secundum affirmative ad effectum vendendi pro prætio centum ducatorum Regni, qui investiantur in stabilibus favore Seminarii, & amplius.

Sess. 22. Dec. de obser. & evit. in celeb. Missa.

VERULANA ORATORII. Epscopus Verulanus in relatione status suæ Ecclesiæ ad hanc sacram Congregationem transmissa juxta præscriptum a summo Pontifice Sixto V in ejus notissima Constitutione incipiente (Romanus Pontifex) hæc inter cætera exposuit „ Patres Carthusiani vigore assertorum Privilegiorum, & signanter Alexandri VI. relatorum a *Roderic. Bullar pro Regular. Bull.* 14. in quadam eorum „ parva Grancia, quam retinent in terra Turricis pro commoditate unius „ Religsosi Laici, qui curam habet Grasciarum, quas in eodem Territorio recolligunt, me irrequisito, erigi nuper fecerunt Oratorium „ privatum sub invocatione S. Annæ cum Missæ celebratione, quoties volunt „ etiam diebus festivis, quia vero ex eodem Oratorio patet fenestra prospectum habens ad viam nonnulli ex populo in diebus festivis Missam „ intra, & extra Oratorium audiunt. Hinc licet ego olim indaginem „ assumere an ne hujusmodi Privilegia fuerint per Sacrum Concilium Tridentinum abrogata, non possum tamen ab EE. VV. non sciscitari, an „ ne populus præcepto audiendi Missam ibi satisfaciat.

Ad hoc Episcopi postulatum die 30. Decembris 1733. nomine Sacræ Congregationis responsum fuit in hunc, qui sequitur modum „ Oratorium „ a PP. Carthusianis in eorum asserta Grancia, ut vocant, apertum interdicto, quousque aliter a Sacra Congregatione imperatum fuerit. „ Sunt enim istæ potius rurales domus ad conservandos fructus, quam „ Granciæ.

Cum autem adversus hoc interdictum reclament PP. Carthusiani, & instent pro illius remotione, prætendentes sibi licere controverso Oratorio uti, ac in eo tam per ipsos Religiosos, quam per Presbyteros seculares celebrari posse, & exteros quoque Missam ibi diebus festis audientes Ecclesiæ præcepto satisfacere, proponuntur duo infrascripta Dubia; ad quorum decisionem præter ea, quæ in juribus circumferendis proferunt dicti PP. Carthusiani potissimum innixi peculiaribus sui ordinis Privilegiis, de

de quibus agunt *Card. de Lugo lib.3. mor. dub.15. n.3. Lezzan. in mar magn. Eremit. S. Augustini* §.37. *Nicol. Lucbr. Can. lib.5. tit.33. limit.2.*, & alia, quæ in genere differunt *Amostaz. de cauf. piis lib.5. cap 11. num 28. & seqq. Pasqualig. de Sacrific. non leg. tom.1. quæst.484. & 498. Tamburin. de jur. Abbat. tom.2. disput.5. quæst. Passerin. de stat. homin. tom.3. tit. de Profess. art.10. inspect.10. Pellizzar. in manual. Regular. tom.2. cap.2. sect.2. Monacell. in formular. legal. par.2. tit.13. num 3.* præstat exponere Rescriptum, quod in hac Secretaria *lib.12. Decr. p.109.* reperitur hisce verbis expressum „ Sanctissimus D. N. Gregorius XV ex „ Sacræ Congregationis Concilii Tridentini Interpretum sententia beni- „ gne indulsit, ut deinceps in Cappellis, seu Oratoris existentibus in „ domibus, ac membris, seu Granciis Monasterium Ordinis Carthusien- „ sium, postea tamen quam locorum Ordinarii ejusmodi Cappellas se- „ mel visitaverint, ac Fabrica, atque ornatu, sacraque supellectili com- „ pererint pro dignitate nitere; Sacrosanctum Missæ Sacrificium tam per „ Regulares, sive ejusdem, sive alterius Religionis, quam seculares „ Presbyteros tuto celebrari valeat, Missamque inibi audientes diebus fe- „ stis præcepto Ecclesiæ hac de re edito satisfacere intelligantur, absque „ tamen ullo jurium Parochialium Ecclesiarum præjudicio „; ex hoc enim Indulto posteriore tot aliis Diplomatibus Pontificis per PP. Cartusianos allatis colligendum erit, num ipsis officiat, quod Oratorium de quo agitur, nulla præcedente Episcopi visitatione, quin & ipso pœnitus irrequisito erectum fuerit, & cultui divino, prævia tantum, ut asserunt eorum Superioris benedictione, dicatum.

Omnibus itaque perpensis, non graventur EE. VV. pronunciare.

I. An liceat Patribus Carthusianis retinere Oratorium ad celebrandum, seu celebrare faciendum Missæ Sacrificium in Grancia Turricis in casu &c.

II. An Exteri audientes Missam in eodem Oratorio celebratam diebus festivis satisfaciant præcepto in casu &c.

Dilata.

GUADALAXAREN. VISITATIONIS SS. LIMINUM. Sub finem relationis status Ecclesiæ ab Episcopo in obsequium Constitutionis Sixtinæ nuper ad Apostolicam Sedem transmisisse hæc habentur: „ Sanctitatem Vestram certiorem reddimus in hac nostra Ecclesia (nescimus a quo tempore) introductum esse, ut illico ac Episcopus vita fungitur, „ Capitulum, Sede vacante, expediat, ad totamque Diœcesim mittat, „ quo licentias prædicandi, & confessiones audiendi ab Episcopo præ- „ defuncto concessas revocat, & simul titulos Cappellanorum ab eo- „ dem tributos interim ac Cappellani proprietarii ad sacrum Presbytera- „ tus Ordinem non promoventur, & si pro tempore voluntatis suæ: Cum- „ que hoc dispositioni Sacrorum Canonum, ne Sede vacante, aliquid „ innovetur prohibenti prima fronte adversari videatur, S. V. depreca- „ mur, ut, an hæc corruptela sit, quæ debeat redacitus extirpari, an „ potius legitima consuetudo, quæ ut talis debeat imposterum incon- „ cussa permanere, sacro suo Diplomate declarare dignetur. *Sess.24. ca.6. de Ref.*

Quæ sit jurisdictio Capituli, Sede vacante, late differunt scribentes in *tit.9 ne sede vacante aliquid innovetur in cap. His, quæ & in cap. Cum. olim. de majorit. & obed.* At in hypotesi nedum potestas Capituli, sed modus ipse, quo ea exercetur, occasionem præbent sciscitandi ab EE. VV.

I. An asserta consuetudo sit toleranda; *& quatenus negative.*

II. An, & quomodo sit providendum in casu &c.

Dilata ad mentem.

Die Sabbathi 26. Martii 1735.

Seſſ. 21. c. 3. & Seſſ. 22. c. 9. de ref.



ULLIUS, SEU TERRÆ PONTIANI PRÆCEDENTIÆ, ET DISTRIBUTIONUM. Diſcuti debuerat hæc Cauſa in poſtrema Congregatione habita die 5. currentis menſis; ſed cum Petrus Angelus Romanelli, & Benedictus Mancini Canonici novæ erectionis dilationem impetraverint, hodie reſumpto Folio tunc diſtributo erit ab EE. VV. definiendum.

I. An, & cui debeatur locus controverſus in Choro.

II. An, & cui debeantur diſtributiones, & emolumenta, de quibus agitur.

III. An, quomodo, & in qua ſumma ſint ſtatuendæ, & taxandæ punctaturæ contra Canonicos non intervenientes ſervitio Chori, aliiſque functionibus Eccleſiaſticis fieri ſolitis in caſu &c.

Ad primum deberi Canonico novæ Erectionis juxta Antianitatem. Ad ſecundum, Diſtributiones, & Emolumenta, provenientia ab exercitio Curæ animarum, & a legatis, relictis ante erectionem novorum Canonicorum, deberi Canonicis antiquis. Ad tertium ad Eminentiſſimum Abbatem ad formam Sacri Concilii Tridentini.

Seſſ. 22. c. 6. & Seſſ. 25. c. 2. de ref.

ROMANA COMMUTATIONIS VOLUNTATIS. Cum Angela Magdalena Maſetti ſupplex inſtetiſſet, ut firmo remanente annuo leto ſcutorum viginti, a Raymundo Innocentio Maſetti ejus germano fratre Societati Divinæ Pietatis relicto, necnon perſolutis annuis præſtationibus ſuis neptibus in ſumma ſcutorum 18. aſſignatis, totus hæreditatis præfati Raymundi Innocentii proventus, ex quo binæ Puellæ cum prælatione conſanguinearum teſtatoris in Monaſterio alendæ ſunt, in ſuam ſuſtentationem converteretur, propoſitum fuit in Congregatione habita die 12. Februariis currentis anni Dubium -- An, & quomodo ſit conſulendum Sanctiſſimo pro commutatione voluntatis in caſu &c. *prodiitque reſcriptum* -- Conſulendum Sanctiſſimo pro aſſignatione ſubſidii vacantis Angelæ Magdalenæ, ejus vita naturali durante, necnon alterius, quando, ipſa ſuperſtite, vacaverit.

Verum quia Thereſia Paluzzi contendens, ſibi uti teſtatoris affini competere alterum ex prædictis ſubſidiis, novæ audientiæ beneficium impetravit adverſus memoratum Reſcriptum, propterea ponderatis juribus, quæ eadem Thereſia deducere pollicetur onus erit Eminentiarum VV. deliberare.

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.

In deciſis, & amplius.

Seſſ. 24. c. 1. de Ref. Mat.

BONONIEN. SPONSALIUM. Franciſcus Antonius Guicciardini cupiens ad ſecundas Nuptias tranſire, die 16. Martii anno 1730. coram Hieronymo Barufaldi Archipresbytero Parochialis Eccleſiæ S. Blaſi Terræ Centi Sponſalia cum Eliſabeth Uberti non imparis conditionis, nulla tamen jurisjurandi religione interpoſita, contraxit. Poſtmodum vero memoratus Archipresbyter de mandato Vicarii Generalis Bononiæ uti aſſe-

afferitur, denunciationes Matimonii ineundi fufpendit, quinimo minitante Petro Hieronymo germano Francifci Antonii Fratre, fe bona, quæ in communi cum eo poffidet, divifurum, fi a fide d. Elifabeth data non refiliret, idem Francifcus Antonius non folum fponfalium executionem ad hæc usque tempora protraxit, verum etiam nova cum Dominica Bertelli inivit Sponfalia, quibus fefe opponente Elifabeth, Commiffarius Curiæ Archiepifcopalis, qui in dicto Oppido Centi commoratur, pronunciavit „ Guicciardinum effe liberum, & folutum a Sponfalibus alias factis „ cum Elifabeth Uberti, ideoque eidem Guicciardino licuiffe, & licere cum quavis alia fibi bene vifa muliere Matrimonium contrahere.

Appellationem ab hujufmodi Decreto coram A. C. interpofuit præfata Elifabeth, cumque controverfiæ hujus decifio ab Eminentiffimo Pro-Auditore Sanctiffimi fuerit huic Sac. Congregationi delegata, modo fupplex inftat, ut declaretur, fponfalia a memorato Franeifco Antonio cum ea prius inita non folum illi impedimento effe, ne cum Dominica Bertelli nuptias inire poffit, verum etiam eumdem Francifcum Antonium ita obligare, ut juris remediis compelli valeat ad Matrimonium cum ipfa Oratrice ineundum, juxta *Text. in cap. Præterea, & in cap. Ex lit ris. Il fecondo, de Sponfal.* & Refolutiones ab hac Sacra Congregatione editas *in Lunen. Sarzanen. Matrimonii* 17. *Novembris* 1708. *lib.*58. *Dec. p.*368. *in Neapolitana Sponfalium* 19 *Septembris* 1722. *lib.*72. *Dec. pag.*366., & 457. & *in Colonien. Sponfalium* 26. *Aprilis* 1732. *lib.*82. *Decret. pag.*97.

At Francifcus Antonius detrectans nuptiis cum Elifabeth ineundis affentiri, premiffo vulgati juris principio, quod communi utriufque Sponfi confenfu Sponfalia diffolvantur, uti refcripfit *Innocentius III. in cap. Præterea, & Lucius III. in cap Requifivit. de Sponfal.*, quodque, aliqua probabili caufa fuffragante, unus ex fponfis, altero invito, præfertim a fponfalibus, quæ non fuerint juramento firmata, refilire poffit, eique permittantur nuptiæ cum alia perfona fibi benevifa, ad *Text. in cap. Quemadmodum de jurejurand. & in cit cap. Requifivit de fponfal.* & cenfuit Sac. Congregatio *in Senogallien. Sponfalium* 1. *Septembris* 1714. *lib.*64. *Dec. pag.*346. *in Majoricen. Sponfalium* 24. *Aprilis* 1723. *lib.*73. *Dec. p.*369. *in Mediolanen. Sponfalium* 13. *Julii* 1725. *lib.*75. *Dec. p.*353. & *in Neapolitana* 17. *Aprilis* 1728. *lib.*78. *Dec. pag.*275. ut afferta fponfalia mutuo confenfu diffoluta probet, innititur teftimonio præfati Archipresbyteri, qui judicialiter examinatus depofuit, tam Elifabeth, quam Francifcum Antonium ab iis coram fe receffiffe, additque præterea, plures intercedere caufas, ob quas licitum fibi fit a data fide difcedere.

Inquit nimirum, Filios fuos ex primo thalamo fufceptos ob contumelias, & convicia in Elifabeth jactata ad ejus inftantiam carceribus fuiffe mancipatos, eamdem Elifabeth inhoneftam vitam hucufque duciffe, & Petrum Hieronymum confirmare præfatas minas deveniendi ad divifionem bonorum, fi hoc Matrimonium contrahatur, ex quibus omnibus gravia in dies timeri poffent diffidia.

Verum adverfus hæc opponitur primo nonnullorum depofitio, ex qua fatis conftare prætenditur, non folum Elifabeth controverfis fponfalibus nunquam refiliiffe, verum etiam coram Archipresbytero fuiffe proteftatam, „ che fe foffe campata cent'anni, ftarebbe cent'anni a dare il diffenso „ a quel vecchio temerario, col quale fe ben fapeva, che non farebbe „ feguito il matrimonio, pure non voleva mai che diceffe averlo moffo „ in libertà di fpofarfi con altra donna: „ teftimonium vero præfati Archipresbyteri ob varias, quæ contra illud proferuntur exceptiones, nullam fidem promereri; fecundo eamdem Elifabeth effe puellam hone-

neſtam, itaut filii Ftancifci Antonii, comperta rei veritate, eorum aſſenſum matrimonio contrahendo poſtea præbuerint; tertio, quod Petrus Hieronymus intentaverit quidem Bonorum diviſionem, ut æs alienum, quo premebatur, poſſet facilius dimittere, non autem ut Franciſcum Antonium ab aſſertis nuptiis deterreret; & quarto demum, cauſas omnes ſuperius expoſitas haud ſatis eſſe, ut Franciſcus Antonius ad Matrimonium contrahendum compelli non debeat, cum gravior cauſa tunc requiratur, quando ſponſus, diſſentiente puella, a ſponſalium contractu reſilire intendit, quemadmodum notant *Reinfeſtuel. in jus Canonic. lib.4. tit.1. §.8 Schmalzgrueber. eod. loc. §.4. num.189. & ſeq. Sanchez. de Matrim. lib.1. diſp.14. num.3. & alii adducti per Rot. in Albanen. Sponſalium 15. Decembris 1710. cor. bon. mem. Anſaldo.*

Immo cum in facto habeatur, Franciſcum Antonium poſt contracta aſſerta Spoſalia plurium annorum ſpatio domum Eliſabeth aſſidue frequentaſſe, eaque conſuetudine, & familiaritate uſum fuiſſe, ut ipſam ſponſæ ſuæ nomine publice vocitaret, ponderandum ſupereſt, num aliquod inde detrimentum irrogatum dici queat præfatæ Eliſabeth, adeo ut pro ejus reparatione Franciſcus Antonius cogi debeat eam ſibi in uxorem recipere, ad tradita per *Sanchez. de Matrim. lib.1. diſput. 44. num.4. Rot dec.163. num.26. par.9. tom 1. rec. & cor. clar. mem. Card. Falconer. de ſponſal. dec.6. num.11. & ſeq.*

Placeat igitur EE. VV. pronunciare.

I. An Franciſco Antonio Guicciardino obſtent prima ſponſalia cum Eliſabeth Uberti contrahendo altero matrimonio; *& quatenus affirmative.*

II. An ſit locus ejus coactioni etiam ſub Cenſuris pro contrahendo matrimonio cum dicta Uberti in caſu &c.

Ad primum, affirmative, Ad ſecundum, cogendum eſſe jure remediis.

Seſſ.22.c.1. de Sacr. Miſ. Seſſ.24.c 1.& ſeſſ.24.c.3.& 12. de Ref.

FERENTINA. Triplicem querelam promovet Capitulum Collegiatæ Eccleſiæ S. Agatæ Oppidi Proxeudis adverſus Epiſcopum. Prima eſt, quod ipſe nuper tum Archiphesbytero pro populo, tum Canonicis pro Benefactoribus Miſſam juſſerit applicare ſingulis diebus feſtis de præcepto. Hoc autem inquit Capitulum, & contra morem, & ſupra vires eſſe: mos quippe hactenus fuit, ut Miſſa Parochialis diebus tantum Dominicis applicaretur, Miſſa autem Conventualis celebrari quidem conſueverit quolibet die feſto, ſed abſque applicatione; Capitulum vero nequeat, novum hoc onus ſuſtinere, cum pluribus aliis Miſſis pro nonnullis Benefactoribus gravetur, quarum celebrationi fundi olim aſſignati ob paſſum detrimentum hodie ſint impares.

Secunda querela eſt, quod Epiſcopus procurationem a ſcutis ſeptem, vel novem antiquitus perſolvi ſolitis ad longe majorem ſummam auxerit ob ea, quæ modo præſtari debent, ſive pro vecturis decem Equorum, ſive pro copia victualium, ſive pro ſtipendio Notarii, & Secretarii, ſive demum pro muneribus, quæ ab aliis ejuſdem Epiſcopi Familiaribus exiguntur.

Tertia tandem, quod Capitulum compellatur tranſmittere quatuor Canonicos, qui feria quinta in Cœna Domini aſſiſtant Epiſcopo in conſecratione Olei Sancti; idque contenditur, immerito juberi, tum quia Eccleſia Cathedralis decem, & octo Canonicis, & quatuor Beneficiatis conſtat, præter plures Parochos, alioſque Sacerdotes, & Clericos, qui tam in Civitatem, quam prope eam in Diœceſi degunt, quos inter Epi-
ſcopus

ſcopus commode poteſt tot ſeligere Miniſtros, quot ad peragendam Sacram illam functionem ſunt neceſſarii: tum quia Capitulum Proxeudis ad controverſam aſſiſtentiam ut plurimum nec unum quidem ex ſuis Canonicis mittere, conſuevit id facile patientibus Epiſcopis ob latum 15. mille paſſuum iter, quibus Oppidum Proxeudis Ferentino diſtat: tum demum quia, ſi idem Capitulum ex Archipresbytero, & ſex Canonicis conſtitutum quatuor Canonicos mittere cogeretur, propriam Eccleſiam debito fraudari ſervitio ea ſolemni die neceſſe foret.

Epiſcopus hac de re juſſus inſtructam reddere Sacram Congregationem reſcribit, quoad primam Capituli conqueſtionem, ab eo fruſtra exaggerari onus ſingulis Canonicis incumbens ob quędam pia legata plures Miſſas pro nonnullis Benefactoribus applicandi, neque enim inde elici poteſt, Miſſam Parochialem pro populo, & Conventualem pro benefactoribus applicari non debere; Quo vero alteram ſuper aſſerto exceſſu Procurationis, pro eruenda veritate ſe conſtruxiſſe Proceſſum, cujus exemplar transmiſit: quo demum ad tertiam de numero vocatorum ad conficienda ſacra Olea ſic ait: „ Compertum eſt, antiquo tempore tres vocatos fuiſſe „ Sacerdotes, ſeu in ſacris conſtitutos, & aliquoties præteritis annis etiam „ quatuor, & ſane cum in dicto Oppido ultra Canonicos, & Beneficiatos „ ſint quamplurimi Presbyreri, & Subdiaconi, non videbitur exceſſi- „ vus quatenus numerus, cum eadem die mane veniunt, & ſero redeunt.

Porro circa primum ex Dubiis, quæ ad dirimendas ejuſmodi controverſias decidenda proponuntur, ſtatutum hodie eſt, Parocum debere ſingulis diebus feſti de præcepto Miſſam pro populo applicare, quacumque contraria conſuetudine licet immemorabili, aut reddituum tenuitate minime ſuffragante, juxta iteratas declarationes hujus S. Congregationis -- in Hydruntina 12. Februarii 1639. In Civitatis Caſtellanæ 8. Auguſti 1648. In Romana 17. Julii 1649. In Lucana 10. Maii 1681. In Nullius Nonantulanæ 30. Auguſti 1698. in Pampilonen. 18. Novembris 1702. & 31. Maii 1704. In Camerinen. 28. Junii 1704. In Foroſempronien. Miſſæ Parochialis 8. Februarri 1716. In Burgi S. Donini 16. Maii ejuſdem anni ad V. Dubium, & in Ferrarien. 18. Martii 1719. ad V. Dubium --, Et ad applicationem Miſſæ Conventualis pro Benefactoribus teneri quoque Canonicos, adeout ob iſtam eorum ſinguli non eximantur ab onere aliarum Miſſarum, quas pro iiſdem, vel pro aliis Benefactoribus antea celebrare conſueverant, eadem Sacra Congregatio reſcripſit -- In Tuſculana 16 Novembris 1652. In Fulginaten. 10. Januarii 1660. In Bellicaſten. Applicationis Sacrificii 13. Septembris 1670. In Hydruntina Applicationis Miſſæ Conventualis 1. Martii 1692. In Squillacen. 17. Martii 1714. In Camerinen. 9. Junii ejuſdem anni. In Ferrarien. 18. Martii 1719. In Comen. 4. Maii 1720. In Veliterna 17. Martii 1722. ad II. Dubium. In Spalaten. Applicationis Miſſæ Conventualis 23. Julii 1729. Et in Pientina Remiſſionis oneris 17. Februarii 1731. Sed iis tantum licere, attenta proventuum tenuitate, præfati oneris diminutionem impetrare, conſtat ex Decretis editis -- In Camerinen. Miſſæ Conventualis 5. Junii 1706. In Narnien. 11. Junii 1712. in Veliterna 14. Martii 1722. ad III. Dubium. In Spoletana 23. Maii ejuſdem anni. In Pientina 19. Junii 1728. Et in citata Spalaten. Applicationis Miſſæ Conventualis 23. Julii 1729. ad II. Dubium.

At vero, ſi ex lege fundationis conſtaret de numero Miſſarum, quæ in Benefactorum ſuffragium ſint applicandæ, ut in præſenti caſu prætendi videtur, tunc Miſſæ Conventuales celebrandæ forent juxta numerum in fundatione præfinitum, quemadmodum conſultus reſpondit *Monacell. formular. legal. par.4. num.239. & ſeqq. pag.25.* & tradunt *Paſqualig. de Sacrific. nov. leg. qu.899. num.2. & 4.*, *Urſaya tom.3. par.2. diſcep.23. num.71. & ſeqq.*

Ad rem autem, de qua agitur in II. Dubio, pertinent Resolutiones ab hac Sacra Congregatione editæ in Causa S. Marci Procurationis, ubi disceptatis hisce dubiis.

I. An sit in libertate Clerii Terræ Belvederii solvere Episcopo S. Marci visitanti procurationem in pecunia, vel subministrare victualia; & quatenus in pecunia.

II. An, & in qua summa sit taxanda.

III. An, & per quot dies liceat Episcopo visitanti protrahere visitationem.

IV. An, & quot personas possit secum ducere Episcopus occasione dictæ visitationis.

V. An Clerus teneatur quidquam solvere Ministris, Aliisque Officialibus Episcopi Visitantis.

VI. An idem Clerus teneatur solvere Episcopo visitanti vecturas equorum (rescriptum fuit) Ad I. Affirmative. Ad II. In summa moderata ad formam Concilii. Ad III. Arbitrio, & conscientiæ Ordinarii ad formam Concilii Ad IV Episcopum modesto equitatu, & famulatu oportere contentum esse. Ad V. deberi victualia tantum ad formam Concilii. Ad VI negative. Et consonant Decreta fusius deducta in Folio Congregetionis habitæ 18. Julii, & 8. Augusti 1733. in alia Causa S. Marci Visitationis.

Quantum denique attinet ad tertium Dubium, Pontificale Romanum jussu Clementis VIII. editum, & sub Urbano VIII recognitum præscribit duodecim Presbyteros, septem Diaconos, septem Subdiaconos, Acolithos, aliosque Ministros necessarios vestibus albi coloris suo Ordini congruentibus indutos ultra consuetos Ministros debere Episcopo assistere, dum feria quinta in Cœna Domini Sacra Olea conficit, juxta antiquissimam Ecclesiæ consuetudinem, de qua habetur *In Can. literis de consecr. dist.3. in can. Omni eodem tit. dist.4. & in cap. Te referente. de celebratione Missarum*, & plura tradunt *Gonzal. in cit. cap. Te referente. in verb. Chrisma. Pignattell. consult 41. num.1. & seqq.* & scite *Eminentissimus Petra tom.3. in Commentar. ad Constit 5. Innoc. IV. sect. unic. n.2. & seqq. pag.51.*

Hinc Sacra hæc Congregatio in una Civitatis Castellanæ die 12. Julii 1631. rescripsit „ Episcopum statuere posse, ut unus saltem Canonicus ex uno„ quoque Capitulo Ecclesiarum sibi subjectarum, & unus Sacerdos ex „ unoquoque Loco Diœcesis intersit, dum ipse Oleum Sanctum conficit „ in Civitate Castellana „ *ut in lib.14. Decr. pag 467. & in Aquilana* ad Dubium ita conceptum: „ An Præpositus Collegiatæ S. Justæ, & Archi„ presbyteri Collegiatarum S Mariæ de Paganica, & S Petri de Pople„ to teneantur intervenire feria quinta in Cœna Domini in consecra„ tione Olei Sancti in casu &c. „ die 3. Martii 1725. prodiit Resolutio (Affirmative) ut in lib 75. *Decr. pag.84.*

Dignabuntur itaque Eminentiæ VV. ex his, quæ hucusque deducta sunt, atque ex aliis nomine Capituli circumferendis, sequentibus Dubiis respondere.

I. An, & pro quibus Missis sit locus diminutioni, seu reductioni.

II. An, & in qua summa, seu specie sit taxanda Procuratio solvenda, seu subministranda Episcopo visitanti.

III. An, & qui transmittendi veniant ad consecrationem Olei Sancti feria quinta in Cœna Domini in casu &c.

Ad primum quoad Missas Parochiales, & Conventuales negative: Quo vero ad reliquas Dilata, & videatur particulariter. Ad secundum, taxandam esse in scutis septem, quatenus visitandi nolint præstare victualia,

danda

danda in quantitate moderata ad formam Concilii. Ad tertium, unum ex Canonicis esse transmittendum.

ROMANA DECLARATIONIS VOLUNTATIS. Matthæus Maria Ghirlandari in supremis, cum quibus decessit, tabulis hæredem universalem, adjecto plurium legatorum piorum onere, instituit Ven. Archiconfraternitatem Confalonis de Urbe; Hæreditatis vero suæ administrationem spectare voluit ad Eminentissimum D. Cardinalem dictæ Societatis pro tempore Protectorem, ejusque tres antiquiores Deputatos quolibet anno, servata inter ipsos ejusdem antiquitatis prærogativa, renovandos. Sess. 22. c. 6. Sess. 25. c. 4. de ref.

Cum autem inter plura a Testatore disposita quædam visa fuerint Administratoribus præfatæ Archiconfraternitatis non recte explanata, ne quidquam ipsi forrasse contra illius mentem ex proprio ingenio statuerent, salubre duxerunt, consulere hanc Sacram Congregationem, quæ, ut eorumdem Administratorum votis consueta maturitate faceret satis, audito prius Eminentissimo Protectore, jussit, rem totam proponi in Folio, citatis, interesse habentibus.

His igitur opportuna monitione jam provocatis, reliquum modo est, ut EE. VV., inspectis enunciato pii Testatoris elogio consultissima præfati Eminentissimi Protectoris Relatione, necnon supplici libello Exactoris pro hac hæreditate deputati circumferendis, declarare dignentur.

I. An Cappellani nominati, vel nominandi pro celebratione quinque Missarum perpetuarum removeri possint tantum cum causa, sive potius in quocumque casu renovationis illorum, ad quos pertinet nominatio, etiam absque causa in casu &c.

II. An Exactoris competat integra merces scutorum centum, seu potius ex illis sit detrahenda merces Ratiocinatoris in casu &c.

III. An Mobilia reperta Domi Civitatis Albani, quatenus dicta Domus vendatur, compræhensa remaneat in Legato favore pauperum ejusdem Civitatis in casu &c.

IV. An ex hæreditatis reliquatu aliqua certa portio eroganda sit in pauperum eleemosynam quolibet anno, seu potius mens Testatoris adimpleri debeat, quotiescumque Redemptionis Captivorum casus evenerit, arbitrio Administratorum in casu &c.

Non proposita cum sequentibus.

TUDERTINA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. Maria Ludovica Mannucci supplicem libellum Sanctitati Suæ porrexit, in quo exponens, suscepisse habitum Religiosum in Monasterio Sancti Joannis Baptistæ Civitatis Tuderti sub vespere die 24 Junii 1713., eademque die 24. Junii subsequentis anni de mane solemnem Professionem invalide emisisse tum, ob vim, & metum sibi a Francisco Patre incussum, tum ob non completum probationis annum, humillime postulavit, sibi facultatem impertiri, ut, prævia in integrum Restitutione ab elapso jamdudum quinquennio, jura sua adversus eamdem Professionem experiri posset. Sess. 25. c. 15. & cap. 1. de Reg. & Mon.

Precibus huic Sacræ Congregationi remissis, imperata de more fuit Episcopo confectio processus, quo nuperrime ad Urbem delato, consuetum Dubium ad petitionem Mariæ Ludovicæ, cui tam Moniales præfati Conventus capitulariter congregatæ, quam Promotor Fiscalis curiæ Episcopalis Tudertinæ obniti se nolle formiter declararunt; hodie discutiendum est.

Sum-

Summa eorum, quæ ex memorato Processu collecta Oratricis instantiæ potissimum favent, hæc esse videtur. Primo, quod tam præfatus Franciscus Mariæ Ludovicæ Pater, quam Julia Crisani ejusdem Mater non solum, inflictis iterato colaphis, atque verberibus, verum etiam pluribus aliis exercitis violentiis, eam impulerint ad ingressum in Religionem, ita quidem ut ipsa coram pluribus personis de suis Parentibus conquerens in hæc aliquando verba proruperit: „ Che la volevano far Monaca per for-„ za, e lei non aveva questa vocazione, e il Padre, e la Madre sareb-„ bero andati in casa del Diavolo, perchè la sforzavano a farsi Monaca „ Quod aversum semper animum a Religiosi habitus susceptione ostenderit tum eo tempore, quo educationis causa in Monasterio degebat, tum decurrente ejus probationis anno, idque præsertim manifestasse cum a Genitoribus suis, & a Vicario Generali Episcopi sępius interrogata, num vellet in dicto Conventu Regulare institutum amplecti, apertissime, se nolle responderit, juxta testimonium, quod Alexander ejus germanus Frater sub jurisjurandi religione sic protulit „ Detto mio Padre con Giu-„ lia Crisani mia Madre dissero a detta Suor Maria Ludovica, che vole-„ vano farla Monaca, e lei ripugnava a farsi con rispondergli non vo-„ lerseci fare. Detto mio Padre, e Madre le davano de' schiaffi, e „ bastonate, e così le facevano violenza a farsi Monaca, e la d. Suor Maria „ Ludovica piangendo rispondeva di non volerseci fare; Le dette richie-„ ste si fecero da detti mio Padre, e mia Madre a detta Suor Maria Ludo-„ vica con più violenze, e poi con stratagemma dopo qualche tempo, che „ la medesima fu condotta in casa, la fecero entrare nel Monastero delle „ Lucrezie. da dove mai uscì, perchè detto mio Padre, e Madre non „ volsero permettere, che uscisse, perchè sapevano di certo, che non „ ci sarebbe ritornata più.

Secundò, quod controversa professio emissa fuerit, nondum integre completo probationis anno, multoque minus transactis tribus diebus, quorum lapsus post emensum Novitiatus annum, juxta assertam consuetudinem in præfato Monasterio receptam, ante professionis actum procedere debet.

Tertio, quod reipsa Maria Ludovica, quæ sub horam emittendæ professionis sese absconderat, ne ad illam cogeretur, postmodum inventa a Moniali Oliva Leonori, ideo ad profitendum accesserit, quia eadem Monialis sic ipsam est allocuta. „ Io in vedela così disperata le disse, che fosse andata „ a far la professione, perchè se la faceva in quel giorno, ed in quell'o-„ sarebbe stata nulla, e poteva uscire, quando voleva, perchè non era-„ no passati li tre giorni dopo l'anno della vestizione, e ne meno l'anno, „ menrre si diceva, che vi mancava mezz'ora, e così si animò un poco, e „ andò a fare la professione con questa intenzione, come mi disse.

Demum ad excludendam professionis ratificationem prætenditur, ex eodem processu constare, quod Oratrix, quippe, quæ Regulis Monasterii obstrictam se minime reputaret, eas numquam servare voluerit, detractans præsertim adire Chorum, recitare Horas Canonicas, & votorum renovationi, quæ ex instituto ejusdem Monasterii quotannis expletur, interesse; quodque præterea, repetitis sæpesæpius acerrimis conquestionibus ob violentias a Genitoribus sibi illatas, abjecta Religiosa veste, sæculari ut plurimum habitu induta incesserit, ac munera sibi commissa vel nunquam, vel summe negligenter exercuerit.

Hæc peribent testes in processu auditi. Verumtamen reticendum non est, ex eodem processu non apparere, quod Oratrix fuerit examini subjecta, minusque in illo certum proferri documentum, ex quo satis tuto colligi possit, professionem revera fuisse emissam ante completum probationis annum. Unde, cum totum fundamentum pro asserta professionis nullita-

te

te constitui posse videatur dumtaxat in vi, & metu Oratrici a Patre illatis, perpendendum est, num eidem officiat, quod statim post illius obitum beneficium Restitutionis in integrum non imploravit. Siquidem ejus Pater occubuit in mense Septembris anni 1730. uti refert Episcopus in sua Epistola ad Sacram Congregationem data; supplex autem libellus, quo eadem Maria Ludovica præfatam Restitutionem in integrum a Sanctissimo Domino Nostro postulavit nonnisi sub annum 1753. porrectus apparet. Investiganda igitur videtur ratio, ob quam, cessata metus causa, petitum hodie remedium tamdiu efflagitare distulerit, quemadmodum Sacra hæc Congregatio nuperrime, in *Neapolitana restitutioni in integrum*. Proposita die 4. Decembris superioris anni, priusquam annueret instantiæ Patris Cyrilli de Januario idem beneficium petentis adversus professionem per vim, & metum, sibi a Matre exortam, voluit edoceri, cur jura sua post obitum Matris celerius in judicio experiri neglexerit, quod deinde cum ostensum fuerit altera in Causæ propositione secuta die 12. mensis mox elapsi, petita in integrum Restitutio concessa est.

Episcopus, relatis summatim iis, quæ favore Oratricis ex processu emergunt, aperiens sensum suum hæc ait; „ Ex his omnibus, & aliis motivis „ ex dicto processu resultantibus mihi videtur satis abunde probatum „ iustum metum sufficientem pro restitutione in integrum adversus lapsum „ quinquennii, quin immo quinquennii lapsus forsan Ludovicæ Manucci „ nondum obvenit; quinquennium namque ipsi computare debere videtur solummodo a die mortis sui Patris, cum tunc solum, defuncta jam „ Matre, libera ipsa, suique juris facta esse videtur.

Spectat jam vero ad EE. VV., omnibus sapientiori judicio perpensis rescribere.

An sit locus Restitutioni in integrum in casu &c.

PROVINCIÆ ROMANÆ RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. *Sess.25. c.15. de Reg.*

Causa hæc descripta primum in Folio diei 21. Januarii 1725., & subinde absque ejus definitione disceptata in Consessu habito die 3. Febr. ejusdem anni, ad enixam petitionem P. Paschalis a Lucerna, qui ob varia interjecta impedimenta eam hucusque prosequi non potuisse affirmat, super eodem Dubio tunc discusso examinanda iterum proponitur. Ut autem Eminentissimi Patres haud graventur onere resumendi præfatum Folium, quod eorum plures fortasse in promptu non haberent, congruens creditur, facti speciem hic enarrare.

P. Paschalis a Lucerna in sæculo nuncupatus Joannes Baptista Haltmeyer e patrio Helvetiorum solo ad Urbem se contulit animo, ut ipse ait, addiscendi linguam Italicam, at egestate pressus, ne mendicare cogeretur, præsidium imploravit a P. Pio de S. Columba, qui tunc temporis Guardiani munus exercebat in Conventu S. Bonaventuræ Urbis Ord. Recollectorum S. Francisci Strictioris Observantiæ, cumque ab eo necessaria sibi ad vitæ sustentationem subsidia præberentur, ipsius tandem beneficiis, atque suasionibus eo usque illectus est, ut, corde licet invito, sub annum 1700. habitum ejus Religionis susceperit in Conventu Ponticellorum Provinciæ Romanæ, ac deinde ibidem, transacto probationis anno, solemnem Professionem emiserit. Verum, ut interni sui dissensus, quem palam tunc declarare non audebat metuens, ne a dicto P. Pio suo Benefactore graviter indignato in summa paupertate desereretur, documentum aliquando proferendum relinqueret, actum suæ professionis ita suscripsit -- *Ego Fr Paschalis a Lucerna confirma, ut supra mitguvalt feci* -- quæ verba Germanica in Italum idioma conversa significant *per forza*.

His

His ita peractis, Orator, qui postea Sacros Ordines ad titulum religiosæ paupertatis suscepit, inquit, se plures intra quinquennium tentasse adversus d. Professionem reclamare, sed inutiliter, quippe quia Superiores continua ei attulerunt impedimenta, additis etiam pluribus injustis vexationibus, ad quas imposterum declinandas sub annum 1716. obtinuit a Sacra Pœnitentiaria transitum ad Fr. Min. de Observ., verumtamen neque inter istos minora passus fuit infortunia, adeout nonnisi anno 1725. liberum sibi fuerit Judicium super afferta professionis suæ nullitate instituere.

Eo igitur tempore cum preces Sanctissimo ab Oratore porrectæ ad hanc S. Congregationem fuerint remissæ, voluit eadem S Congr. super iis audire P Gener. Ordinis, qui retulit, Oratorem anno 1705. transmissum ad Reformatam Provinciam Tirolensem, mox in Bavariam, & deinde, constructo processu, condemnatum fuisse anno 1721. ad pœnam relegationis in Provinciam Observantem Dalmatiæ, & carceris claustralis cum Jeiunio in pane, & aqua singulis sextis feriis, atque in casu contraventionis ad pœnam triremium per quinquennium irremisibiliter incurrendam, sed prædictæ relegationi, licet sententiam acceptasset, & subscripsisset, cum effectu tamen non paruisse, quippe quia vagus, & profugus absque Superiorum licentia usque ad d. annum 1725. in varia loca se recepit.

Quo vero ad reclamationem intra quinquennium a die professionis, ut asserit, intentatam, rescripsit idem P. Generalis sibi de illa nequaquam constare, quinimmo ex memorato processu, eiusdemque Oratoris depositionibus Juramento firmatis depræhendi, se vere, & legitime Professum in Conventu S. Mariæ de Ponticellis agnovisse, deque sua expultione a Sacro Recessu graviter conquestum sæpius institisse, ut reditus ad eumdem S. Recessum sibi permitteretur.

Hac habita P. Generalis relatione, optavit S. Congreg., plenius adhuc de eadem re instrui ab Eminentissimo Corsino tunc temporis Seraphici Ordinis Protectore modo Supremam Petri Cathedram meritissime occupante, qui significavit, P. Paschalem a Lucerna toto tempore, quo in Religione permansit, plures detrusum fuisse in carceres formales ob varia eidem illata crimina, subindeque passum sententiam condemnatoriam a se postea vigore Rescripti Pontificii revocatam, ex quibus *duo*, inquit, *promanant*:
„ Unum nempe, quod oportet d. Fr. Paschalem a Religione subtrahere
„ ob nimiam animi aversione, quam contraxit erga eam, & fastidium,
„ quod couceperunt Superiores, & Religiosi omnes contra eumdem, itaut
„ impossibile est, ut in Domino amplius convivere valeant: & alterum,
„ quod non valet succurri præfato Fr. Paschali obvio remedio transferendi
„ illum ad aliam Religionem claustralem etiam laxionem, nunquam enim
„ inveniet benevolum receptorem ob tot, & tantas diffamationes, quas
„ sustulit, & modo patitur, prondeque deveniendum sit ad hoc extraor-
„ dinarium, quod vivere valeat in sequuto in statu Presbyteri secularis, &
„ huic gratiæ nedum præstat consensum P. Generalis Ordinis, sed quam
„ maxime desiderat, & exoptat „ -- addito tamen, quod, ubi prædictum indultum concedi posse crederetur, dandum esset „ cum solitis clausulis
„ retinendi interius habitus regularis signum, & servandi (quatenus fieri
„ potest) Regulam suæ Religionis, & vota in Professione emissa, itaut
„ quod spectat ad votum paupertatis nihil possideat tamquam proprium,
„ nec illius dominium habere possit, sed purum usum ad congruam susten-
„ tationem.

Sacra Congregatio, hisce acceptis, sub diem 23. Febr. 1726. ad novas preces Oratoris, qui præter jam deducta exposuit, Genitores, suos, & quatuor sorores in seculo relictas summa inopia laborantes ejus præsidio indigere, benigne indulsit „ ut ad effectum assistendi ejus Genitoribus, ac

So-

„ Sororibus habitum Presbyteri secularis ad confinia tantum Helvetio-
„ rum assumere, illumque per Hiberniam, & inter Helvetios dumtaxat
„ gerere possit, & valeat; ita tamen, ut Orator dicto tempore, quo præ-
„ fatum habitum geret, Regulam suæ Religionis, quantum poterit, in
„ reliquis servet, & Ordinario loci, in quo habitabit, subjectus rema-
„ neat, & ulterius intra mensem a data præsentis Decreti decurrendum
„ ab Urbe omnino discedere, & ad Helvetiorum loca iter accipere te-
„ neatur, alias præsens Decretum, & Indultum nullius sit roboris, &
„ momenti, ac habeatur perinde, ac si non emanasset, & respective
„ concessum non fuisset.

Orator, qui præfato indulto tunc usus non fuit, Restitutionem in integrum aliàs petitam denuo postulat, sibi blandiens, quod, ubi ejus votis non annuatur, deneganda saltem ipsis non sit gratia exeundi a Religione, & vivendi in seculo in statu Presbyteri secularis juxtà formam præcedentis Indulti.

Quocirca decidendum est.

An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.

NULLIUS, SEU MONTIS CASINI CONCURSUS. Contendente Universitate Terræ Peschi Constantii, deputandum esse Vicarium perpetuum, qui in Ecclesia receptitia S. Mariæ Collis animarum curam gereret, in Congregatione diei 26. Januar. 1726. inter cætera proposita fuerunt tria hæc Dubia -- I. An pro exercenda cura actuali Ecclesiæ Collegiatæ receptitiæ Parochialis Terræ Peschi Constantii sit deputandus Vicarius actualis; *& quatenus affirmative*. II. An debeat esse perpetuus, & amovibilis, & a quo sit nominandus. III. An, & quomodo sit approbandus ab Ordinario Cassinensi -- *prodiitque Resolutio* -- Ad I. II. III. ab Ordinario esse deputandum Parochum perpetuum, prævio concursu. *Sess.24. c.18. de ref.*

In executionem hujus Rescripti Ordinarius loci volens præfatam Ecclesiam de Parocho perpetuo providere, sub diem 12. Augusti 1733. præcepit affigi consuetum edictum, quo omnes ad curam prædictæ Ecclesiæ concurrere cupientes monuit, ut in termino decem dierum comparerent, seque describi facerent concursui post elapsum terminum die 24. ejusdem mensis habendo; postea vero cum solus Sacerdos Thomas de Amata dicta die comparuerit, in examine habito die subsequenti 25. ad animarum curam idoneus ab examinatoribus renunciatus, in Parochum perpetuum deputatus fuit, post rejectam præmissa die 24. fuit instantiam nomine Sacerdotum Francisci Grilli, Josephi Falconio, & Nicolai Mosca porrectam, qua sub obtentu, quod ii tunc minime possent ob aeris intemperiem ad concursum accedere, postulabatur, indictum concursum ad aliud tempus differri.

Adversus præfatam deputationem statim reclamarunt memorati Sacerdotes, habito ad hanc Sac. Congreg. recursu, cumque modo, audito jam Ordinario, disceptandum sit, Dubium infrascriptum, præstat adnotare, quod, licet ii omnes, quin intra terminum in edicto præfixum comparuerunt, atque concurrentes descripti sunt, transacto prædicto termino, subiici debeant examini certa die indicto, juxta sanctionem Sacrof. Conc. Trident. *Sess.24. cap.18. de reform.* -- ibi -- *Transacto constituto tempore, omnes qui descripti fuerunt, examinentur ab Episcopo, sive eo impedito, ab ejus Vicario Generali, atque ab aliis Examinatoribus non paucioribus, quam tribus* -- adeout, si quis eorum ab examine absque legitima causa rejectus fuerit, concursus subinde habitus communiter irritus, atque invalidus judicetur, ad tradita per *Garz. de benef. part.9. cap.2. num.341. Pignatell. tom.1. consult.1. n.27. & seq.*, & rescripsit S. Congr. *in Taraconen. 12. Maii 1635. lib.15. Decr. p.193.*

Attamen quando unus dumtaxat, nondum elapso termino, comparuerit, novum edictum affigi non debet, sed iste examini est subiiciendus, eique conferenda Parochialis, si ad animarum curam idoneus reperiatur, quemadmodum notant *Barbos. ad Concil. sess.24. cap.18. de ref. num.64. Massobr. in prax. haben. concurs. requisit.3. dub.7. Garz. de benef. part.9. cap.2. num.215. & seq.*, & censuit S. Congreg. *in Cremonen. lib.3. Decr. p.83.*, nec alter post transactum tempus in edicto præfinitum, re licet integra, ad examen admittendus est, nisi doceat, se ob legitimum impedimentum nequivisse intra præscriptum terminum præsentare, secundum Resolutiones S. Congregationis editas die 17. Febr. 1724. ubi disputatis binis hisce Dubiis -- I. An sit audiendus non descriptum petens admitti ad examen jam peractum, sed Beneficii non dum facta collatione. II. Et quid, si non est factum examen, sed terminus tantum lapsus -- *responsum fuit* -- Ad I. Non esse audiendum. Ad II. Itidem non esse audiendum -- *ut in lib.12. Decr. pag.159. in cit. Cremonen. lib.3. decr. pag.83. & in Abellinen. concursus 28. Febr.1711. lib.61. decr. pag.81.*

In hypotesi vero ponderandum insuper est, num aliud edictum affigendum esset, quippe quia nemo intra terminum in illo jam promulgato præfinitum comparuit, & memorati Sacerdotes, re adhuc integra, institerant, ut concursus ad aliud tempus protraheretur; alterum enim edictum, nemine intra terminum prioris comparente, affigi debere, quo denuo oppositores ad concursum evocentur, docent *Garz. de benef. part.9. cap. 2. num.218. Massobr. in prax. haben. concurs. requisit.3. dub.9. Barbos. ad Concil. loc. cit. n.70. & de offic. & potest. Paroch. part.1. cap.2. n.51. & Antonell. de regim. Eccl. lib.3. c.5. §.2. n.14.*

Ex his igitur, aliisque utrinque afferendis placeat Eminentiis Vestris statuere.

An concursus, & respective approbatio Thomæ de Amata sustineatur, vel potius sit deveniendum ad novum concursum in casu &c.

Sess.24. c.18. de ref.

ARIMINEN. CONCURSUS. Indicto concursu ad vacantem Ecclesiam Parochialem S. Blasii in Oppido Saludecii erectam Cæsar Fabri Parochus Ecclesiæ S. Martini in Riparupta ab omnibus quinque examinatoribus fuit approbatus, & quatuor damtaxat examinatorum suffragia confluxerunt in Matthæum Baldi. Episcopus vero sub diem 11. Febr. anni proxime præteriti præferendum judicavit eumdem Matthæum Baldi, qui postmodum, exhibitis testimonialibus literis suæ approbationis, controversam Ecclesiam sibi ab Apostolica Sede conferri obtinuit.

Irrationabile fuisse Judicium Episcopi contendit præfatus Cæsar Fabri, proindeque appellationem, quam die 4. Martii superioris anni interposuit, modo prosequens, ut sui meriti ac memoratam Parochialem præ illis Matthæi majora ostendat, imprimis exponit, se jam quartum supra 60. annum agere, Doctoris Laurea in utroque jure esse insignitum, diu in Cæsenatensi, & Ariminensi Seminario humaniores literas pueros docuisse, per Quadragesimam conciones, aliisque sæpe temporibus habuisse panegiricos sermones, Vicarii Foranei, Pœnitentiarii, necn examinatoris synodalis muneribus fuisse perfunctum, & demum ob animarum curam in tribus Ecclesiis hucusque sedulo gestam optimum sui nomen æque, ac desiderium apud earum populos reliquisse. Secus vero ait, Matthæum Baldi non excedere ætatem 35. annorum, nec aliis eum posse gloriari exercitiis muniis, quam quod in nonnullis Oppidis pueros humanis literis eruderit, sacramentales confessiones paucis annis exceperit, & postremo Vicarium Basilicæ Lateranensis in ea Diœcesi, & Rectorem Seminarii ibidem egerit.

Addit

Addit prӕterea, d. Matthӕum in actu concursus fuisse instructum de responsionibus ad quӕstiones dandis, uti de auditu ab altero ex concurrentibus deponit quidam Sacerdos; & demum subjungit, ex aliorum Testimonio constare, quod Episcopus Matthӕum Baldi prӕtulerit, ut fidem suam, quam ipsi Matthӕo ob familiarem quamdam consuetudinem inter illum, & ejusdem Episcopi conjunctos intercedentem, vivente adhuc Parocho antecessore, prӕstiterat, liberaret.

E converso Episcopus in Relatione ad S Congreg. data prӕmittit, se credidisse, quod appellatio a Cӕsare Fabri die 4 Martii transacti anni interposita non esset admittenda utpote interjecta post decem dies ab hac S Congreg. prӕfinitos in enclyticis Literis die 8. Februarii 1721. expeditis, in quibus post traditam formulam habendi concursus ita cavetur -- „ Peracto „ secundum hanc formulam concursu, collataque ei, qui magis idoneus, „ ac dignior judicatus fuerit, Ecclesia Parochiali, non admittatur appel- „ latio, aut a mala relatione examinatorum, aut ab irrationabili Judicio „ Episcopi, nisi intra decem dies a die collationis interponatur.

Deinde vero, ut Judicium suum ab impida injustitiӕ nota liberet, multas inquit ob causas prӕelegisse Matthӕum Baldi doctrina, prudentia, morumque integritate ab ipso non mediocriter commendatum; primo quia Cӕsar Fabri jam fere septuagenarius, ac tibiarum morbo laborans non ӕque idoneus sit ad occurendum necessitatibus Gregis in Parochie Saludecii latum habente circuitum, pluresque dissitas domus; secundo, quia tres Parochiales Ecclesias hucusque permutaverit, adeout quamdam Ecclesiarum negotiationem videatur instituere velle; tertio quia Ecclesiam Sancti Martini in Riparupta, quam modo possidet, incomptam, neglectamque retinere deprӕhensus fuerit in S. Visitatione peracta anno 1729., quarto demum, quia turbam habeat Nepotum ex Fratribus, & Sororibus inopia laborantibus, quorum aliquos apud se retinet, itaut etiam hac de causa Matthӕus Baldi facultatibus pollens, neque Consanguineis stipatus acceptior populo evadat.

Num vero prӕfatus Cӕsar, cujus tantum jura hactenus allata sunt ab exceptionibus per Episcopum deductis se satis vindicet perpendendum erit ab EE. VV. quarum onus est supremo oraculo decernere.

An constet de irrationabili Judicio Episcopi, ita ut Parochialis, de qua agitur, sit adjudicanda Cӕsari Fabri in casu &c.

Die Sabbathi 23. Aprilis 1735.



EDIOLANEN. CENSURARUM. Status hujus litis vertentis super validitate, & Justitia censurarum, quibus P. Joseph Necchius Prior Conventus Carmelitarum, & Angelus Maria Allegrantia Sacrista fuerunt a Vicario Civili Archiepiscopalis Curiӕ innodati eo, quia detrectarent solvere Quartam Funeralem Parochis portionariis S. Carpophori, expositus fuit in Folio diei 20. Novembris superioris anni. In Congregatione vero habita die 4. subsequuti mensis, disceptato Dubio -- *An Censurӕ sustineantur in casu &c.* - prodiit Rescriptum - *Consignato deposito, esse absolvendos ab cautelam.* *Sess. 25. c. 3. & 13. de ref.*

Depositum a Patribus Carmelitis juxtà S. Congregationis prӕceptum fuit Pa-

rochis consignatum; sed quia iidem Religiosi authumantes, controversas censuras neutiquam sustineri posse, sua interesse putarunt, prælato Rescripto super absolutione ad cautelam sibi per Ordinarium impertienda non acquiescere, idcirco, cum hodie utantur beneficio novæ Audientiæ, quod impetrarunt, ab Eminentiis VV. exquiritur.

At sit standum, vel recedendum à decisis in casu &c.

In decisis, & amplius, & ad mentem.

Sess.24.c.1. de Ref.Mat. BARCHINONEN. MATRIMONII. Causa hæc pluries in Folio descripta neque in Congregatione habita die 5. Martii proxime præteriti potuit definiri. Ut igitur resolutio hucusque suspensa tandem prodeat, iterum Eminentiis VV. decidendum proponitur.

I. An Matrimonium sit validum; *& quatenus affirmative*.

II. An sit consulendum Sanctissimo pro dispensatione super Matrimonio rato, & non consummato in casu &c.

Ad primum Affirmative. Ad secundum Negative.

Quatuor, quæ subiicientur Causæ, cum in postrema Congregatione diei 26. Martii (aliis negotiis totum temporis spatium sibi vindicantibus) proponi non potuerint, resumpto Folio tunc distributo, hodiernam expectant definitionem.

Sess.22. c.6. Sess.25. c.4. de ref. ROMANA DECLARATIONIS VOLUNTATIS.

I. An Cappellani nominati, vel nominandi pro celebratione quinque Missarum perpetuarum removeri possint tantum cum causa, sive potius in quocumque casu renovationis illorum, ad quos pertinet nominatio, etiam absque causa in casu &c.

II. An Exactoris competat integra merces scutorum centum, seu potius ex illis sit detrahenda merces Ratiocinatoris in casu &c.

III. An Mobilia reperta Domi Civitatis Albani, quatenus dicta Domus vendatur, compræhensa remaneat in Legato favore pauperum ejusdem Civitatis in casu &c.

IV. An ex hæreditatis reliquatu aliqua certa portio eroganda sit in pauperum eleemosynam quolibet anno, seu potius mens Testatoris adimpleri debeat, quotiescumque Redemptionis Captivorum casus evenerit, arbitrio Administratorum in casu &c.

Ad primum Affirmative quoad primam partem, & Negative quoad secundam. Ad secundum Negative quoad primam partem, & Affirmative quoad secundam, & ad Mentem. Ad tertium Negative. Ad quartum Negative quoad primam partem, & Affirmative quoad secundam. Reliquæ non propositæ.

Sess.25. c.19. de reg. PROVINCIÆ ROMANÆ RESTITUTIONIS IN INTEGRUM.

An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.

NUL-

NULLIUS, SEU MONTIS CASINI CONCURSUS. *Sess.24. c.18. de ref.*

An concursus, & respective approbatio Thomæ de Amata sustineatur, vel potius sit deveniendum ad novum concursum in casu &c.

ARIMINEN. CONCURSUS. *Sess.24. c.18. de ref.*

An constet de irrationabili Judicio Episcopi, ita ut Parochialis, de qua agitur, sit adjudicanda Cæsari Fabri in casu &c.

GUARDIEN. FONTIS BAPTISMALIS, ET PRÆEMINENTIARUM. In Oppido Civitatis Campinarani, quod constat septingentis supra mille Incolis, binæ sunt Parochiales Ecclesiæ altera sub titulo S. Mariæ Majoris, altera verò in honorem S. Georgii erectæ, Parochus hujus posterioris, prævia quidem licentia Episcopi in actu Pastoralis visitationis nullo tamen Archipresbyteri Sanctæ Mariæ Majoris præhabito consensu, in dicta sua Ecclesia Fontem Baptismalem anno 1653. constituit, *Sess.21. c.4. Sess.24. c.13. de ref.*

At reclamante ad hanc Sacram Congregationem memorato Archipresbytero, in cujus Ecclesia Baptismi Fons jampridem reperiebatur, die 8. Augusti 1654. rescriptum fuit -- *Erectionem Fontis Baptismalis in Ecclesia Sancti Georgii ab Episcopo novissimè factam non esse confirmandam* -- ut in *lib. 9. Decr. pag.*160. subindeque ad ejusdem Archipresbyteri petitionem non semel injunctum fuit Episcopo, ut enunciatum Sac. Congreg. Rescriptum executioni demandaret.

Verumtamen præfato Dacreto nondum executo, sub annum 1666. inita fuit inter Partes concordia, qua cautum est, -- Che l'Arciprete di S. Giorgio
„ possa fare liberamente la benedizione del Fonte nella sua Parochiale, con
„ questa condizione. che la funzione del Sabbato per sempre si abbia da fare
„ prima dall'Arciprete di Santa Maria Maggiore col suo Clero in quella
„ Chiesa, e sonare prima le Campane al Gloria in memoria dell'antica
„ osservanza -- eamque Episcopus Sedis Apostolicæ Delegatus hisce verbis
„ approbavit -- Inhærendo dispositioni Sacri Concilii Tridentini sess. 21.
„ cap.13. de Reform, omnia prænarrata concordata approbamus, mandantes,
„ quod prædicti Archipresbyteri se subscribant, ac jurent in forma.

Anno autem 1698. Franciscus Antonius Violi tunc temporis Archipresbyter memoratæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Majoris dictam concordiam impugnare cœpit coram A. C., cumque eam modo ab hac Sacra Congregatione irritam declarari postulet, Nicolaus Piccarini modernus ejusdem Ecclesiæ Archipresbyter, qui contendit, executioni demandandum esse præfatum Decretum anni 1654., & authumans præterea, Ecclesiam suam esse Matricem, sibi asserit præeminentiam, & præcedentiam supra Parochum Sancti Georgii Processionibus, aliisque functionibus Ecclesiasticis, ad definiendas controversias inde exortas opus est disceptare tria Dubia, quæ inferiùs describentur.

Porro, prætermissis iis, quæ spectant ad Decisionem II. & III. veluti desumenda potissimùm ex facti circumstantiis utrinque enuncleandis, quod attinet ad I., in quo disputatur, num memorata concordia sit observanda, sive potiùs executioni demandandum enunciatum Sac. Congregationis Decretum, præstat circà jus erigendi Fontem Baptismalem nonnullas Supremi hujus Tribunalis Resolutiones addere iis, quæ tradunt *Gloss. in Clement. 1. circa med. verb. Matricem. de sent. excomm. Innoc. in cap. Dilectis di Capell. Monac. in 6. Fagnan. in cap. Cum contingat. n. 34. 35., & 59. de Decim. Reiffenstuel. in jus Can. lib.3. tit.30. § 5. num.103. circa med. Nicol. lucubr. can. lib.3. tit.42. sub num.6. vers. Nota tamen. Scarfant.*

fant. in animadverf. ad Ceccoper. lib. 4. *tit.*10. *num.* 2., & doctiffimè *Eminentiffimus Petra in Commentar. ad Conftit.* 2. *Gregor.XI. num.*5., *& feq. tom.*4. *pag* 286.

In Vrbinaten. 15. Junii 1624. editum fuit Refcriptum hifce verbis conceptum -- Cenfuit Sacra Congregatio in omnibus Ecclefiis Parochialibus de-
„ bere effe Fontem Baptifmalem, nifi effent in aliquibus fpecialiter Eccle-
„ fiis deputati Fontes Baptifmales, qui Matrices, vel Baptifmales Ecclefiæ
„ vocantur, itaut fiat diftinctio Matricum Ecclefiarum ab aliis Curatis -- uti
„ referunt Fagnan. in cap. Cum contingat. n.69. de decim., & Nicol. lu-
„ cubr. cân. tom 2. lib. 3. tit 42. fub n 6.

In Maffilien. Ecclefiæ S. Stephani 7. Januarii 1640. prodiit hæc Refolutio --
„ Cenfuit Sac Congregatio, fi Sm̃o Domino Noftro placuerit, gratiam peti-
„ tam erectionis Fontis Baptifmalis concedi poffe, de confenfu tamen Ordi-
„ narii, & intereffe habentium -- ut in *lib.*16. *Decr. pag.* 313.

In Leodien. Erectionis Fontis Baptifmalis. Cum Capitulum Cathedralis Ecclefiæ contenderet, Fontem Baptifmalem haud erigi poffe in Parochiali Ecclefia Sancti Nicolai *ultra Moffam*, fed omnes Infantes in ea natos falutaribus aquis regenerandos effe a Parocho Ecclefiæ Matricis nuncupatæ *B. Virginis ad Fontes* eidem Capitulo unitæ, Parochus dictæ Ecclefiæ Sancti Nicolai exponens, ejus Paræciam fub fe habere octo mille Incolas, diftare ab Ecclefia matrice unum circiter lapidem, Fortalitium tunc recens conftructum ita impedimento effe, ut cum fpirituali puerorum periculo facilis haberi non poffet aditus ad eamdem Ecclefiam Beatæ Virginis ad Fontes obtinuit difputari Dubium -- An fit locus erectionis Fontis Bap-
„ tifmalis in Ecclefia Sancti Nicolai ultra Moffam -- cui Sacra Congrega-
„ tio die 7. Junii 1692. refpondit -- Affirmativè --, ut in lib. 42. Decr.
„ pag. 327.

In Placentina. Epifcopus in vifitatione anno 1691. peracta ad inftantiam Populi Loci Planellarum Parochialem Ecclefiam ejufdem Loci exemit ab omnimoda fubjectione ergà Plebanam Ecclefiam Lóci Trivotii, eamque in Archipresbyteratum non tamen infignem erexit, tributa facultate illius Archipresbytero benedicendi Fontem Baptifmalem die Sabbathi Sancti; fed hujufmodi Decretum fubinde impugnante Plebano Lóci Trivotii, difceptatum fuit -- *An Decretum Epifcopi fuftineatur in cafu &c.* --, & die 26. Aprilis 1698. editum fuit Refcriptum -- *Affirmative* -- ut in *lib.*48. *Decr. pag.*184.

In Fulginaten. Fontis Baptifmalis. Propofito Dubio -- An fuftineatur erectio
„ Fontis Baptifmalis in Ecclefia Parochiali Sanctæ Mariæ Novæ Caftri Sero-
„ nis in cafu &c. Sacra Congregatio die 22. Junii 1720. refcripfit -- *Affirma-*
„ *tive, & amplius*, ut in *lib.*70. *Decr. pag.*258. At in eo cafu Parochiani memorati Caftri Seronis ante novi Fontis erectionem non folùm deferebant fuos Infantes ad Ecclefiam Sancti Anfovini, cujus Parochus prædictæ erectioni fefe opponebat, fed etiam ad alias finitimas Parochiales, necnon Ecclefiæ Sanctæ Mariæ Novæ Caftri Seronis erat totaliter independens ab Ecclefia S. Anfovini, & demum via ducens a Parochiali Seronis ad Parochialem S. Anfovini aliquando propter nives remanebat invia, ita ut neceffarium omnino fuerit Baptifmalem Fontem erigere, uti expofitum fuit in Folio tunc diftributo.

Et nuperrimè *in Fabrianen.* Fontis Baptifmalis, & Juris Baptizandi Capitulo Cathedralis Ecclefiæ S. Venantii contradictórem fefe præbente erectioni Fontis Baptifmalis a Monachis Camaldulenfibus peractæ in Parochiali eorum Ecclefia S. Blafio dicata, fub fundamento, quod eadem Ecclefia Sancti Venantii matricitatis jure polleret, quodque Ecclefia S. Blafii inftituta effet Parochialis per fectionem Porochiæ, cui antiquitùs præerat Ecclefia Sancti Venantii, die 21. Julii 1732. difceptata fuerunt duo hæc Dubia

I. Du-

I. An erectio Fontis Baptismalis facta in Ecclesia Parochiali Sancti Blasii
„ sustineatur. II. An liceat Parocho Ecclesiæ Cathedralis Sancti Venantii
„ in ea baptizare natos in alienis Parochiis etiam Fontem Baptismalem
„ habentibus, seu potiùs spectet privativè ad unumquemque Parochum ha-
„ bentem Fontem in sua Ecclesia Baptismum conferre propriis Parochia-
„ nis in casu &c. -- *fuit rescriptum* -- Ad I. negativè, Ad II. servetur soli-
„ tum --: at subinde die 22. Novembris ejusdem anni 14. Novembris 1733.,
& 20. Martii 1734. quoad utrumque Dubium recessum fuit a decisis, ut in
lib.82. Decr.pag. 519.

His igitur ponderatis, nec non inspecta Vicarii Capitularis Relatione circumferenda, placeat Eminentiis VV. deliberare.

I. An concordia anni 1666. sit observanda, vel potiùs sint exequenda Decreta hujus S. Congregationis emanata sub diebus 13. Junii, & 8. Augusti 1654.

II. An constet de Matricitate, seu præeminentia Ecclesiæ S. Mariæ Majoris Oppidi Civitæ Campimarani, vel alteriùs Ecclesiæ S. Georgii ejusdem Loci.

III. An, & in quibus Processionibus, ac functionibus Ecclesiasticis competat præeminentia, & præcedentia Archipresbytero Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Majoris, vel alteriùs Ecclesiæ S. Georgii in casu &c.

VERONEN. RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. In Constitutionibus Ordinis Canonicorum Lateranensium ita cautum habetur -- *Sess.24.c.19. de Regul.*
„ Qui annum ætatis quadragesimum excesserit, in nostra Congregatione
„ nullo modo suspiciantur sine expresso consensu totius Capituli Generalis,
„ Pueri veró non ante quintumdecimum completum annum recipiantur, ita
„ ut, expleto anno probationis, juxtà Decretum Concilii Tridentini solem-
„ nem Professionem emittere valeant.

Adversùs hanc legem Nicolaus Trevisanus natus die 3. Maii 1695 decurrente mense Augusti 1710. nimirum decimoquinto ætatis suæ anno nondum exacto, inter eosdem Canonicos Lateranenses receptus fuit, & post expletum Tyrocinium, die 14. Maii 1712. sub nomine Augustini Mariæ solemnem emisit professionem, quam irritam esse contendens, beneficium Restitutionis in integrum adversùs lapsum quinquennii de more implorat.

Ex duplici capite invalida prætenditur Oratoris professio. Primum est, quod ipse, uti prænotatum fuit, annum quartumdecimum duntaxat agens contrá præscriptum dictarum Constitutionum ad suscipiendum Regularem habitum admissus est.

At quædam circà id occurrunt animadvertenda; in facto nempe, quod Oratoris nomine die 15. Aprilis 1712. ante ipsius professionem, impetratum fuit a Sacra Congregatione super Disciplina Regulari rescriptum, quo, prævia sanatione receptionis ad habitum, & Novitiatus; concessa fuit Superioribus Regularibus facultas, ut, contrariis quibuscumque non obstantibus Oratórem præfatum ad Regularem professionem admittere possent, *ita tamen, ut in actu Professionis præsenti Indulto se uti velle idem declararet* --; quodque in Libro Novitiorum existente in Cancellaria Conventus Sancti Leonardi, ubi Orator professionem emisit, hæc habentur -- Die
„ 14. mensis Maii 1712. prædictus D. Augustinus Maria Trevisanus solem-
„ nem professionem emisit in manibus Reverendissimi Patris Domini Adeo-
„ dáti Fontanæ Abbatis hujus Canonicæ Sancti Leonardi post Offertorium
„ Missæ Conventualis, prævia acceptatione a dicto D. Augustino Maria facta
„ ante Altare coram Testibus Sanatoriæ Apostolicæ ad validitatem suæ pro-
„ fessionis propter errorem in sua vestitione circà ætatem deficientem octo
„ mensium a quindecim annis prærequisitis.

In

In jure verò, quod Professio emissa contrà legem in peculiaribus Constitutionibus Ordinis praescriptam non solet irrita declarari, nisi hæc ipsa nullitatis pœna fuerit in eisdem Constitutionibus a Sede Apostolica specificè approbatis adjecta, uti tradit -- Fagnan. in cap. Qui Presbyterum
„ num.85. de pœnit., & remiss. *egregie* Eminentissimus Petra ad Constit.2.
„ Anastas.II. num.9 & seq. ad Constit.5. Grego. IX. num.22. & seq. tom.2.
„ & ad Constit.3. Calisti III. num.17. tom.5., *& colligitur ex Decretis hujus*
„ *Sacræ Congregationis* in Neapolitana 14. Junii 1681. lib.31. Decr. pag.122.
„ in Neritonen Restitutionis in integrum 23 Februarii 1715. lib.65. Decret.
„ pag.83. & in Calaritana Nullitatis Professionis 15. Martii 1727. lib.77.
„ Decr. pag.149.

Secundum caput sistit in eo, quod Orator vi, & metu fuerit a Hyacintha ejus Matre ad amplectandam Religionem compulsus, uti asserunt duo Testes, nempè Justiniana Mussati, & Antonius Magorottus, quorum prior testimonium hisce verbis perhibuit -- Attesto, che essendo mia amica la
„ Signora Giacinta Trevisana Madre del P. D. Agostino Maria, la medesi-
„ ma mi ha detto, aver dato impulsi, e fatte molte insinuazioni al detto,
„ perchè prendesse l'Abito della Religione. Poi la medesima mi disse, di
„ averlo battuto anche senza ragione il giorno avanti, che si partisse di sua
„ Casa il detto suo Figlio, di che mi confessò, sentirne molta sinderesi --
& alter referens, in famulatum Domus Trevisanæ fuisse, quo Orator in seculo degebat, juratus asseruit, quod ejus Mater -- Con forti, e conti-
„ nuali impulsi lo stimolava alla Religione, trattava con esso rigorosamente,
„ e spesso lo batteva, finalmente contro l'assoluto volere del proprio Padre,
„ che anche li negò la sua benedizione, li convenne passare alla Religione --;
utque uberiùs comprobentur maternæ violentiæ, de quibus duo tantùm præfati Testes explicitè deponunt, proferuntur attestationes quorumdam ejusdem Ordinis Religiosorum, qui pluries audivisse Oratorem tàm intrà probationis annum, quàm post professionem de vi, & metu sibi generátim illatis conquerentem affirmant.

Præterea ad ostendendam obfirmatam ejusdem adversionem ab Instituto vitæ Monasticæ exhibetur quædam Epistola Patris Thomæ Benvenuti tunc temporis Novitiorum Magistri, in qua plurimùm exaggerantur ejus irreligiosi mores, & sæpiùs declarata voluntas Regularem habitum dimittendi, antequam Professionem emitteret; & tandem, ut coniiciatur, quam alienus fuerit semper a tacita Professionis ratificatione, exponitur fuga, qua post susceptum Sacrum Subdiaconatus Ordinem circa annum 1718., religiosa abjecta veste, se transtulit ad Orientales plagas, ubi inter Venetos milites adscriptus spatio unius anni contrà Turcas dimicavit; addita postremùm declaratione sub initium anni proximè præteriti hisce verbis concepta -- Riuscendomi sempre più insoffribile il giogo della Religione
„ addossatomi dall'imposture, e replicate preci, come pure dalle blandizie,
„ e violenze di chi, Iddio gli perdoni, mi necessitò alle Regolare Professio-
„ ne, dalla quale sono stato in ogni tempo alienissimo, non essendovi con-
„ corso ne avanti, ne dopo il mio libero volontario, ed intenzione &c. Però
„ con il presente intendo rinovare l'altrio mio Constituto sigillato, &c. di-
„ chiarando con il presente, tale essere la mia volontà.

Religio Oratoris instantiæ non contradicit; onus itaque erit Eminentiarum VV. inspectis juribus circumferendis, respondere.

An sit locus Restitutioni in integrum in casu &c.

Sess. 25. c.4. de Ref.

FIRMANA CAPPELLANIÆ. Leonardus Justinianus allectus Sodalitio Sanctissimi Rosarii erecto in Castró Montis Ranaldi, sub annum 1710. Testamentum condidit, quo, fidei Hæredum commissa constructione

ne Sacelli in Ecclesia ejusdem Sodalitii, adjectoque onore celebrandi singulis hebdomadis quatuor Missas in sui, suorumque Consanguineorum suffragationem, necnon perpetuò peragendi solemni ritu Officium anniversaria die sui obitus, quoad electionem Cappellani ita disposuit -- E
,, del Cappellano di detta Cappella da erigersi abbia avere la nomina la Si-
,, gnora Barbara mia moglie, e la primogenita mia Figlia, e così in infini-
,, tum, durante la mia linea, ma facendo un figlio maschio, voglio che il me-
,, desimó abbia la nomina, e li figli de' figli primogeniti in infinitum.

Secuto sub eumdem annum Testatoris obitu, Barbara ejus Vidua relicta, & Magdalena filia primogenita utentes facultate sibi á Testatore tributa nominarunt in Rectorem Cappellaniæ instituendæ Albertum de Marcantoniis prædictæ Barbaræ fratrem, utque majus firmitatis robur huic actui adjicerent, in publico Instrumento desuper confecto promiserunt, -- eamdem
,, nominationem habere ratam, validam, atque firmam, contraque non face-
,, re, dicere, opponere, vel venire sub quovis prætextu, se ipsas, earumq; Hæ-
,, redes in ampliori R.C.A. forma obligantes.

Verùm quia post lapsum viginti quatuor annorum, fraudata Testatoris voluntate, ob hæredum negligentiam asserta Cappellania nondum erecta est, tametsi ab hac Sacra Congregatione primùm anno 1724. demandatum fuisset Archiepiscopo Firmano, ut Hæredes ad ejus erectionem, dotemque assignandum cum suis oneribus juxte formam Testamenti compelleret, iterumque die 13. Iulii 1733. prodierit Rescriptum *Hæredes cogantur juris remediis ad adimplendam piam dispositionem Defuncti, necnon ad reddendam rationem de fructibus perceptis*; memoratus Albertus, qui nullum hactenus ex prædicta nominatione emolumentum percipit, supplex nuperrimè postulavit, sibi impertiri facultatem celebrandi quatuor præfatas Missas in alio Altari, donec Sacellum juxtà Testatoris mentem perfectum fuerit; sed huic petitioni se contradictorem præbente Philippo Urbano Brunetti patre, & tutore filiorum dictæ Magdalenæ sub obtentu, quod sibi competat jus d. Albertum a memorata Cappellania removendi, aliumque pro suo arbitrio deputandi Sacerdotem, qui dicto Missarum oneri sotisfaciat, utrinque conventum est, ut bina infrascripta Dubia Supremo huic Consessui discutienda proponantur.

Albertus de Mercantoniis innixus nominationi jamdudum obtentæ a prædictis Barbara, & Magdalena contendit, alteri Sacerdoti, donec ipse vixerit, committi non posse celebrationem Missarum, de quibus agitur; primò, quia res non sit de simplici Missarum legato per Sacerdotem Hæredum nutu quandocumque amovibilem adimplemendo, sed de vera Cappellania in Beneficium Ecclesiasticum erigenda, a qua Cappellanus semel institutus nequeat a Patronis absque legitima causa removeri, juxta Textum *in can. Sanctorum 2. dist. 70. & in cap. unic. de Cappell. & Monach. in 6.*

Secundó, quod Barbara, & Magdalena se, suosque Hæredes solemni jurisjurandi vinculo obstrinxerunt, nominationem in Cappellanum favore Alberti factam validam, firmamque habere, nec ullo sub prætextu impugnare, adeoq; Philippus Urbanus Brunetti nullo nomine possit Albertum a Cappellania removere: non quidem jure suo, cum ipse haud Patronus nullam ex se facultatem habeat, neque uti Tutor Filiorum suorum, quia isti licet veri, & legitimi Patroni, utpote Filii quoque, & hæredes præfatæ Magdalenæ nominantis tenentur ejus factum servare, *ad Textum in vulgata l. Cum a matre de rei vindicat.*

Et tertiò demum, quia Philippus Urbanus non alia de causa in ejus remòtionem conetur, nisi ex odio in ipsum concepto ob iteratos recursus ad hunc Sacrum Consessum habitos pro assequenda executione legati á Testatore relicti; quocirca, etiamsi ageretur de Cappellania mere laicali, &

 ad

ad nutum amovibili, nequeat ipse jam semel nominatus ob hanc irrationanabilem causam removeri, ad notata per *Garz. de Benef. part.1. cap.2. num. 94.*

Hæc est summa eorum, quæ affert Albertus de Marcantoniis etiamnum postulans facultatem Missas celebrandi in alio Altari. Jura Philippi Urbani nondum allata sunt. Vestrum itaque erit, Eminentissimi PP., dijudicare.

I. *An electio Sacerdoti pro celebratione Missarum Cappellaniæ, de qua agitur, fieri possit ad libitum Hæredum Testatoris*; & quatenus affirmativè.

II. *An sit locus remotioni Alberti de Marcantoniis Cappellani deputati a Barbara, & Magdalena de Marcantoniis in casu &c.*

Die Sabbathi 7. Maii 1735.



IN hodierna Congregatione proponentur quatuor Causæ. quæ fuerunt itidem descriptæ in Folio postremæ Congregationis habitæ die 13. Aprilis, videlicet.

Sess.25. c.19. de reg. PROVINCIÆ ROMANÆ RESTITUTIONIS IN INTEGRUM.
An sit locus Restitutioni in integrum in casu &c.

Negativè, & ad Mentem.

Sess.25. c.18. de ref. NULLIUS, SEU MONTIS CASINI CONCURSUS.
An concursus, & respective approbatio Thomæ de Amata sustineatur, vel potiùs sit deveniendum ad novum concursum in casu &c.

Affirmativè quoad primam partem, & Negativè quoad secundam.

Sess.24. c.18. de ref. ARIMINEN. CONCURSUS.
An constet de irrationabili judicio Episcopi, itaut Parochialis, de qua agitur, sit adjudicanda Cæsari Fabri in casu &c.

Negativè, & amplius.

Sess.22. c.25. & 19. de reg. VERONEN. RESTITUTIONIS IN INTEGRUM.
An sit locus Restitutioni in integrum in casu &c.

Dilata, & coadjuventur probationes.

Sess.25. c.11. de ref. PERUSINA. Conquerentibus Incolis Civitatis Perusinæ, quod Ecclesiarum, aliorúmque Locorum Piorum Administratores Bona illis, ut asseritur, appodiata, extinctà linea primi Investiti, ammensantes detre-

ctarent

ctarent eorumdem Bonorum Investituram denuò concedere iis, qui in gradu proximiores erant ultimo Investito, Summus Pontifex Alexander VII. ità sancivit | Cum itaque, sicut Nobis nuper exponi fecistis, Bona stabi-
„ lia in Territorio Civitatis nostræ Perusiæ existentia pro majori, & me-
„ liori eorum parte livellaria, & emphyteutica, ac de domin o directo
„ Ecclesiarum, ac Monasteriorum utriusque sexus existant. & Bona em-
„ phyteutica, & livellaria hujusmodi ex inveterata, & immemorabili
„ consuetudiue, prioribus eorum concession.bus finitis, in emphyteusim,
„ sive livellum ab eorum Dominis semper de novo concedi soleant; cum-
„ que, si Ecclesiastici, finitá lineà, ad quam Bona prædicta concedi con-
„ sueverunt, illa pro se retinere vellent, magnum exinde Incolæ Civita-
„ tis, & Diœcesis Perusinæ susciperent detrimentum, quinimmo ple-
„ rique ex iisdem Incolis ad inopiam redigerentur, Nobis præterea sup-
„ plicari fecistis &c. Quod de cæteri perpetuis futuris temporibus illi, ad
„ quos spectabit, Bona supradicta directi dominii Ecclesiastici, quando-
„ cumque contigerit, ea per lineam finitam devolvi, proximioribus in
„ gradu personæ illi, per cujus decessum linea hujusmodi finietur, eadem
„ Bona concedere, ipsosque Proximiores de illis investire omnino debeant,
„ & teneantur, illaque pro se retinere nullatenus possint, Apostolica au-
„ ctoritate tenore præsentium statuimus &c. dummodo tamen Laici, qui
„ petunt renovationem, non solum augeant Canonem ad Quinquagesimam,
„ solvant laudemium, sed solvant etiam intraturas, ubi, & prout in præ-
„ teritum solvi consuevit; & non aliàs.

Verùm quia Pontificia hæc Constitutio plures, & diversas hactenus passa est interpretationes ita, ut nil certum habeatur, quàm quod extincta lineà primi Investiti debeat renovari Investitura favore proximiorum, idcircò Administratores earumdem Ecclesiarum, & Locorum Piorum ab Emo Pro-Auditore SSmi ad hanc S. Congregationem remissi supremum ejus oraculum super Dubiis mox subiiciendis exquiruntur;

I. An Bona, quorum origo non ignoratur, quæque constat, fuisse tamquam propria per Ecclesias, vel Loca pia post editionem Brevis Alexandrini in emphyteusim concessa cum certis conditionibus, & signanter cum pacto reversivo, finità lineà, comprehendantur sub dispositione Brevis S. Mem. Alexandri VII.

II. An sub eodem Brevi includantur Bona, quæ non ad tertiam generationem, sed ad vitam Investiti, vel ad vigintinovem annos concessa fuerunt; & quatenus negativè.

III. An amensatio fieri valeat statim, secuto obitu Investiti, seu potius expectari debeat terminus annorum 29., vel alterius temporis, ad quod Investitura fuerit restricta.

IV. An renovatio ad formam d. Brevis fieri debeat etiam de illis Bonis, quæ non ob lineam finitam, sed ob non solutum Canonem, vel ex alia causa emphyteutæ devoluta fuerunt.

V. An in casu faciendæ renovationis in ea concurrentibus hæredibus sanguinis, vel testamentariis, sive alio titulo universali succedentibus in hæreditate, ac patrimonio ultimi Investiti, quis eorum in renovatione præferri debeat.

VI. Quid dicendum sit in casu, quo, deficientibus hæredibus extraneis ad renovationem concurrant hæredes sanguinis, & Creditores ultimi Investiti.

VII. An renovatio post obitum Investiti peti debeat infrà certum tempus ita, ut, eo elapso, licitum sit Bona ammensare, vel aliis ad libitum cum pactis, & conditionibus magis utilibus concedere; & an admitti debeat purgatio moræ etiam non integra; & quatenus affirmativè.

 VIII. An

VIII. An saltem proximioribus, vel hæredibus concedi debeant investituræ cum eisdem pactis, & conditionibus, cum quibus investitus fuit extraneus, & intra quod tempus instare debeant pro purgatione moræ.

IX. An petentes renovationem teneantur prius ostendere, Bona emphyteutica fuisse ab eorum Auctoribus meliorata.

X. An sit Bona non fuerint per Auctores meliorata, petentes renovationem teneantur de proprio meliorare; intra quod tempus, & sub quibus pœnis.

XI. An, & quæ quantitas debeatur tàm pro intratura, quàm pro Laudemio in casu novæ concessionis Investituræ, vel illius renovationis; & quid in casu secutæ meliorationis, an, ea præsupposita, Laudemium, & Intratura augeri debeat proportionabiliter ad valorem rei meliorata.

XII. An, & pro qua quantitate Domini directi cogi valeant ad præstandum consensum alienationi Bonorum signanter in extraneum; & an illam teneantur investire.

XIII. An, & quomodo in casu secutæ investituræ favore emptoris, terminatà eius linea, regulari debeat solutio intraturæ in casu faciendæ renovationis, an scilicet, habito respectu ad quantitatem solutam in primæva, atque originaria concessione, seu potius proportionabiliter ad id, quod solutum fuit in actu alienationis Bonorum pro consensu illi præstito per Dominum directum.

XIV. An si omittatur solutio Intraturæ, Laudemii, vel Canonis, sive cujuslibet ex ipsis locus sit purgationi moræ; & an duplex purgatio moræ admitti debeat, signanter in casu, quo jus Domini directi efficitur deterius; & quatenus affirmativè.

XV. Intra quod tempus petenda sit eadem purgatio; & quid tunc solvi debeat.

XVI. An in illis casibus, in quibus juxta Breve Alexandri VII. locus est augumento canonis, ille augeri debeat in quinquagesima parte illius quantitatis, quæ per emphyteutam tempore primæ concessionis, vel renovationis, seu distractionis soluta fuit in casu &c.

XVII. An in actu renovationis præter intraturam, & Canonem solvi quoque debeat Laudemium, & quomodo regulandum sit in casu &c.

Dilata ad sequentem. Reliquæ non fuerunt propositæ.

Sess. 25 de ref. c. 11.

MANTUANA. Comes Ferdinandus Furlanus sub directo Episcopalis Mensæ Mantuanæ dominio possidens quadringenta terræ jugera partim concessa „ pro se, suisque Hæredibus ex eo legitime descendentibus „ masculis, partim vero ad beneplacitum & pro hæredibus quibuscumque „ etiam extraneis, & quibus casus dederit „ supplex postulavit, ut investitura hactenus concessa pro se, suisque hæredibus ex eo legitime descendentibus tantum ad hæredes quoscumque etiam fœminas tam ex testamento, quam ab intestato extenderetur.

Episcopus in literis ad Sacram Congregationem datis præmittens Oratorem dicta terræ jugera cum notabili Ecclesiæ utilitate meliorasse, ita concludit. „ Essem propterea humiliter in voto pro Oratore, eidemque concedi „ posse Beneplacitum pro ampliatione Investiturarum ad ejus hæredes de„ scendentes masculos, & fœminas in concessionibus restrictis ad mascu„ los tantum, & tam ex testamento, quam ab intestato descedentes, & „ quibus casus dederit juxta per Oratorem prædictum supplicata; hocque

tum

„ tum contemplationem tot expensarum in præfatis bonis erogatarum,
„ tum attenta stylo hujus Patriæ, quo plura Feuda Episcopatus in fœminas
„ transire soleant; tum etiam quia pro majori parte dicta bona reperiuntur
„ concessa in Feudum honorificum, idest absque ulla annua præstatione ad
„ instar allodialium alienabilia; tum denique quia ipsemet Orator de fa-
„ cto fruitur una cum concessione pro majori parte bonorum Emphyteuti-
„ corum juxta per eum supplicata.

In alia Causa *Mantuana* inter supplices libellos relata Bernardinus Zampoli sub annum 1658. ab Episcopo Mantuano de bubulis 300. circiter terreni feudalis illius mensæ investitus „ pro se, & hæredibus suis masculis ex eo legitime descendentibus „ sub obtentu, quod eas non modicis sumptibus ad meliorem statum redegisset, supplicavit, investituram sibi factam ampliari ad suos descendentes tam masculos, quam fœminas, & tam ex testamento, quam ab intestato; cumque Sacra Congregatio die 21. Julii 1692. Episcopo Mantuano commiserit, ut veris existentibus narratis, petitam investituræ ampliationem pro suo arbitrio, & conscientia impertiretur, ut in *lib.*43. *Decr. pag.*151., idem Episcopus terrenum prædictum memorato Bernardino in feudum concessit non solum „ pro se, & hæredi-
„ bus suis ex eo legitime descendentibus tam masculis, quam fœminis „ juxta Oratoris petitionem Sacræ Congregationi factam, verum etiam
„ pro ejusdem Bernardini, ipsiusque hæredum Successoribus quibuscum-
„ que in infinitum, & pro omnibus illis, quibus casus dederit tam ex te-
„ stamento, quam ab intestato „ uti apparet ex documento in forma authentica exhibito.

His itaque ponderatis, necnon perspectis juribus, quæ circumferentur, grave non erit EE. VV. deliberare.

An, & quomodo sit extendenda Investitura in casu &c.

MELEVITANA LEGATI. Lucretia Falson. in testamento sub initium anni 1729. condito, scripta hærede Theresia ejus filia in toto asse ad notabilem summam scutorum centum, & quinquaginta millium monetæ Melitensis ascendente, legati jura reliquit Conservatorio puellarum in Civitate Brumulæ sub cura, & regimine Episcopi paucis ab hinc annis fundato scuta septem millia sub ea lege, quod ab hærede solvenda forent statim, ac idem Conservatorium sub Regulari Instituto S. Theresiæ erectum esset „ Con le sue Regole, clausura, e conferma, ed approva- *Sess.22.c.6. & sess.25.c.2. de ref.*
„ zione del Sommo Pontefice nella forma, che si trovano eretti, e fondati
„ i Monasterj di quest'Isola; sotto però l'espressa condizione, e non altri-
„ menti, che, se detto Monastero non sarà eretto con tutte quelle condi-
„ zioni, come sopra, fra il termine di cinque anni da principiarsi dal gior-
„ no della morte di essa Testatrice, o che non sarà eretto sotto la Regola
„ di Santa Teresia, il presente legato s' intenda ipso facto nullo, e di niun valore.

In codicillis vero die 22. Februarii superioris anni confectis hæc adjecit.
„ Consecutio, exactio, petitio, & solutio illorum scutorum 7000. mone-
„ tæ alias per ipsam in ejus solemni testamento titulo legati relictorum
„ Conservatorio, seu Monasterio sub titulo S. Margaritæ fundato in Ci-
„ vitate Brumulæ fiat, & fieri mandavit post lapsum annorum quin-
„ que & continuorum, & completorum a die sui obitus infra numeran-
„ dorum, & non antea, & si infra prædictos annos quinque dictum Con-
„ servatorium, seu Monasterium, ejusque Moniales, seu puellæ essent
„ suppositæ totali jurisdictioni, guberno, regulis, administrationi, &
„ gubernationi Patrum Discalceatorum Conventus sub titolo S. Theresiæ
„ Ordinis Carmelitani, eorumque Superiorum, alioquin memorata scu-

,, ta 7000. minime consequantur, nec consequi valeant, & legatum hu-
,, jusmodi censeatur revocatum, & annullatum, prout illud ex tunc pro
,, tunc revocavit, & revocat, cessavit, & cessat, annullavitque, & an-
,, nullat, ac si minime in prxcalendato ejus solemni testamento ordina-
,, tum fuisset, non obstantibus prorogationibus temporis prædictorum an-
,, norum quinque, aliisque gratiis, & indultis a Sanctissimo Domino No-
,, stro, ejusque Sede Apostolica, aliisque Superioribus forte impetrandis
,, contra præsentem conditionem, & voluntatem ipsius Dominæ Codicil-
,, latricis in præsenti capitulo enunciatam, ac volens, & mandans, eo-
,, rum impetratione, & obtentione nullatenus illius conditionem, & Vo-
,, luntatem, ac intentionem ipsius Dominæ Codicillatricis deleri, neque
,, infirmari posse, & non aliter, alias, nec alio modo.

Secuto sub diem 7. Martii anni proxime præteriti testatricis obitu Præsides Ordines Carmelitani ad petitionem Patrum Conventus Melitensis, atque in obsequium tum Episcopi, tum Magni Magistri Religionis Hierosolymitanæ erga idem conservatorium summopere munifici die 21. Maii ejusdem anni renunciarunt cuicumque juri, quod imposterum ratione præfati legati super eodem conservatorio sibi competere posset.

Quamobrem cum Theresia filia, & hæres dictæ Lucretiæ testatricis ob defectum conditionis asserto legato in codicillis adjectæ contenderet, ad ejus solutionem non teneri, priorissa, & puellæ dicti conservatorii supplicem Sanctitati Suæ porrexerunt libellum postulantes, ut, improbata prædicta conditione, controversum legatum eidem conservatorio applicare dignaretur. Sanctitas vero Sua suffragium hujus Sacræ Congregationis exquiri mandavit.

Episcopus, a quo eadem Sacra Congregatio voluit primum hac de re edoceri, in sua relatione, quæ circumferetur, conservatorio impense favens late exponit facti circumstantias, quæ ad decisionem primi ex Dubiis infra describendis potissimum pertinent.

Verum, quia Parochus, intra cujus Parœciæ fines idem conservatorium existit, & si forte in Monasterium convertatur, jura sua Parochialia tam super ipso conservatorio, quam super Ecclesia S. Margaritæ ei adnexa sibi præservanda fore authumat, idcirco alterum proponitur Dubium, pro cujus resolutione in jure notandum occurrit, quod, licet in erectione alicujus Ecclesiæ, Cappellæ aut publici Oratorii parocho præservari debeant jura Parochialia, juxta Resolutiones hujus Sac. Congregationis in *Maceraten.* 10. *Maii* 1687. *& in Forolivien.* 16. *Januarii* 1694. id tamen locum sibi non vindicat, ubi Monialium Ecclesiæ, aut Monasteria, quæ a Parochi jurisdictione sunt exempta, erigantur, uti constat ex iis, quæ ad rem tradunt *Pellizar. de Monial. cap.*10. *sect.*3. *subsect.*1. *n.*233. *Tamburrin. de jur Abbatiss. dis* 24. *quest.*5.

Placeat itaque EE. VV. respondere.

I. An, & quomodo sit consulendum Sanctissimo pro applicatione legati scutorum septem millium favore conservatorii in casu &c.

II. Et quatenus Monasterium sit erigendum, an, & quæ jura, & functiones sint præservandæ Parocho super eodem, & Ecclesia S. Margaritæ eidem annexa in casu &c.

*Sess.*25. *c.*11. *de ref.*

ROMANA APERITIONIS ORIS, ET SUBSIDIORUM DOTALIUM. Franciscus Surcius, deficientibus omnibus masculis ex tribus lineis, quas ad fideicommissum a se institutum vocaverat, testamento sub annum 1559. condito ita cavit. ,, In questo caso io lascio la metà di que-
,, sta eredità alla compagnia dell'Annunciata di Roma super Minerva con
,, queste conditioni, che la sopradetta Compagnia abbia delli frutti di
,, que-

„ questa mezza eredità a maritare tante povere Zitelle Romane ex parte „ di padre, e madre Romani, e se vi fosse qualcheduna, che fosse parente „ delle sopradette linee siano anteposte alle altre, e lascio, che sieno dati „ centi ducati di carlini per una, e siano dati segretamente, e che non „ abbino d'andare in processione come le altre; e lascio, che la sopra- „ detta Compagnia sia obligata far dire una Messa cantata per l'anima „ mia, e de' miei morti. „ Subindeque in alia hæreditatis medietate Societatem nuncupatam S. Jacobi Incurabilium substituit adjecto onere „; „ che delli frutti di questa eredità, cioè mezza eredità abbino a governare tanti poveri, ed ogn'anno abbino a far dire una Messa cantata „ per l'anima mia, e de' miei morti.

In executionem testamentariæ hujus dispositionis utraque Confraternitas post extinctum fideicommissum ob deficientiam masculorum ex dictis tribus lineis descendentium hæreditatem sibi ex æquo delatam adiit; & postmodum in vim Chyrographi a san. mem. Clemente XI., prævia Sac. hujus Congregationis consultatione, editi coacta fuit persolvere quolibet mense quatuor scuta pauperi puellæ Barbaræ Plautillę Pauli Alberti filiæ, descendenti ex Lelio Surcio Testatoris ex sorore Nepote, qui priori loco una cum suis Descendentibus masculis ad assertum fideicommissum vocatus fuerat.

Barbaræ Plautillæ exemplo animatus Septimius Alberti exponens san. me. Benedicto XIII. se ex nobilibus Civitatis Hortanæ Familiis progenitum esse, eodemque consanguinitatis gradu, quo dicta Barbara Plautilla, a memorato Lelio Surcio distare ac Bonis fortunæ destitutum, postulavit, injungi præfatis duabus Confraternitatibus, ut scuta bis centum pro qualibet ex reditibus hæreditariis annuatim deponerentur, donec ex cumulo inde confecto unicuique ex quinque suis filiabus dos scutorum 400. constituta foret.

Cum autem hisce precibus, audito prius Episcopo Hortano, Summus Pontifex annuerit per Chyrographum, quod subinde Eminentissimus Accorambonus tunc temporis ejusdem Pontificis Pro-Auditor executioni mandandum decrevit, Officiales utriusque Societatis illius validitatem impugnantes, controversiæ cognitionem ab Eminentissimo Pro-Auditore Sanctissimi ad hunc Sacrum Consessum delegari obtinuerunt.

His igitur in facto expositis, nec non ponderatis juribus circumferendis, erit ab EE. VV. deliberandum.

An sit locus aperitioni oris, sive potius ulteriori executioni Motus proprii san. mem. Benedicti XIII. in casu &c.

NUCERINA PAGANORUM. REDUCTIONIS MISSARUM. *& Sess. 22. c. 9. de ref.*

Camillus Coppola in testamento sub annum 1691. condito reliquit Sodalitio sub invocatione S. Mariæ de Monte Carmelo in Oppido Angriæ existenti quoddam capitale ducatorum 1030. ea sub lege, ut ejusdem annuus reditus ad ducatos 51. ascendens quolibet biennio in tot bonis stabilibus investiretur, donec ex asse inde cumulato erigi posset Conventus Religiosorum sub Instituto S. Mariæ de Monte Carmelo viventium; ubi vero dictus Conventus intra annos triginta erectus non foret, nec licentia illum costruendi obtenta, voluit, ut totum capitale ex reditibus cumulatis adauctum cederet beneficio præfati sodalitii cum onere celebrari faciendi singulis diebus binas Missas, alteram nempe per ejus Cappellanum, alteram vero per Abbatem Insignis Collegiatæ Ecclesiæ S. Joannis Baptistæ in dicto Oppido erectæ, statuta juxta morem regionis tunc vigentem eleemosyna unius caroleni pro qualibet Missa.

Conventus intra præfinitum triginta annorum spatium constructus non fuit,

ſuit, neque impetrata illum erigendi facultas, proindeque memoratum capitale tunc in ducatis 2541. conſtitutum, & annui reditus ducatorum 140. ſub annum 1727. integre adjudicatum eſt præfatę ſocietati, quæ hactenus incubuit, ut binæ enunciatæ Miſſæ tam a ſuo Cappellano, quam ab Abbate celebraretur.

At quia poſt Teſtatoris obitum manualis Miſſarum eleemoſyna in illo Oppido ad granos quindecim excrevit, eaque in ſumma a memorata ſocietate Cappellano ſuo ſtatim fuit perſoluta, unico tamen caroleno pro qualibet Miſſa hucuſque Abbati tradito, idcirco idem Abbas, qui ob Parochialia munia ſibi incumbentia ſæpius cogitur ejus celebrationem cum eleemoſyna granorum quindecim alteri Sacerdoti committere, petit ab hac Sacra Congregatione, vel onus Miſſarum reduci, vel declarari, ut eleemoſyna cujuslibet Miſſæ ad rationem quindecim granorum a ſocietate impoſterum, ſolvatur, juxta id, quod alias in ſimilibus caſibus eadem Sacra Congregatio reſcripſit.

Epiſcopus, excitatis ſodalitii Officialibus, qui Oratoris petitioni hactenus non contradicunt, comprobans facti ſeriem mox deſcriptam ſupremo Sacri hujus Conſeſsus judicio definiendum reliquit.

An ſit locus reductioni oneris Miſſarum: ſeu potius eleemoſyna unnius caroleni ſit augenda a Confraternitate ad granos quindecim in caſu &c.

Die Sabbathi 21. Maii 1735.



Seſſ.22.c.6. de ref.

JANUEN. ERECTIONIS COLLEGIATÆ. Propoſita hac Cauſa, cujus facti ſeries ſummatim expoſita fuit in Folio diſtributo pro Congregatione diei 9. Januarii ſuperioris anni, ad Dubium ita conceptum „ An, & a quibus, & ſuper quibus Bonis debeantur „ fructus, & fructus fructuum multiplici neglecti in caſu &c. -- die 18. „ Decembris ejuſdem anni prodiit Reſolutio -- Marchionem Arconatum „ teneri ad reſtitutionem fructuum perceptorum ad effectum inveſtiendi „ in tot Locis Montium in Urbe ad formam teſtamenti, necnon capitale „ transferendum eſſe in creditum legatorum piorum ad formam ejuſdem „ teſtamenti, reſervato jure Rev. Fabricæ agendi contra Executores „ teſtamentarios, aut eorum Hæredes quatenus de jure, & prout de „ jure.

Cum autem facta fuerit memorato Marchioni Arconato ſuccumbenti poteſtas iterum experiendi de ſuo jure, ponderatis juribus quæ alias deducta fuerunt, ceteriſque in hodierna cauſę propoſitione circumferendis, partes erunt EE. VV. decernere.

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.

Dilata, & exquiratur Votum Rotæ.

Seſſ.21.c.4. & ſeſſ.24.c.13. de ref.

GUARDIEN. ERECTIONIS FONTIS BAPTISMALIS, ET PRÆEMINENTIARUM. Examen hujus Cauſæ in Folio diei 23. Aprilis currentis anni deſcriptæ cum ad inſtantiam Fabii de Marinis Parochi Eccleſiæ S. Georgii hucuſque ſuſpenſum fuerit, ab EE. VV. hodie aſſumendum eſt ſub iiſdem Dubiis.

I. An concordia anni 1666. sit observaanda, vel potius sint exequenda Decreta hujus sacræ Congreg. emanata sub diebus 13. Junii, & 8. Augusti 1654. in casu &c.

II. An constet de Matricitate, seu præeminentia Ecclesiæ sanctæ Mariæ Majoris Oppidi Civitæ Campimarani, vel alterius Ecclesiæ sancti Georgii ejusdem Loci in casu &c.

III. An, & in quibus Processionibus, ac functionibus ecclesiasticis competat præeminentia, & præcedentia Archipresbytero Ecclesiæ sanctæ Mariæ Majoris, vel alterius Ecclesiæ sancti Georgii in casu &c.

Ad primum, Affirmative quo ad primam partem, negative quo ad secundam. Ad secundum, Constare de præeminentia tantum. Ad tertium, Servetur solitum Ecclesiæ sanctæ Mariæ Majoris.

PERUSINA. Ad hodiernam Congregationem dilata fuit decisio hujus Causæ in superiori propositæ; ejus autem Dubia sunt. *Sess. 25 c. 11. de ref.*

I. An Bona, quorum origo non ignoratur, quæque constat, fuisse tamquam propria per Ecclesias, vel Loca pia post editionem Brevis Alexandrini in emphyteusim concessa cum certis conditionibus, & signanter cum pacto reversivo, finita linea, comprehendantur sub dispositione Brevis S. Mem. Alexandri VII.

II. An sub eodem Brevi includantur Bona, quæ non ad tertiam generationem, sed ad vitam Investiti, vel ad vigintinovem annos concessa fuerunt; & quatenus negativè.

III. An amensatio fieri valeat statim, secuto obitu Investiti, seu potius expectari debeat terminus annorum 29., vel alterius temporis, ad quod Investitura fuerit restricta.

IV. An renovatio ad formam d. Brevis fieri debeat etiam de illis Bonis, quæ non ob lineam finitam, sed ob non solutum Canonem, vel ex alia causa emphyteutæ devoluta fuerunt.

V. An in casu faciendæ renovationis in ea concurrentibus hæredibus sanguinis, vel testamentariis, sive alio titulo universali succedentibus in hæreditate, ac patrimonio ultimi Investiti, quis eorum in renovatione præferri debeat.

VI. Quid dicendum sit in casu, quo, deficientibus hæredibus extraneis ad renovationem concurrant hæredes sanguinis, & Creditores ultimi Investiti.

VII. An renovatio post obitum Investiti peti debeat infrà certum tempus ita, ut, eo elpso, licitum sit Bona ammensare, vel aliis ad libitum cum pactis, & conditionibus magis utilibus concedere; & an admitti debeat purgatio moræ etiam non integra; & quatenus affirmativè.

VIII. An saltem proximioribus, vel hæredibus concedi debeant investituræ cum eisdem pactis, & conditionibus, cum quibus investitus fuit extraneus, & intra quod tempus instare debeant pro purgatione moræ.

IX. An petentes renovationem teneantur prius ostendere, Bona emphyteutica fuisse ab eorum Auctoribus meliorata.

X. An si Bona non fuerint per Auctores meliorata, petentes renovationem teneantur de proprio meliorare; intra quod tempus, & sub quibus pœnis.

XI. An, & quæ quantitas debeatur tàm pro intratura, quàm pro Laudemio in casu novæ concessionis Investituræ, vel illius renovationis; & quid in casu secutæ meliorationis, an, ea præsupposita,

Laudemium, & Intratura augeri debeat proportionabiliter ad valorem rei melioratæ.

XII. An, & pro qua quantitate Domini directi cogi valeant ad præstandum consensum alienationi Bonorum signanter in extraneum; & an illam teneantur investire.

XIII. An, & quomodo in casu secutæ investituræ favore emptoris, terminatâ eius linea, regulari debeat solutio intraturæ in casu faciendæ renovationis, an scilicet, habito respectu ad quantitatem solutam in primæva, atque originaria concessione, seu potius proportionabiliter ad id, quod solutum fuit in actu alienationis Bonorum pro consensu illi præstito per Dominum directum.

XIV. An si omittatur solutio Intraturæ, Laudemii, vel Canonis, sive cujuslibet ex ipsis locus sit purgationi moræ; & an duplex purgatio moræ admitti debeat, signanter in casu, quo jus Domini directi efficitur deterius; & quatenus affirmativè.

XV. Intra quod tempus petenda sit eadem purgatio; & quid tunc solvi debeat.

XVI. An in illis casibus, in quibus juxta Breve Alexandri VII. locus est augumento canonis, ille augeri debeat in quinquagesima parte illius quantitatis, quæ per emphyteutam tempore primæ concessionis, vel renovationis, seu distractionis soluta fuit in casu &c.

XVII. An in actu renovationis præter intraturam, & Canonem solvi quoque debeat Laudemium, & quomodo regulandum sit in casu &c.

Ad I. Negative, & amplius. In reliquis recurrant ad Judices suos in casibus particularibus.

In eadem præcedenti Congregatione examinandæ erant quatuor sequentes Causæ, sed cum id fieri non potuerit, toto tempore ab aliis occupato, placeat nunc EE. VV. earum decisionem aggredi, resumpto Folio, in quo fuerunt descriptæ.

Sess. 25. c. 11. de Ref.

MANTUANA.

An, & quomodo sit extendenda investitura in casu &c.

Pro Gratia extensionis ad Fœminas.

Sess. 22. c. 6. Sess. 25. c. 4. de ref.

MELEVITANA LEGATI.

I. An, & quomodo sit consulendum Sanctissimo pro applicatione legati scutorum septem millium favore Conservatorii in casu &c.

II. Et quatenus Monasterium sit erigendum, an, & quæ jura, & functiones sint præservandæ Parocho super eodem, & Ecclesia S. Margaritæ eidem annexa in casu &c.

Dilata, & proponatur Causa labente Quinquennio.

Sess. 25. c. 4. de ref.

ROMANA APERITIONIS ORIS, ET SUBSIDIORUM DOTALIUM.

An sit locus aperitionis oris, sive potius ulteriori exequutioni Motus proprii san. mem. Benedicti XIII. in casu &c.

Dilata, & ad Eminentissimum Urbis Vicarium pro firmatione status.

NUCERINA PAGANORUM REDUCTIONIS MISSARUM. An sit locus reductioni Missarum; seu potius eleemosyna unius caroleni sit augenda a Confraternitate ad granos quindecim in casu &c.

Sess. 25. c. 4. de ref.

Negative quoad primam partem, & Affirmative quoad secundam, & amplius.

MONTIS MARANI MISSÆ CONVENTUALIS. Clerus Ecclesiæ receptitiæ Castri Francorum authumans, illarum sibi gravamen a Decreto, quo Episcopus in Pastorali Visitatione præcepit, ut Missa Conventualis ad Benefactorum suffragationem unaquaque die imposterum celebretur, supplex ab hac S. Congregatione postulavit, eidem Episcopo demandari, ne ad exequutionem præfati Decreti, multoque minus ad pœnas, & censuras in eo comminatas procederet.

Sess. 22. Dec. de obser. & evit. in celeb. Missæ.

Excitatus Episcopus, ut ea de re Sacram Congregationem instrueret, primum respondit, se consilium cepisse memoratum edictum promulgandi, nedum quia in cæteris omnibus Ecclesiis suæ Diœcesis mos est, ut Missa quotidie pro Benefactoribus applicetur; verum etiam, & potissime, quia, licet ex libris, & tabellis Ecclesiæ Castri Francorum confuse nimis, & inordinate retentis Missarum onera distingui nequeant, in ejus tamen Visitatione ab Episcopo Lambonia sub annum 1678. peracta, & in Archivo episcopali asservata sic adnotandum invenit -- „ Item dixerunt, habere „ onus celebrandi unam Missam singulis diebus pro Benefactoribus, & pro „ dicto onere possidere quoddam Territorium &c.

At postmodum jussus denuo eadem Sacram Congregationem plenius edocere, nimirum -- „ An Presbyteri Ecclesiæ receptitiæ gaudeant fructibus Præ„ dii, quod in Decreto visitationis anni 1678. asseritur correspectivum „ oneri Missæ Conventualis, & in qua summa sit annuus redditus ejusdem „ prædii, necnon ad quam summam ascendant annua onera Missarum, „ ad quæ teneantur dicti Presbyteri, non retardata interim celebratio„ ne dictæ Missæ Conventualis pro benefactoribus „ in posterioribus suis literis exposuit: primo, quod, monito Clero, ut libri, in quibus Missarum onera juxta Decretum jampridem editum ab episcopo Lambonia describi debuissent, sibi exhiberentur, ejusdem Cleri Procurator inter cæteros liberculos quoddam attulit volumen incipiens ab anno 1725., in quo fortasse onus Missæ pro Benefactoribus descriptum erat; sed cum valde inordinatum, deturpatumque foret, præterea nonnullis foliis careret, nihil certi ex hoc potuerit depræhendi; secundo, enunciatum prædium, ejusque annuos redditus secerni nequivisse ob summam confusionem, qua nedum libri, verum etiam bona ipsa ad Ecclesiam spectantia eousque retenta sunt; tertio, ex Regesto reddituum Massæ communis decennii spatio perceptorum compertum fieri, quod, satisfactis annuis Missis lectis 724. aliisque 76. in cantu, quarum onus non controvertitur, introitus exitum superat in ducatis 207. 90. pro quibus, cum ab eodem Clero nullum Ecclesiæ servitium præstetur censuit idcirco, Missas pro Benefactoribus esse celebrandas; & demum subdidit, a præfato Clero celebrationem quoque Missarum quibus gravata sunt Beneficia ab eo possessa, culpose negligi.

Hisce perceptis, Sacra Congregatio die 18. Augusti 1731. rescripsit episcopo, „ ut Clerum cogeret juris remediis ad celebrationem, & applicationem „ Missæ Conventualis pro Benefactoribus, necnon provideret prout de ju„ re, super adimplemento aliorum onerum Missarum „ -- Facta autem subinde Clero reclamanti potestate impugnandi præmissum Decretum, ac demandata una simul causæ propositione in folio, contingit modo Dubium infra describendum examini subiicere.

Porro Missa Conventualis, quacumque contraria consuetudine licet immemorabili, aut proventuum tenuitate minime suffragante, in singulis Cathedralibus, & Collegiatis Ecclesiis in benefactorum suffragium quotidie celebrari debet, juxta Rescriptum Honorii Tertii *in cap. Cum creatura de celebr. Miss.*, & plures Sacræ hujus Congregationis Resolutiones relatas in Folio die 26. Martii currentis anni in Ferentina. Verum ab hoc onere exemptæ sunt omnes illæ Ecclesiæ, quæ Collegialitatis jure non potiuntur, uti notant *Hostiens. in citat. cap. cum creatura num.* 2., ibique *Fagnan. num.* 2. *& seqq. Pasqualig. de sacrific. nov. leg. quæst.* 885. *per tot.*, & resolvit supremum hoc Tribunal *in una Montis Falisci Missæ Conventualis*: ubi disceptato dubio -- *An Canonici nuncupati Ecclesiæ S. Marthæ Terræ Marthæ teneantur ad celebrationem Missæ Conventualis in casu &c.*, die 12. Februarii 1718. rescriptum fuit --*Negative, & amplius --ut in lib.* 68. *Decr pag.* 58.

Cum itaque Sacerdotes componentes Clerum hujus Ecclesiæ contendant, eam non esse Collegiatam, sed simplicem Ecclesiam receptitiam, idque potissimum evinci putent ex iisdemmet episcopi relationibus, in quibus fatetur, ipsos nequaquam gravari onere psallendi in Choro, sed aliquibus tantum solemnioribus diebus teneri Vesperas canere, cumque præterea satis comprobatum arbitrentur, annuos redditus massæ communis nedum minime excedere sumptus necessarios in summa ab episcopo designata, quin vero nihil penitus sibi superesse in proemium laboris, quem jugiter sustinent coadjuvantes Archipresbyterum in curæ animarum exercitio, juxta Ecclesiæ statuta, ponderatis proinde juribus adducendis, onus erit Eminentiarum VV. decidere.

An Clerus Ecclesiæ Parochialis Oppidi Castri Francorum teneatur ad celebrationem Missæ pro Benefactoribus qualibet die per turnum in casu &c.

Negative, & amplius.

Sess. 24. *c.* 18. *de ref.*

CASSANEN. CATHEDRATICI. Cum Summus Pontifex Benedictus Decimustertius in recenti Concilio Romano tit. 8. cap. 4. post imperatam solutionem Cathedratici ita statuerit --,, Quod si forte aliquid sub ,, alio, vel fixorum munerum, vel xeniorum nomine offeratur, decernimus, ut ab episcopis, tamquam qui non proemium, sed honorem postulant, munera, & xenia recusentur hujusmodi ,,: Episcopus Cassanensis Synodicæ huic sanctioni obsequuturus sub annum 1733. edicto præcepit, ut, abolita imposterum consuetudine, juxta quam a Capitulo Cathedralis Ecclesiæ duodecim ducati sub nomine Strenæ quotannis episcopo tradebantur, singuli Canonici, & Beneficiati Civitatis Cassani ad normam memorati Concilii Romani, & Decretorum Sacræ hujus Congregationis Cathedraticum persolverent, statutoque illis termino dierum sex ad comparendum pro stabilienda taxa, pollicitus fuit in eodem edicto vigintiquatuor ducatos sub titulo enunciatæ Strenæ præteritis annis receptos restituere.

Adversus hoc edictum reclamarunt præfati Canonici, & Beneficiati contendentes ex triplici potissimum capite ad solutionem Cathedratici non teneri; primo, quia nunquam illud persolverint; secundo, quia præstari debeat solum in casu, quo Synodus ab Episcopo hactenus non coacta celebretur; & tertio, quia veluti subsidiarum quoddam vectigal solvendum minime sit Præsuli annuis episcopalis mensæ redditibus abunde proviso.

At auditus episcopus, licet in facto non controvertat, antiquam Sedis illius consuetudinem non exigendi Cathedraticum, minusque inficietur, se hucusque Synodum haud celebrasse, mensæque episcopalis redditus, quamquam

quam non adeo pingues, uti a Canonicis, & Beneficiatis exaggerantur, congrue suæ sustentationi sufficere posse, ea tamen omnia putat, in jure nihil obesse quominus Cathedraticum sibi debeatur. Quocirca ad ejus petitionem duo infrascripta Dubia in hodierno Consessu proponuntur.

Sane jus Cathedratici nulla consuetudine quamtumvis immemorabili præscribi posse, nedum expresse declaravit in loco allegato præfatum Concilium Romanum, sed pluries etiam Sacra hæc Congregatio tam ante dictum Concilium in *Lavellen. 18. Aprilis 1693. & 6. Julii ejusdem anni, & in Amalphitana Cathedratici 5. Septembris 1705. lib. 55. decret. pag. 326.* quam deinde post illud in *Asculana Cathedratici die 29. Aprilis 1731.*, & nuperrime in *Maceraten. Cathedratici 8. Maii 1734.*

Iteratis pariter hujus Sacræ Congregationis Resolutionibus decisum fuit, Cathedraticum singulis annis solvendum esse in *Amalphytana Cathedratici 5. Septembris 1705. lib. 55. Decr. pag. 481., & 26. Februarii 1707. lib. 57. Decr. pag. 131.*, illudque tum ad præscriptum in dicto Concilio Romano, tum per Textus expressos in *can. Placuit in can. Illud tom. 4. quæst. 7. in cap. Conquerente 16. de offic. ordin. in cap. Pastoralis 7. de donat. & in cap. Olim de censib.* non in Episcopi subsidium, sed in signum subjectionis, & honoris Cathedræ Pontificali deberi dictum est in *Messanen. 2. Octobris 1587. lib. 5. Decret. pag. 50. in Turonen. 26. Novembris ejusdem anni lib. 5. Decr. pag. 75. in Reatina 5. Martii 1590. lib. 7. Decr. pag. 6. & in Cathacen. 21. Maii 1644. lib. 17. Decr. pag. 409.*

Ejusdem vero Cathedratici summa taxata reperitur a præcitatis sacris Canonibus in duodus solidis, quos viginti Juliorum æstimationem æquare, perhibet Concilium Romanum, ea tamen subinde adjecta lege, ut in illo exigendo salvæ forent consuetudines Ecclesiis, & episcopis magis favorabiles.

Ex his igitur ad decisionem utriusque Dubii spectantibus pronunciandum est.

I. An sit locus solutioni Cathedratici; *& quatenus affirmative.*

II. In qua quantitate sit solvendum a Capitulo Cathedralis, Canonicis, & Beneficiatis Civitatis Cassani in casu &c.

Ad I. Affirmative. Ad II. Solvendum esse juxta Taxam præscriptam in Concilio Romano, & amplius.

Die Sabbathi 18. Junii 1735.



VICEN. Abbas Monasterii S. Mariæ Rivipulli studens consulere indemnitati Parochialis Ecclesiæ S. Petri, cui grave detrimentum obvenire authumabat ex improvida gubernatione nonnullorum ex Presbyteris Societatis inibi erectæ Administratorum nomen sibi assumentium, die 22. Martii 1732, obtinuit ab hoc Sacro Consessu delegari Archiepiscopo Tarraconensi facultatem condendi Decreta, quibus opportunum pararetur remedium; cumque in hujus delegationis sequelam plura subinde memoratus Archiepiscopus ediderit Decreta, pro quorum confirmatione urgebat Abbas, die 4. Decembris superioris anni bina hæc Dubia proposita fuerunt -- I. *An, & quomodo decreta Metropolitani sint approbanda, & contra quos sint exequenda in casu &c.* *Sess. 21. c. 9. de ref.*

su &c. II. *An, & contra quos sint relaxandæ Censuræ in casu &c.* sed ad instantiam dictorum Sacerdotum prodiit Rescriptum -- *Dilata, & transportentur acta*.

Suborta postmodum inter Partes controversia, cui incumberet onus demandatæ actorum transportationis, ac petente Abbate, ut nedum ea injungeretur Societati Presbyterorum intra certum terminum, verum etiam, ut aliqua caperetur provisio, ne interea temporis præfati Sacerdotes adhuc pergerent Ecclesiæ bona dissipare, Sacra Cong egatio, ejusmodi petitionibus inter summaria precum relatis, die 18. ejusdem mensis Decembris declaravit, Sacerdotum cura faciendam esse actorum transportationem intra terminum quatuor mensium, ac præterea eisdem Sacerdotibus sub pœna nullitatis omnium actorum, & expulsionis a Confraternitate, necnon sub aliis etiam gravioribus arbitrio ejusdem S. Congregationis quamcumque alienationem inhibuit.

Verum quia, dilapsis jam quinque mensibus a die præfati Decreti, Presbyterorum Societas non solum asserta Acta minime transportavit, sed neque ullam in id diligentiam adhibuit, uti constat ex Notarii testimonio, quod circumfertur, idcirco præfatus Abbas, ne longior dilatio cedat in perniciem Ecclesiæ Sancti Petri, suas instaurat preces, ut eademmet Dubia in memorato Folio diei 4. Decembris proxime elapsi benigne resumendo descripta in hodierno tandem Consessu supremo Eminentiarum VV. oraculo definiantur.

I. An,& quomodo Decreta Metropolitani sint approbanda,& contra quos sint exequenda in casu &c.

II. An, & contra quos sint relaxandæ censuræ in casu &c.

Ad I. Esse exequenda sine præjudicio Jurium, pendentium in Rota.
Ad II. Dilata donec sit reddita ratio.

Sess. 25. c. 4. de Ref.

FIRMANA CAPPELLANIÆ. Resolutio hujus Causæ, quæ die 23. Aprilis currentis anni ob temporis angustiam proponi non potuit,ad hanc pertracta est. Nunc igitur placeat Eminentiis VV. decidere Dubia, quorum primum, ut partium contentioni aptius responderet, hunc in modum reformatum est.

I. An Sacerdos deputandus pro celebratione Missarum, de quibus agitur, sit amovibilis ad nutum patronorum; *& quatenus affirmative*.

II. An sit locus remotioni Alberti de Marcantoniis Cappellani deputati a Barbara, & Magdalena de Marcantoniis in casu &c.

Ad utrumque Affirmative.

Sess. 24. c. 1. de ref. Matr.

CROTONIEN. MATRIMONII. Dominicus de Barricellis Patritius Crotoniensis post initum sub diem 26. Februarii 1732. Matrimonium cum nobili puella Josepha Suriani, contendens ad illud vi, & metu sibi præsertim a Petro Antonio Suriani germano fratre ejusdem Josephæ incusso adactum fuisse, Judicium super ejus invaliditate promovit in Episcopali Curia, a qua, inspectis plurimorum Testium depositionibus, necnon juribus in utramque partem allatis, pronunciatum fuit -- „ Non constare de asserto metu, proindeque controversum Matrimonium inter præfatos „ Dominicum de Barricellis, & Josepham de Surianis Patritios Crotonienses domi contractum coram proprio Parocho, & Testibus in præscriptum „ Sacri Concili Tridentini, & Ritualis Romani cum interventu quamplurium utriusque partis amicorum, & coniunctorum, ac etiam extra-
„ neo-

„ neorum, & præsertim cum assistentia Regii Gubernatoris Civitatis esse
„ validum, firmum, ac subsistens, & juxta rituum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ solemniter celebratum.

Ab ejusmodi sententia provocavit ad hanc S. Congregationem Dominicus, ad cujus instantiam delatus fuit ad Urbem Processus in dicta Episcopali Curia confectus, sed ipso Causæ prosecutionem postea negligente, eam hodie solicitant Defensores Josephæ, qui tria potissimum ex memorato Processu constare pretendunt.

Primum, quod memoratus Dominicus præfatæ Puellæ amore illectus tam voce tenus, quam per organum Raymundi Geracis ei fidem de Matrimonio secum ineundo præstitisset.

Secundum, quod tanta familiaritate cum illa diu, noctuque usus sit, ut inde gravis contra ipsos oborta foret suspicio, & scandalum quoque Populo ingeri cœpisset.

Et tertium, quod in actu ipso celebrati matrimonii vis nulla intercesserit; quippe quia sub mane diei 26. Februarii 1732. Dominicus, quia ea nocte hospes fuerat in Domo Suriana, deprehensus in cubiculo cum Josepha a Petro Antonio istius Fratre, cum idem Petrus Antonius alteri impudentiam, alteri vero fractas hospitalitatis leges exprobaret, ac insimul peteret, honorem sibi, & Familiæ suæ ob violatam Sororis honestatem ademptum redintegrari, stimulosque posthac addidisset tum Antonius dictæ Josephæ Pater, tum Regius Civitatis Gubernator carcerem illi minatus, assertum Matrimonium libere, alacrique animo contraxit, præmisso ad ejus celebrationem ex consilio Parochi contritionis actu, juxta testimonium, quod idem Parochus sub jurisjurandi religione in hæc verba perhibuit ¦ E' verissimo, che tutte essendo le cose disposte per celebrarsi il Matrimonio, io ritirai da parte esso D. Domenico in un'angolo della stanza separato, e gli dissi in segreto all'orecchio, che dovendo egli ricevere il Sagramento del Matrimonio era necessario mettersi in grazia del Signore almeno con un'atto di Contrizione, che gli esortai di fare, ed egli mi
„ rispose affirmativamente con questa, o altra simile parola ¦ *bene* ¦,
„ dopo di che io mi vestii della Cotta, ed essendo stata chiamata la Sposa
„ da un'altra Camera li congiunsi in Matrimonio, e nel richieder il con-
„ senso a D. Domenico, egli prontamente, e liberamente rispose di sì,
„ ed avendo poi interrogata anche l'Articolante, essa trattenne un poco a
„ darne il suo consenso, tanto che esso D. Domenico disse di non sò che
„ parola scherzosa, ed osservai, che esso D. Domenico pose al dito dell'Ar-
„ ticolante l'anello ¦ adeo, ut ex his omnibus Josepha, cujus tantùm jura hucusque delatá sunt, abunde probatum putet, vim, & metum a Dominico allegatum penitus exulare.

Ceterum quia Matrimonii validitas sustineri contenditur etiam in casu, quo constaret, metum fuisse Dominico incussum, eo nempe sub fundamento, quod ad ineundum Matrimonium compulsus fuerit, ut honori Josephæ a se violatæ consuleret; idcirco in jure notandum est, quod, licet Matrimonium contractum ex vi, & metu sit irritum, juxta expressos Textus in
-- cap. Requisivit. cap. Gema. capit. Veniens il 2., capit. Cum secundum
„ capit. De muliere. capit. Ad id capit. Consultationi. de sponsal. & Matr.
„ & in cap. Ex literis de Desponsat. impuber. ¦, & Resolutiones ab hac Sacra Congregatione editas -- in Spoletana Matrimonii 2. Maii 1705., &
„ 14. Septembris ejusdem anni; in Aquilana Matrimonii 1. Junii 1715. in
„ Panormitana Nullitatis Matrimonii 8. Junii 1719., in Compostellana
„ Matrimonii proposita die 19. Augusti 1719., & resoluta die 10. Martii 1731. lib.8. Decr. p.101. --, validum tamen est, si ex vi, & metu juste illato contrahatur, uti communiter tradunt scribentes in *cit. cap. Veniens de Sponsal.* & pluries rescripsit eadem S. Congreg, & signanter -- in Ventimilien.

Ma

„ Matrimonii 24. Aprilis 1700., in Lycien. Nullitatis Matrimonii 23.
„ Aprilis 1701., in Aquinaten Matrimonii 5. Junii 1706., & 29. Januarii,
„ & 12 Februarii 1718., & in Hydruntina Matrimonii 8. Martii 1721. &
23. Augusti, & 13 Septembris ejusdem anni.

Quando autem metus dicatur juste incussus, videri possunt -- Gonzal. in „ cap. Veniens. num.4., Engel. in jus Can. lib.4. Decretal. tit.5., Piring. eodem loc. num.104, Schamalzgrueber de Sponsal., & Matr. §.2. „ num.389., & seqq. Reiffenstuel. §.9. num.329. Sanchez de Matr. lib.4. „ disput.13. --

Ex his igitur, aliisque juribus nomine d. Josephæ circumferendis decidere oportet.

An constet de validitate Matrimonii in casu &c.

Affirmativè.

Sess.25 c.13 de ref.

FAVENTINA QUARTÆ FUNERALIS. Sa. mem. Benedictus XIII. veterem Sacrorum Canonum sanctionem redintegrans, in Constitutione incipiente *Romanus Pontifex* ita sancivit -- Parochis Defunctorum, qui „ in Ecclesiis quorumcumque Regularium prædictorum tumulabuntur, persolvatur, & cum effectu tradatur quarta pars omnium intortitiorum, & „ candelarum, quibus defuncti cadaver in itinere ad Ecclesiam tumulantem associabitur, necnon omnium intortitiorum, & candelarum, quæ „ in eadem Ecclesia circa cadaver, vel etiam in Altaribus in die funeris „ accendentur &c. Quod si funus non fieret in die tumulationis, sed ad diversum diem, vel ad aliud diversum tempus differretur, Parocho nihilominus assignetur quarta pars omnium intortitiorum, & candelarum, „ quæ ipsamet peracti funeris die in Ecclesia, ubi Defunctus humatus fuit, „ circa cænotaphium, seu tumulum honorarium, atque etiam in Altaribus ejusdem Ecclesiæ accensa fuerint.

Post editam Pontificiam hanc legem Archipresbyter, necnon alii duo asserti Parochi, seu Rectores Ecclesiæ sub titulo Sancti Michaelis in Oppido Bagnacaballi existentis, tametsi antea nihil jure Quartæ Funeralis perciperent ex candelis, & intortitiis penes Ecclesiam tumulantem Regularium relictis, multoque minus ex illis, quæ in itinere delata Defunctorum Hæredibus restituebantur, tradita Ecclesiæ tumulanti decima dumtaxat parte, cœperunt canonicam exigere portionem ex omnibus candelis, & intortitiis, quæ sive in associatione cadaveris, sive in Ecclesia occasione funeris accenduntur.

At Præsides Communitatis memorati Oppidi jura Hæredum Defunctorum tuentes hodie contendunt, assertam Quartam funeralem præfatis Archipresbytero, & Parochis solvendam non esse ex dictis candelis, & intortitiis, quæ post absolutum funus iisdem Defunctorum Hæredibus restitui antea consueverunt, innixi potissimum Constitutioni Synodali à clar. me. Card. Rossetto Episcopo Faventino jampridem hisce verbis promulgatæ; *Il sopravanzo delle candele, che si accendano su l' Altare resti alla Chiesa; ma delle candele, o torcie, che si accendano per istrada, etiam che durino accese in Chiesa, durante la funzione, si restituisca interamente agli Eredi* -- idque consentaneum putant juri communi; quo statutum est, Quartam Funeralem Parocho deberi ab Ecclesia tumulante dumtaxat ex intortitiis, candelis, aliisque funerariis emolumentis eidem Ecclesiæ obvenientibus, non autem ex illis, quæ Defunctorum Hæredibus post absolutum funus restituuntur, uti notant communiter Scribentes -- *in tit. de Sepult.*], & favere videtur Resolutio ab hac Sacra Congregatione edita in *Acheruntina die 15. Maii 1638.*, ubi dictum fuit --, ad solutionem Quartæ Funera-

lis

„ lis non teneri Hæredes, nec Executores teſtamentarios; emolumentum „ verò ſepulturæ pro cadaveribus humandis non poſſe de iure peti, nec „ exigi, ſed ſi quid ex legitima conſuetudine a ſponte dantibus ſolvi con- „ ſuevit, hujuſmodi conſuetudinem permitti poſſe, ita tamen, ut ex „ non ſolutione interim non denegetur ſepultura -- ut in lib.16. Decr. „ pag. 21.

Immo cum in facto habeatur, Archipresbyterum, & memoratos Parochos non exigere, niſi decimam partem ex candelis, & intortitiis, quæ Defunctorum Hæredibus reſtituuntur, quando cadavera in parochiali, aut alia ſeculari Eccleſia tumulari contingit, perpendendum eſt, num, vigente hac conſuetudine, eiſdem competere poſſit jus exigendi Quartam, quoties cadavera ſepeliuntur in Eccleſiis Regularium; Parochus enim prohibitum eſt pinguius emolumentum ab Hæredibus Defunctorum exigere, quando cadavera ad Regularium Eccleſias deferuntur, ne Fideles ab eligenda in illis ſepultura retrahantur, uti ad normam Apoſtolicarum Conſtitutionum Urbani VIII. la 11., & Clementis X. la 56. pluries reſcripſit Sac, Congregatio nimirum -- in Papien. Funerum 12. Decembris 1655., in una Ponventualium Quartæ Funeralis 27. Martii, in Mantuana Funerum 16. „ Januarii 1694., & in Inſularum Canariæ Juriſdictionis, *ubi diſceptato* „ *Dubio* -- An Parcohi ſeculares prætendere poſſint majorem quantitatem „ emolumentorum funeralium, quando cadavera ſepeliuntnr in Eccleſia „ Regularium, quam accipiunt, quando tumulantur in Eccleſiis ſecula- „ ribus -- *die* 31. *Julii* 1694. *ita reſponſum fuit* -- Negative, & dandum „ Decretum in Mantuana Funerum editum 16. Januarii, & 3.Aprilis pro- „ xime præteriti, ut in lib.44. Decr. pag.164.

E couverſo tamen Archipresbyter, & Parochi dictæ Eccleſiæ præter Conſtitutionem Benedictinam, & pluries Reſolutiones Sacræ hujus Congregationis, opponunt potiſſimum aſſertam conſuetudinem, juxtà quàm controverſa Quarta Funeralis nedum in præfato Oppido Bagnacaballi, verum etiam in ipſa Civitate Faventiæ a Parochis Defunctorum, qui in Eccleſiis Regularium tumulantur, pluribus ab hinc annis exigitur ex omnibus intortitiis, & ſignanter ex illis, quæ Defunctorum Hæredibus poſt abſolutum funus redduntur. Hanc autem conſuetudinem utpote, piam, & laudabilem ſervandam eſſe, authumant ſatis probari ex Reſcripto *Clementis III. in cap. Certificari 9. de Sepul.*, & *Alex. III. in cap. Ad Apoſtolicam. de Simon.*

Hæc ſunt rationum momenta, quæ in utramque partem ponderari poſſunt ad deciſionem primi Dubii infra deſcribendi. Cum autem præfati Archipresbiter, & Parochi in aſſociatione cadaverum binas candelas ad differentiam Sacerdotum ſimplicium hactenus ab Hæredibus Defunctornm receperint in præmium laboris, quem in curæ animarum exercitio ſuſtinent, juxta aſſertam conſuetudinem nonnullorum teſtimonio comprobatam: & e contra Præfecti dictæ Communitatis contendant, dictas binas candelas tradi debere dumtaxat Archipresbytero, non autem aliis aſſertis parochis, ſeú Rectoribus præfatæ Eccleſiæ ad formam Synodi à dicto clar. mem. Cardinali Roſſetto habitæ, ubi ſic cautum habetur -- O tre l'elemoſina ſudetta „ ſi permette anco quella della cera, cioè al Paroco una candela, ó al più „ due, ma il peſo ſia arbitrarío degli Eredi; agl'altri Preti una al più di „ peſo ſimilmente ad arbitrio degli Eredi. Quando ſi canta la Meſſa, per „ l'Altare maggiore ſolo candeline quattro, ál Paroco candeline minute „ quattro, agl altri Sacerdoti due, má cantandoſi ſolamente il Notturno „ de' Morti, all'Altare maggiore due candeline minute, al Paroco, e Sa- „ cerdoti, come ſoprá --, ad dirimendam quoque hanc controverſiam alterum proponetur Dubium:

Epiſcopus in ſuis literis ad Sacram Congregationem datis Archipresbyteri, & Pa-

Parochorum juribus adstipulatur quoad Quartam Funeralem: quo verò ad binas candelas censet, eas quidem tradendas esse Archipresbytero, minime verò Parochis, quia, ut inquit --, Præsente capite, alii Re-
„ ctores non plus habendi sint, quam simplices Sacerdotes funus pro-
„ sequentes --

Spectat jam vero ad Eminentias VV. declarare.

I. An, & a quibus, & quæ portio ceræ debeatur Archipresbytero Terræ Bagnacaballi pro eorum Quarta Funerali, quando cadavera tumulantur extra parochiam in Ecclesiis Regularium in casu &c.

II. An, & quot candelæ tradi debeant Archipresbytero, & Parochis in associatione cadaverum in casu &c.

Ad primum, deberi Quartam tantum ex ea portione Ceræ, quæ retinetur ab Ecclesiis Regularium. Ad secundum, deberi binas candelas Archipresbytero, &, eo absente, totidem ejusdem Substituto tantum, & amplius.

Sess.14. c.9. & Sess. 24. c.13. de ref.

FRISINGEN. PERMUTATIONIS, SEU UNIONIS. Abbas Monasterii sub Instituto Sancti Benedicti in Augustana Diæcesi jamdudum erecti, & vulgo nuncupati *Benedictibeyren* exponens, idem Monasterium possidere in Loco Konigsdorff Rus quodam, una cum juribus venandi, piscandi, decimandi, atque ligna cædendi, quorum administratio sicuti ob distantiam committi hucusque consuevit personis exteris, ita parum emolumenti præstitit Monasterio, quod longe uberius perciperet, si eadem Bona, & Jura ab aliquo ex Religiosis dicti Monasterii ibidem commorante administrarentur, supplex petiit ab Ordinario Frisingensi, ut parochialem Ecclesiam in præfato Loco Konisgsdorff existentem, & hactenus a Præsbyteris secularibus administratam ita Monasterio addiceret, ut bini deputari possent Religiosi, qui in eo loco degentes tum Animarum curæ, tum rectæ dictorum Bonorum, ac jurium Monasterii administrationi incumberent.

Hisce præcibus, habito prius consensu Capituli suæ Cathedralis, benigne annuit Ordinarius Frisingensis sub pactis, & conditionibus districtè relatis *Summ. num.*4., & signanter, quod Abbas, & Monasterium debeat juspatronatus, quo super Parochiis Schuvabhausen, Sochering, & Uffing in Diœcesi Augustana existentibus potitur, cedere, & renunciare Nicodemo Samuveber Parocho Loci Tolz, & patrono dictæ Ecclesiæ Konigsdorff, adeo, ut tam ipse, quam ejus Successores imposterum ad eas præsentare valeant Presbyteros seculares, quod annua Pensio 75. florenorum, quam hactenus Vicarius Konigsdorffensis solvere consuevit præfato Parocho Loci Tolz, deinceps ei solvatur ab Abbate dicti Monasterii. qui pariter Cathedraticum, & alia quæcumque Jura Episcopo debita Ordinario Frisingensi præstare teneatur; & demum -- quod Ecclesia, & Parochi, vel po-
„ tius Vicariatus in Konigsdorff qualiter modo, sic & imposterum existen-
„ ti Domino Parocho in Tolz in statu præsenti perpetuis temporibus sub-
„ jecta remaneat absque eo, quod ex parte Monasterii, vel ab illo con-
„ stitutis Vicariis nulla exemptio, libertas, vel alia mutatio præten-
„ di valeat, nec ullo umquam tempore idem Abbas, illiusque Succes-
„ sores curare possint, ut eadem Ecclesia Konigsdorff prælaudato Monaste-
„ rio uniatur.

Rebus ita dispositis, Abbas, & Monachi dicti Monasterii supplicem Dataria Apostolicæ porrexerunt libellum, quo postularunt, gratiam sibi, ut supra, concessa pontificia authoritate confirmari; At eorum instantiæ sese opponentibus dicto Nicodemo Samuveber, & Clero, qui Capitulum, ut

ajunt Rurale Diœcesis Frisingensis constituit, Emus Pro-Datarius cognitionem controversiæ hinc exortæ super petita concessione Apostolici Beneplaciti Supremo huic Tribunali delegavit.

Præcipua rationum momenta, quibus præfatus Nicodemus propugnat, assertam gratiam ab Apostolica Sede non esse confirmandam, hæc sunt. Primò quod juxtà facti speciem mox descriptam agatur de unione Parochialis Ecclesiæ *subiective* facta prælaudato Monasterio, eaque proinde tamquam justà causà, & necessario patroni consensu destituta sit omnino irrita, & invalida; uti per Textus expressos -- in cap. Exposuisti 33. de Præben. in cap. Pastoralis 7. de Donat. *tradunt* Reinffenstuel. in jus Can. lib.3 tit. 10. §.3. num.71., & 74. Piring. eod loc. num.211. Garz. de Benef. part.12. cap.2. num. 202. Barbos. de Offic., & potest Episc. part. 3. alleg 66. „ num.16., *& resolvit Sacra Congregatio* in Asten. 15. Decembris 1646. „ lib.18. Decr. pag.377., & in Fesulana 28. Martii 1648. lib.18. Decr. „ pag. 462.

Secundo, quod eadem unio utpote stipulata favore Monasterii, & quidem existentis intra limites alterius Diœcesis, nempe Augustanæ, nedum adversetur sanctioni Sacri Concilii Tridentini *sess.24. cap. 13. de ref.* ubi cautum habetur, quod „ in unionibus faciendis Ecclesiæ Parochiales Monasteriis „ quibuscumque, aut Abbatiis, seu Dignitatibus, sive Præbendis Eccle„ siæ Cathedralis, vel Collegiatæ, sive aliis Beneficiis simplicibus, aut „ Hospitalibus, militiisque non uniantur;„ verum etiam alteri ejusdem Concilii Decreto *sess.14. cap.9. de ref.*, quo ita sancitum fuit. „ Et quia „ jure optimo distinctæ fuerunt Diœceses, & Parochiæ, ac unicuique „ gregi proprii attributi Pastores, & inferiorum Ecclesiarum Rectores, „ qui suarum quisque ovium curam habeant, ut ordo Ecclesiasticus non „ confundatur, aut una, & eadem Ecclesia duarum quodammodo Diœ„ cesum fiat, non sine gravi eorum incommodo, qui illi subditi fuerint, „ beneficia unius Diœcesis, etiamsi Parochiales Ecclesiæ, Vicariæ per„ petuæ, aut simplicia Beneficia, seu præstimonia, aut præstimoniales „ portiones fuerint, etiam ratione augendi cultum divinum, aut nume„ rum Beneficiatorum, aut alia quacumque de causa alterius Diœcesis „ Beneficio Monasterio; seu Collegio, vel Loco etiam Pio perpetuo non „ uniantur.

Et tertio demum, quia veteribus quoque Canonicis sanctionibus vetitum est, Beneficia secularia, quibus etiam animarum cura adnexa est, personis Regularibus conferre, *cap. Cum de Beneficio, de Præbend. in 6. cap Nullus de elect. eod. lib.6. Clement. Ne in agro. §. Ceterum, & §. Sane de stat. Monach.*; & constat ex pluribus hujus Sacræ Congregationis Resolutionibus, quæ relatæ fuerunt in una *Constantien.* descripta in Folio diei 20. Novembris superioris anni.

Verum Abbas, & Monachi dicti Monasterii, ne petitum Apostolicum Beneplacitum sibi denegetur, potissimum eo vires intendunt, ut controversam gratiam ab Ordinario Frisingensi ex justa, & rationabili causa, nec non præmissis debitis solemnitatibus eidem Monasterio impertitam fuisse probent, asserentes nimirum, ob peculiares circumstantias in hypothesi occurrentes, controversam permutationem in evidentem utilitatem tam Monasterii, quam Ecclesiæ Parochialis de Konisgsdorff, atque incommodum Parochi Ecclesiæ Tolz, & dicti Cleri Diœcesis Frisingensis cessuram esse.

In alia causa Frisingensi. Comite Joanne Vito de Hechevaldech Patrono Parochialis Ecclesiæ S. Laurentii de Parsspergh postulante, ut eadem Ecclesia, quæ a biennio vacabat, attento magno populi numero, concederetur, & uniretur Regularibus Ordinis S. Augustini Provinciæ Bavariæ ejusdem tamen Diœcesis) sub onore manutenendi duodecim Religiosos, & ani-

& animarum curam exercendi, Sac. Congregatio a Summo Pontifice consulta die 11. Julii 1682. attentis Relatione Episcopi Frisingensis, precibusque Serenissimi Electoris Bavariæ, & dicti Comitis de Hechevaldech censuit „ Supplicationem signari posse in forma commissaria eidem Episcopo directa, qui, veris existentibus narratis, & postquam compererit, „ in majorem Dei gloriam, & animarum utilitatem id esse cessurum, præfatam Ecclesiam cum omnibus suis redditibus, proventibus, atque „ juribus Conventui Regularium Ordinis S. Augustini Provinciæ Bavariæ „ in Oppido de Miesbach pro suo arbitrio, & conscientia gratis uniret, „ traderet, atque concederet cum obligatione, & onere iisdem Regularibus imponendo in eodem Conventu manutenendi duodecim dicti „ Ordinis Professos, curamque animarum, & omnia Parochialia jura „ exercendi „ ut in *lib.32. Decr. pag.3*‹2.

At in Legionen. & Asloricen. Unionis. Cum Patres Jesuitæ Civitatis Legionen. a Summo Pontifice humiliter postulassent, ut binæ Parochiales Ecclesiæ, quarum altera sita est in Diœcesi Legionensi, altera vero in Diœcesi Astoricensi unirentur eorum Collegio, ita ad inopiæ statum redacto, ut manutenere non posset necessarios Magistros, qui uti antea Juventutem bonis artibus instruerent; eorum precibus ad hanc Sacram Congregationem remissis disputata fuerunt hæc Dubia. I. An sit locus unioni Parochialis Legionen., de qua agitur, Collegio Patrum Jesuitarum „ ejusdem Civitatis in casu &c. *& quatenus affirmative*. II. An Vicarius pro exercitio animarum curæ debeat esse perpetuus, seu amovibilis ad nutum „ quibus die 24. Aprilis 1723., tametsi accederet consensus Patroni, rescriptum fuit „ Ad primum negative. Ad secundum provisum in primo „ ut in *lib 73. Decr pag.169*

Ordinarius Frisingensis super Oratorum instantia auditus in eo totus est, ut gratiam a se concessam Apostolica dignam confirmatione ostendat, Ordinarius vero Brixinensis post expositam facti seriem supra descriptam, ex juribus a dicto Nicodemo allatis, censet controversam cessionem ita Sacrorum Canonum, & Concilii Tridentini legibus contrariam esse, ut ea potius improbari, quam confirmari mereatur.

Ponderatis itaque juribus in utramque partem afferendis, onus erit EE.VV. respondere.

An Beneplacitum Apostolicum sit concedendum in casu &c.

Negative, & amplius.

Sess. 7. c. 8. de ref. VERCELLEN. JURISDICTIONIS. Indicta ab Eminentissimo Episcopo Pastorali Visitatione, Vincentius Philippus Confalonerius Abbas Parochialis Ecclesiæ SS. Nazarii, & Celsi olim Ordinis S. Benedicti prætendens, eamdem Ecclesiam licet intra fines Diœcesis Vercellensis erectam, ab Episcopi tamen jurisdictione exemptam esse, declaravit, se paratum quidem ejus visitationem admittere, si hæc jure delegato ad normam Sacrosanctæ Tridentinæ Synodi *cap.8. Sess.7. de ref.* expleretur, secus vero ab Eminentissimo Episcopo uti Ordinario peragi vellet; cumque subinde a perpetuo memoratæ Parochialis Ecclesiæ Vicario ipsius cura dimissa fuisset, idem Abbas cœpit asserere sibi jus deputandi in illa Æconomum.

At suis hisce conatibus adversantem expertus Promotorem Fiscalem Curiæ Episcopalis supplicem Sacræ huic Congregationi porrexit libellum, quo exponens, prædictam Abbatialem Ecclesiam qualitate *Nullius* potiri, & hactenus tum Vicarium, tum alios ejusdem Ecclesiæ Ministros libere semper fuisse ab Abbate nominatos, petiit declarari, nullam Vercellensi Curiæ potestatem in dictam Ecclesiam ordinario jure competere.

Ro-

Rogatus autem Eminentissimus Episcopus hac de re Sacram Congregationem instructam reddere in ejus accurata Relatione significat, Ecclesiam Abbatialem SS. Nazarii, & Celsi a Diœcesi Vercellensi undequaque circumdatam esse, sub annos 1228., & 1248. binas a Delegatis Apostolicis prodiisse sententias, quibus eadem Ecclesia tunc temporis a Regularibus adhuc possessa Ordinariæ Episcopi Jurisdictioni subesse declarata fuit; immutato postmodum ejus statu, parem super illa jurisdictionem fuisse ab Episcopis constanter exercitam, idque comprobari ex authenticis documentis duorum circiter seculorum spatium complectentibus; eosdem Vercellenses Episcopos jure ordinario sæpius eam visitasse: in omnibus actibus, sive constitutionum Patrimonii Ecclesiastici, sive dispensationum super denunciationibus Matrimoniorum, sive aliarum provisionum etiam ab Apostolica Sede emanatarum nuncupatam semper fuisse *Diœcesis Vercellensis*; & demum tum ejus Vicarium pro Animarum curæ exercitio, tum alios ejusdem Ecclesiæ Sacerdotes pro excipiendis Sacramentalibus Confessionibus nonnisi ab Ordinario Vercellensi approbationem reportasse, uti ex publicis ejusdem Curiæ Regestis apparere testatur.

His itaque suffultus juribus Promotor Fiscalis dictæ Episcopalis Curiæ, ne obortæ contentiones in animarum detrimentum latius protrahantur, enixe rogat in hodierna Congregatione decidi quinque Dubia inferius recensenda, quæ in partium contradictorio fuerunt subscripta.

Porro in ejusmodi controversiis ita jus assistit Episcopo, ut allegans exemptionem teneatur eam validissimis argumentis evincere. Cum autem in triplici specie soleat ista considerari, nimirum quæ mere passiva est, quæ admixtam habet aliqualem jurisdictionem in Clerum, & populum, quæque demum constituit proprium Territorium separatum cum vera qualitate *Nullius*, ut egregie de more disserit Eminentissimus Petra in *Const.* 4. *Calixti III. Sect.* 1. *num.* 6. *& seq. tom.* 5.; Ideo in præsenti Causa potissima inspectio erit, num Abbati Ecclesiæ SS. Nazarii, & Celsi ulla ex hisce exemptionibus competat.

Ceterum approbatio, & institutio Vicarii pro exercitio curæ animarum, de qua inquiritur in secundo Dubio utpote ab Episcopali munere procedens quæque auctorizabilis dicitur, ita Episcopis reservata est, ut etiam in casu, quo institutio collativa Beneficii pertineat ad Abbatem, ab illis tantum, in quorum Diœcesi est populus sub dicta Cura existens, sit concedenda per Textum *in cap. Cum satis de Offic. Archid. in cap. Ex frequentibus. de instit.*, *& in cap.* 1. *de verb. signif. in* 6. & scite monet præfatus Eminentissimus Petra *loc. cit. sect.* 2. *a num.* 122. *ad plures seq.*

Illud quoque expendendum erit an saltem aliqua jurisdictio activa requiratur, ut quispiam valeat concedere licentias induendi habitum clericalem invito Episcopo, cum de cetero ad illum in propria Diœcesi veluti Superiorem Ordinarium spectet facultas prohibendi Laicis delationem habitus & Tonsuræ Clericalis, juxta ea, quæ tradunt *Geminian. & Franc. in cap. fin. de Bigam. in* 6. *Bellet. disquisit. cleric. part.* 1. *de favor. Cleric. reali* §. 5. *num.* 117. *& Carol. de Graff. de effect. Cleric. effect.* 1 *n.* 1290.

Pro Abbate Confalonerio nihil hactenus allatum est; Onus igitur erit EE. VV. pro ea, qua pollent sapientia definire.

I. An Abbatia SS. Nazarii, & Celsi sit exempta a jurisdictione ordinaria Episcopi Vercellensis; *Et quatenus negative*.

II. An Vicarius pro exercitio Curæ approbari, & institui debeat ab Episcopo Vercellensi, quatenus non adsit provisio Apostolica,

III. An Episcopus Vercellensis visitare possit jure ordinario Ecclesiam Abbatiæ in omnibus iis, quæ concernunt curam animarum, & administrationem Sacramentorum, necnon quo ad ea jus habeat in universum Clerum, & populum Laicum ipsius Abbatiæ.

IV. An

IV. An liceat Ordinario Vercellensi post institutionem ab Executore reportatam in vim literarum Apostolicarum in forma gratiosa novo examini subjicere Vicarium perpetuum, & novam institutionem eidem concedere in casu &c.

V. An Abbati SS. Nazarii, & Celsi jus competat concedendi licentias induendi habitum Clericalem in casu &c.

Sess. 22. c. 6. & Sess. 25. cap. 4. de ref.

FIRMANA LEGATI. Franciscus Nicolelli oriundus ex Oppido Montis Granari in tabulis suis Testamentariis conditis anno 1664. hæredem scripsit Ven. Societatem Sanctissimi Sacramenti in eodem Oppido erectam, eique onus injunxit conficiendi ex fructibus suæ hæreditatis multiplicum, donec ex ipso constitutus foret annuus proventus scutorum biscentum -- *de' quali* (sunt verba ejus Testamenti) *la rata di scudi* 40. *debba essere libera per detta Ven. Compagnia &c. gl'altri scudi* 160. *la meta' di essi cioè scudi* 80. *si debbano erogare in sussidiare due scuolari &c. nello studio di Fermo &c. gl'altri scudi* 80. *vuole, e comanda, che si eroghino, o sidiano in sussidio di un Dottore nativo della Patria, che ex professo debba attendere in Roma alla Curialita'*.

Postmodum Antonius Nicolelli Religiosus Societatis Jesu filius memorati Francisci utens facultate sibi à patre tributa libere declarandi enunciatam dispositionem, addendique legatis in ea relictis onera, & conditiones sibi benevisas, inter cetera statuit. Doctorem ad dictum subsidium deputandum eligi prius debere ex Familiis Felicis Antonii Conventati, Dominici Santoni, Cæsaris Conventati, & Mariotti Conventati, & deinde reservato jure eligendi Congregationi particulari compositę ex decem Confratribus dictæ Societatis, ita cavit -- Dichiaro, che in mancanza di tut-
„ te le quattro famiglie de' soggetti eligibili, e capaci, come si è detto
„ di sopra, debba all'ora cadere l'elezzione in persone, quali siano figli
„ de' Cittadini di detta Patria del Testatore, cioè di quelli, a' quali per
„ ragione di nascita compete la capacità di poter entrare in Conseglio, e
„ ne' quali figlj perseveri ancora l'onorevolezza della cittadinanza, ma
„ in guisa che; essendovi li figlj immediatamente nati dalle Donne di det-
„ te quattro Famiglie legitimi, e naturali sempre debbano questi essere
„ preferiti a tutti gl' altri, etiamdio stante la disparità della Citta-
„ dinanza.

Ad normam hujus dispositionis, completo sub annum 1718. multiplico a Testatote præscripto, memorata particularis Congregatio primum anno 1719. ad præfatum legatum elegit Doctorem Ludovicum Evangelisti, qui electionem sibi factam noluit acceptare, deinde vero anno nempe 1730. Franciscum Apollonium, qui cum ortum non habuerit in Oppido Montis Granarii, sese opponente illius electioni Annibale Cruciano, legati incapax declaratus fuit sententia Curiæ Archiepiscopalis Firmanæ, a qua, licet appellationem interposuisset, ei tamen postmodum cessit.

Cum autem ab hinc præfata Congregatio alium Doctorem ad assecutionem præmissi legati deputare neglexerit, Antonius Franciscus Cruciani ex dicta Testatoris patria ortum trahens, in utroque jure Doctoris laurea insignitus, & ea, quam præscripsit Pater Antonius Nicolelli, civilitate pollens, post preces Officialibus dictæ Congregationis pro obtinenda nominatione ad idem legatum plures, sed frustra expositas Romam venit, ubi ab anno circiter in legali facultate cœpit se exercere; Jam vero contendens, jus eligendi præfatum Doctorem, ob præmissam dictæ Congregationis negligentiam, ad Ecclesiasticum Superiorem fuisse devolutum, in supplici suo libello à Sanctissimo D. N. ad hanc Sacram Congregationem re-

remisso postulat, ad conversi legati assecutionem admitti, & ita quidem, ut annua illius præstatio sibi tradenda sit usque a die quo Urbem pervenit, & in Romana Curia forense excercitationes obivit, duas potissimum circumstantias sibi suffragari exponens: Primam, quia non alius præter germanum suum fratrem in eo Oppido reperiatur, qui ad d ctum legatum eligi possit; & alteram, quod ipse Orator sit nepos Annæ Mariæ Conventati, proindeque descendens ex eadem hujus nominis Familia, quam Pater Antonius in prædicta sua declaratione voluit ad hoc legatum assequendum præferri.

Episcopus confirmans ea, quæ hactenus exposita sunt, refert, Oratori deesse, dumtaxat electionem a Congregatione faciendam, ut controversum legatum assequi possit, ideoque, ne executio pii hujusce operis ab anno 1664. numquam adimpleri, diutius differatur, censet, eidem Congregationi præfigendum esse diem, quo ad assertam Doctoris electionem procedat.

Ponderatis itaque juribus, quæ circumferentur, onus erit Eminentiarum VV. decidere.

An, & a quo tempore Antonius Franciscus Cruciani sit admittendus ad consecutiorem legati; vel potius electio sit facienda per Congregationem ad formam testamenti in casu &c.

Negative quoad primam partem. & affirmative quoad secundum præfixo termino unius mensi pro electione facienda prævia edictorum affixione, & amplius.

CASSANEN- In Civitate Marateheæ reperitur Parochialis, atque receptitia. Ecclesia sub titulo Sanctæ Mariæ Majoris erecta, cui præter Archipresbyterum animarum onus sustinentem modo adscripti sunt sexdecim Præsbyteri, ut ajunt, participantes: quorum decem in eadem Ecclesia Missarum, Anniversariorum atque Co lectarum onera adimplent sub certo stipendio a piis Testatoribus relicto, ceteri verò consimilibus satisfaciunt oneribus in filiali Ecclesia SSmæ Annunciatæ, ubi ad majorem Populi commoditatem retinetur Vicarius, seu Cappellanus Curatus, ut memorato Archipresbytero in Sacramentorum administratione auxiliariam opem præbeat. *Sess.21. c.3., Sess.24. c.12. de ref.*

Episcopus in Pastorali Visitatione sub annum 1732. peracta animadvertens, servitium dictarum Ecclesiarum a præfatis Presbyteris cum populi scandalo negligi, voce tenus eis præcepit, Horas Canonicas ibidem singulis diebus festis de præcepto una cum Missæ Conventualis celebratione persolvere, necnon Exequiis, sacrisque processionibus interesse, subindeque, ne idipsum negligeretur, volens certam punctaturæ methodum statuere, de scripto mandavit --, Ut Punctatores duo a Clero eligantur eodem die,
,, quo punctatores fieri consueverunt, quorum punctatorum unus semper
,, Choro interesse debeant, qui omnes juramentum præstare debeant de
,, fideliter hujusmodi munere obeundo in manus Illustrissimi Domini, aut
,, eo absente, illius Locumtenentis, qui profecto punctatores, posthabi-
,, tis omnibus humanis affectionibus, ac mundi legibus Deo adversanti-
,, bus singulis diebus in libris ad id specialiter deputatis, fideliter notent
,, defectum omnium illorum, qui choro, & processionibus aut exequiis
,, interesse debent, idque sub pœna suspensionis, sine quorum puncta-
,, torum interventu, aut non lectis punctatorum libris, non possint Celle-
,, rarii, aut punctatores, aliive, ad quos spectat, distributiones Sacer-
,, dotibus, aliisque interessentibus partiri sub pœna Cellerariis, aut Pro-
cura-

,, curatoribus suspensionis in casu contraventionis, quod si aliquando ,, contigerit, punctatorem choro non interesse, tum per antiquiorem Sa- ,, cerdotem, qui Choro intersit ejusmodi punctatoris munus cum eadem ,, fidelitate, ac sub eadem pœna expleatur.

Ad normam hujus Decreti die 15. Augusti 1732. in Ecclesia Sanctæ Mariæ Majoris deputatus fuit punctator Blasius Antonius Jaconianus, in Ecclesia vero Sanctissimæ Annunciatæ Jacobus Sifannus illius Cappellanus Curatus; subindeque, defuncto prædicto Blasio Antonio major pars dictorum Sacerdotum, aliis punctatoribus ab Episcopo electis, sub jurisjurandi religione ad enunciati Decreti observantiam sese obstrinxit.

Verum quia septem ex prædictis Presbyteris detrectantes huic Epsscopi Decreto obtemperare sub obtentu, quod pro Divini Officii recitatione eis injuncta nullum percipiant emolumentum, interjecta appellatione, recursum habuerunt ad Sacram Congregationem, excitatus proinde Episcopus, confirmata facti serie mox descripta, ut sui Decreti justitiam tueatur, exponit; primo, quod in Synodo sub annum 1757. a Gregorio Caraffa tunc temporis Episcopo Cassanensi habita *cap.3. tit.2. de Divin. Offic.* ita sancitum fuit -- Omnes, & singulos supranumurarios, vel non paricipan- ,, tes de Massa communi ad interveniendum Choro in Vesperis, Missis ,, Conventualibus singulis Dominicis, & Festo de præcepto teneri vo- ,, lumus; deficientes punctentur, & ad Nos, vel nostrum Vicarium ,, Generalem denuncientur per Parochos, seu Procuratores, ad quos spe- ,, ctat, ut pro modo culpæ puniantur.

Deinde, ut probet, juxta antiquissimum suæ Diœcesis morem omnes participantes Divina Officia in Parochialibus Ecclesiis quolibet die persolvere consuevisse sub certa pecuniarum multa Presbyteris absque juxta causa absentibus infligenda, profert nonnullorum Testium depositionem, nec non duo Decreta, quorum alterum ab Episcopo de Magistris editum in visitatione anni 1695. expleta sic habet -- Cum ad majorem Dei gloriam ani- ,, marum salutem, & hujus Civitatis tanto honorifico, & exemplari Cle- ,, ro illustratæ splendorem, Divini Officii recitatio in Choro Archipres- ,, byteralis Ecclesiæ multum conferat, mandamus omnibus, & singulis ,, Sacerdotibus in illo interesse, cum sua est hebdomada sub pœna duorum ,, assium vulgò grani pro qualibet deficientia retinendorum a Procura- ,, tore Rev. Cleri ex distributionibus quotidianis cum hac conditione, ut ,, illa rata dividatur & hujus Decreti observantiam curabit R. Locumtenens -,, Episcopalis.

Postremo subdit, memoratos Presbyteros satis pingui redditu provisos esse ita, ut de asserto onere injuste conquerantur, quippe qui percipiunt omnes oblationes, quæ die Sabbathi Sancti colliguntur, itidemque participant ex decimis ad quadraginta frumenti modia annuatim ascendentibus absque ullo alio onere, quam sola assistentia in Choro diebus festis de præcepto, necnon septingentos, & quinquaginta nummos aureos circiter cum solo onere Missarum 3750,, ac emolumenta ex processionibus, & Defunctorum funeribus obvenientia lucrantur.

Adversus hæc respondent iidem septem Presbyteri, omnia Decreta tam in Synodo, quam in visitatione edita loqui dumtaxat de Ecclesiis, quæ pro servitio Chori, & Divini Officii recitatione annuos redditus destinatos habent, eorum autem Ecclesiam, cujus annui redditus (ceteroquin, ut afferunt, tenues Missarum, Anniversariorum, & Collectarum, aliorumque onerum implemento addicti reperiuntur, afficere nequeant; minusque eos obligare præfatum Decretum Episcopi de Magistris, quippe qui postmodum ad preces Cleri ejusdem Ecclesiæ declaravit, præmissum Decretum, *remanere de consilio absque pœnis ex causis ei benevisis*, indeque factum esse, ut deinceps memoratus Clerus, solo propriæ pietatis impulsu, nulla

nulla a Presbyteris absentibus exacta pœna, Divinum Officium in Choro *diebus festis* hucusque recitare consueverit.

Ceterum quia authumant, se non posse ad controversum onus compelli, tametsi dictæ Ecclesiæ servitio in Ordinum susceptione, fuerint adscripti, ad hanc rem spectant plura Decreta tam hujus Sacræ Congregationis, quam alterius Episcoporum, & Regularium negotiis præpositæ, quæ referuntur *a Monacell. Formular. legal. tom.1. tit.1. num.22., & seqq., & tom.2. tit.15. form.4. a num.4. ad 7. Pignatell. tom.3. consult.56.*, & alia adducta fuere *in Folio Congregationis habitæ die 10., & 24. Januarii 1733.* in una *Alexanen. Servitii Ecclesiæ lib.83. Decr. pag.5. & 35.* definiendum itaque erit.

An Ordinationes promulgatæ ab Episcopo super servitio Chori, & Ecclesiæ una cum Punctaturis contra Sacerdotes Participantes Cleri S. Mariæ Maratheæ sustineantur in casu &c.

Dilata ad primam Augusti.

SALUTIARUM CAPPELLANIÆ. In testamentariis tabulis sub annum 1695. conditis Decius Vacca Octaviæ Uxori suæ, quam sibi hæredem ex asse scripsit, Cappellam sub invocationem Sanctæ Mariæ ad Nives in Ecclesia nuncupata Sanctissimæ Virginis *del Pillone* erectam substituit, adiecta lege -- Che siino li Signori Canonici, e Reverendissimo „ Capitolo di questa Cattedrale Direttori della sudetta Chiesa del Pillo- „ ne tenuti, ed obligati in perpetuo, come così esso Signore Testatore „ li obbliga, di far celebrare nella detta sua Cappella della Madonna „ della Neve, come sopra, sostituita in suffragio dell'anima di lui Si- „ gnor Testatore, della detta sua Signora Consorte, e suoi Signori Ante- „ nati una Messa quotidiuna in perpetuo, da cominciarsi tal celebrazione „ subito seguito il decesso di detta sua Signora Consorte, erede sopra „ istituita, e pagar la limosina della sudetta Messa quotidiana al Sa- „ cerdote celebrante la somma di lire 365. ducali a soldi venti l'una di tre „ in tre mesi --

Se.22. Dec. de obsev. & revit. in celeb. Mis.

Subinde vero circa jus nominandi Sacerdotem, qui dictam Missam singulis diebus celebrare teneatur, ita subdidit. „ Conferendo la nomina del su- „ detto Sacerdote, che pro tempore si dovrà fare per la sudetta celebrazio- „ ne &c. al più vecchio, ed anziano della Casa, e Fameglia Vacca di que- „ sta Città, ed in mancanza de' maschi alla più anziana femina di detta „ sua Casata e Fameglia, ed essa nomina spirata colla morte del Sacerdo- „ te celebrante, che sarà stato nominato, e non altrimenti, si procederà, „ come sopra a nuova nomina, servata la qualità, ed anzianità sudetta, „ nominando fin'ora detto Sig. Testatore di partecipazione della sudetta „ signora sua Consorte in Sacerdote per la celebrazione sudetta dopo il de- „ cesso di essi signori Jugali l'Illustrissimo, e molto Reverendo signore „ Antonio Vacca di questa Città, se sarà in vita &c., e mancando tutti „ della sudetta Fameglia, e Casata conferisce la sudetta nomina a Monsi- „ gnor Illustrissimo, e Reverendissimo, che sarà pro tempore di questa „ Città, e Reverendissimo Capitolo di questa Cattedrale.

Secuta nuperrime per obitum Sacerdotis Bartholomæi Peretti vacatione Cappellaniæ, uti supponitur, erectæ in vim prædictæ testamentariæ dispositionis, Joseph senior ex Familiæ Vacca ad eam nominavit Clericum Joseph Ignatium Zonco in ætate decem, & octo annorum constitutum.

At cum Vicarius Capitularis institutionem in memorata Cappellania præfato Joseph Ignatio tradere detrectet sub obtentu, quod eadem Cappellania sit ita Sacerdotalis, ut solum ei, qui est actu Presbyter, non autem simplici

plici Clerico conferri possit, propterea idem Joseph Ignatius exponens, a Testatore injunctum non fuisse Cappellano onus celebrandi per se ipsum dictam Missam quotidianam, nec demandatum, quod asserta Cappellania obtineri dumtaxat ab illis, qui sint actu Sacerdotes, supplex postulat ab hac sacra Congregatione definiri, Cappellaniam, de qua agitur, nec habitu sacerdotalem esse ita, ut ei tametsi Clerico simplici, & decimum octavum dumtaxat annum agenti petita institutio denegari non debeat, secundum ea, quæ ad rem notant *Pignattell. tom.7. consult.2. num.10. Pinot. de contr. Patron. allegat.28. per tot. Monacell. Formul. For. Eccl. part 2. tit.15. form 1. Pavimol. tom.3 dec.150. num.1. & seq.*

Auditus super hac re memoratus Vicarius Capitularis nonnulla adducit rationum momenta, quibus censet, præfatam Cappellaniam esse actu sacerdotalem; potissimum vero, quia Testator asserens, nominatione Cappellani expirare debere „ con la morte del Sacerdote celebrante, che sarà „ nominato „ videtur præordinasse, quod sacerdos, non vero Clericus ad eam præsentandus esset, idque comprobari putat ex observantia, dum hactenus nonisi, qui actu Presbyter reperiretur, fuit ad controversam Cappellaniam nominatus.

Plures extant circa similem controversiam Resolutiones ab hoc supremo Tribunali juxta diversas facti circumstantias editæ quarum aliquas non omnino abs re erit distincte recensere.

In *Interamnen. Cappellaniæ*. Contendente Joseph Cioffi minoribus Ordinibus insignito, & in ætate viginti annorum constituto, sibi deberi Cappellaniam a Margarita Cioffi ordinatam sub lege hisce verbis concepta „ Con „ questo cioè essendoci Preti della casata, e nazione di essa Testatrica tanto „ per linea mascolina, quanto feminina si debba dare a loro, e non essendoci „ Preti di d. casata si debba dare a' Preti di casa Cioffi, e non essendoci di ca- „ sa Cioffi si dia a' Preti di casa Honorati e non essendoci Preti di niuna di dd. „ casate, si debba dare a' Preti di Piedeluco, e mai si possa dare a' Preti fora- „ stieri „ die 3. Febr. 1685. disceptatum fuit - *An Cappellania, de qua agitur, sit Sacerdotalis* -- Prodiit autem Resolutio -- *Affirmative* -- ut in *lib.35. Decr. pag.51. & seqq.*

In *Tridentina Beneficii*. Cum Fundator statuisset „ che se viverà dopo la „ di lui morte qualche Saacerdote della Famiglia Olivieri, overo Picina „ debba essere eletto a tal Benefizio „ Clericus Petri exoptans sacros Ordines ad titulum dicti Beneficii suscipere, curavit proponi hoc Dubium. „ An dictum Beneficium si sacerdotale actu, ita, ut in eligendo requiratur „ qualitas sacerdotalis de tempore electionis, vel satis sit, ut eligendus „ reperiatur in ætate habili ad assequendum Ordinem Presbyteratus „ & die 5. Junii 1688. obtinuit ita rescribi „ Beneficium esse sacerdotale, sed „ supplicandum Sanctissimo pro dispensatione in hoc casu, concurrenti- „ bus tamen aliis requisitis „ ut in *lib.38. Decr. pag.253.*

In *Nepesina Cappellaniæ*. Facti series hæc erat. Euphrasia de Anselmis Pomponio Titulonio, quem hæredem ex asse scripserat, injunxit onus, rem divinam faciendi per se, vel per alios quinquies mense quolibet, eo autem defuncto ita cavit „ Ordina, e vuole, che essendoci Sacerdoti della „ medesima casata de' Titoloni di Filacciano per linea mascolina, in tal „ caso vuole, che succedi in luogo del sudetto Pomponio, e non essen- „ doci per detta linea, vuole, che succedi per linea feminina alla casata „ de' Titoloni col peso sudetto, intendendo, che sia Sacerdote e non al- „ trimenti. „ Exorta autem subinde dubitatione, num Cappellania ad normam prædictæ dispositionis erecta conferri posset ei, qui actu Sacerdos non esset disputatum fuit Dubium „ An Cappellania, de qua agitur, „ sit actu sacerdotalis, sive potius habitu „ & die 27. Maii 1713. rescriptum fuit „ Affirmative quoad primam partem, & negative quoad secun- „ dam „ ut in *lib.53. Decr. pag.219. & 223.*

In

In *Justinopolitana autem Cappellania*. Quamvis Petrus Gabriel erexisset Cappellaniam cum onere unius Missæ quotidianæ celebrandæ in perpetuum in Altare B. V. de Monte Carmelo sub hac lege (sunt verba testamenti) „ quod dicta Missa quotidiana in puncto meridiei, constituto Sacerdote, „ aut Canonico bonæ vitæ celebrari committatur „ attamen propositis hisce Dubiis.

I. An Cappellania, de qua agitur, sit Sacerdotalis, vel ad eam nominari possit simplex Clericus minor 24. annorum; *& quatenus affirmative quoad primam partem, & negative quoad secundam*.

II. An saltem sit concedenda petita dispensatio.

Die 11. Januarii 1698. editum fuit Rescriptum -- Ad primum negative quoad primam partem, & affirmative quoad secundam. Ad secundum provisum in primo -- ut in *lib.* 48. *Decr. pag.* 2.

His itaque ponderatis, ab EE. VV. definiendum erit.

An Cappellania sit Sacerdotalis actu, vel potius habitu tantum ita, ut sit danda Ignatio Zoncho in casu &c.

Negative quoad primam partem, & affirmative quoad secundam, præfixo termino.

Die Sabbathi 9. Julii 1735.



Ausa mox indicenda, cujus decisio, instante Vincentio Philippo Confalonerio Abbate Parochialis Ecclesiæ Sancti Nazarii & Celsi ad hanc diem dilata fuit, resumpto Folio postremæ Congregationis, supremo Eminentiarum VV. judicio nunc discutienda proponitur.

VERCELLEN. JURIDICTIONIS. *Sess. 7. c. 8. de ref.*

I. An Abbatia SS. Nazarii, & Celsi sit exempta a jurisdictione ordinaria Episcopi Vercellensis; *Et quatenus negative*.

II. An Vicarius pro exercitio Curæ approbari, & institui debeat ab Episcopo Vercellensi, quatenus non adsit provisio Apostolica.

III. An Episcopus Vercellensis visitare possit jure ordinario Ecclesiam Abbatiæ in omnibus iis, quæ concernunt curam animarum, & administrationem Sacramentorum, necnon quo ad ea jus habeat in universum Clerum, & populum Laicum ipsius Abbatiæ.

IV. An liceat Ordinario Vercellensi post institutionem ab Executore reportatam in vim literarum Apostolicarum in forma gratiosa novo examini subjicere Vicarium perpetuum, & novam institutionem eidem concedere in casu &c.

V. An Abbati SS. Nazarii, & Celsi jus competat concedendi licentias induendi habitum Clericalem in casu &c.

Ad primum negative. Ad secundum affirmative; Ad tertium provisum in primo; Ad quartum negative; Ad quintum negative, & amplius.

Sess. 21. c. 4. de ref.

BONONIEN. Seriem, statumque hujus Causæ summatim exponit Folium Congregationis habitæ die 29. Novembris superioris anni. Cum autem illius Resolutio hactenus suspensa in hodierno Consessu postuletur, tam ex juribus tunc distributis, quam ex recentius circumferendis decidere oportet.

An Decretum Eminentiss. Archiepiscopi Bononiensis sustineatur in casu &c.

Affirmative, & ad Eminentiss. Præfectum juxta mentem.

Sess. 24. c. 18. de ref.

NULLIUS, SEU MONTIS CASINI CONCURSUS. Contendentibus Francisco Grilli, Josepho Falconio, & Nicolao Mosca Presbyteris Terræ Pesculi Constantii, concursum, seu approbationem Thomæ de Amata ad Parochialem, & receptitiam Ecclesiam nuncupatam S. Mariæ Collis ita irritam, & invalidam esse, ut novus concursus institui deberet, disceptatum fuit hoc Dubium „ An concursus, & respective approbatio Thomæ de Amata sustineatur, vel potius sit deveniendum „ ad novum concursum in casu &c.„ Et die 7. Maii currentis anni prodiit Resolutio „ Affirmative quoad primam partem, & negative quoad „ secundam.

Verum quia iidem Sacerdotes huic Resolutioni non acquiescentes impetrarunt facultatem de jure suo iterum experiendi, perpensis iis, quæ in folio diei 26. Martii proxime præteriti exposita fuerunt, una cum juribus in utramque partem denuo afferendis, placeat EE. VV. respondere.

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

In decisis, & amplius.

Sess. 25. c. 19. Reg. & Mon.

TUDERTINA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. Folio diei 26. Martii currentis anni, in quo descripta fuit hæc Causa, addendum est: Mariam Ludovicam Mannucci in formali examine, cui nuperrime subjecta fuit juxta Decretum ab hac Sacra Congregatione prædicta die editum, tota facti seriem in memorato Folio expositam, quam distincte recensuit, interposita jurisjurandi religione confirmasse, subindeque interrogatam, qua de causa beneficium restitutionis in integrum adversus lapsum quinquennii statim post patris obitum non postulaverit, hoc dedisse responsum „ Io subito, che fu morto mio padre, che fu da tre anni „ e mezzo fa in circa, dissi alla Madre Ministra di questo Monastero, „ che mi avesse procurato ottenere dalla Sagra Congregatione la licenza „ di poter uscire da questo Monastero, e la medesima sempre mi speranzava, con dirmi, che avrebbe procurato di farla venire, e stando io „ con questa speranza, che fosse venuta detta licenza, e non vedendone „ la conclusione incominciai a strepitare, e risolsi di far dare un memoriale a Sua Santità, come in effetto feci &c. di maniera, che dopo seguita la morte di mio padre sempre dal primo giorno della morte del „ medesimo ho riclamato per ottenerne la licenza, e se avessi avuto „ qualche persona da mandare a' piedi di Sua Santità per ottenere la licenza di uscire dal Monastero, e dichiarare nulla la Professione, l'avrei fatto subito, perchè so in mia coscienza di non aver fatta Professione; perchè non avevo tale ajuto, mi raccommandai alla detta Madre Ministra, la quale mi ha trattenuto fino al presente.

Omnibus igitur inspectis, deliberandum est.

An sit locus Restitutioni in integrum in casu &c.

Affirmative.

BITUNTINA MISSARUM. Societas Sanctissimi Sacramenti in Cathedrali Ecclesia jampridem erecta novis statutis anno 1717. conditis, & postmodum in judicio a Rotæ auditorio approbatis, prævio Ordinarii consensu, sancivit, ut suorum Bonorum administratio, quæ ad illud usque tempus a Capitularibus præfatæ Cathedralis gesta fuerat, privative exerceri deberet per Procuratorem ab ipsa societate eligendum, & Missarum eleemosyna esset imposterum solvenda prædictis Capitularibus ad rationem decem granorum pro qualibet Missa; ita quidem ut, detrectantibus illis sub dicto stipendio Missarum onus adimplere, earum celebratio exteris Sacerdotibus libere committi posset.

Sess. 22. Dec. de obj. & evit. in celeb. Miss. Sess. 25. c. 4. de ref.

Sub annum vero 1727. eadem Societas utens facultate ei tributa a san. mem. Paulo III. alia edidit statuta, quibus declaravit, sibi jus esse pro celebrandis dictis Missis utendi Sacerdotibus extra Capitulum, ceterisque omnibus præferendi Sacerdotes Confraternitati adscriptos; sed hisce statutis sese postmodum opponente Episcopo, qui ut detrimento inde Capitularibus illato occurreret, in visitatione anno 1728. peracta decreverat „ Ut Procurator Confraternitatis sub pœna excommunicationis tra„ dere teneretur Canonico Punctatori Capituli notulam fidelem, & in„ tegram onerum Missarum ad effectum, ut a Capitularibus, aliisque „ Presbyteris participantibus celebrarentur „ Discussa fuerunt in Sacra Congregatione sub diem 19. Novembris 1729. tria hæc Dubia, videlicet.

I. An Confraternitas Sanctissimi Sacramenti teneatur tradere in manibus Canonici Punctatoris notulam Missarum, & Annivesariorum.

II. An celebratio dictarum Missarum, & Anniversariorum facienda sit per Capitulares tantum Ecclesiæ Cathedralis Bituntinæ, seu potius etiam ab aliis Sacerdotibus pro arbitrio Confraternitatis eligendis.

III. Quæ eleemosyna sit solvenda pro iisdem Missis in casu &c. *prodiitque Rescriptum*.

Ad primum, affirmative tamquam Delegato ab Episcopo, & Episcopus mandet servari Bullam san. mem. Innocentii XII. de celebr. Miss. Ad secundum, affirmative quoad primam partem. Ad tertium, solvendam esse eleemosynam manualem, inspecto regionis more, dummodo major eleemosyna non sit a Benefactoribus taxata, & ad mentem -- ut in *lib. 79. Decr. pag. 525.*

Adversus hanc Resolutionem circa primum, & secundum Dubium nomine memoratæ Confraternitatis petitum fuit novæ audientiæ beneficium, relataque instantia inter supplices libellos, die 12. Decembris 1733. Sacra Congregatiò rescripsit „ Ad D. Secretarium juxta mentem, *quæ fuit*, ut „ Episcopus referret, an vere omnes Confratres reclamarent, petendo „ novam audientiam adversus resolutionem editam, & an verum esset, „ quod ex eadem resolutione sequeretur detrimentum divini cultus, uti „ expositum fuerat.

Cum itaque Episcopus mandatis ejusdem Sacræ Congregationis obsequens retulerit, hujusmodi litem nomine totius Confraternitatis legitime instaurari nullum vero detrimentum Divini cultus ex dicta resolutione irrogari, necnon subdiderit, Deputatos Confraternitatis ad dirimendam controversiam exortam super celebratione dictarum Missarum duos proponere modos, alterum „ Quod Capitulum totidem Bona Confraternitatis loco affictus retineat, & ex annuis responsionibus sibi satis„ faciat de Missis quotannis celebratis „ alterum; Quod saltem Missę „ pro intranti quantitate celebrari valeat a sacerdotibus, qui Bona Con„ fraternitatis in affictum acciperent cum facultate compensandi respon„ siones cum eleemosynis Missarum ab ipsismet Sacerdotibus affictuariis „ celebrandarum „ sed eorum neutri Capitulum assentiri velle; præterea memorata confraternitas, iterum contendens, non teneri tradere in manibus

nibus Canonici Punctatoris notulam Missarum, & Anniversariorum, ac insuper Presbyteros eidem aggregatos, vel saltem eos, qui bona confraternitatis conducunt, Canonicis præferendos esse in celebratione earumdem Missarum, suas modo instaurat preces, ut ex juribus tum in anteacta tum in hodierna Causæ propositione late adductis definiatur.

An sit standum, vel recedendum a decisis sub die 29. Novembris 1729., vel an, & quomodo sit providendum in casu &c.

Dilata ad sequentem.

Seß. 25. c. 19. de Ref.

TOLETANA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. Nobilis Puella Maria del Prado Arellano, assumpto nomine Mariæ Emanuelæ, post exactum probationis annum die 15. Novembris 1724. solemnia Religiosæ vota nuncupavit in Monasterio S. Dominici Villæ Matritensis; deinde vero sub annum 1731. post obitum Marchionis Aloysii Francisci sui patris secutum die 16. Januarii 1730. petiit sibi tribui facultatem reclamandi a professione tanquàm nulliter emissa ob vim & metum a prædicto suo genitore sibi incussos.

Istius petitionis examine Sacræ huic Congregationi delegato, rogatus fuit clar. mem. Cardinalis de Astorga, ut processum de more conficeret, auditis interesse habentibus, inter quos cum admissi fuerint ad Causam veluti oppositores Mariæ Emanuelæ nedum moniales conventus S. Dominici, verum etiam Marchio Alphonsus dictæ Mariæ Emanuelæ germanus frater, ejusdemque noverca Marchionissa Margarita Baillo uti mater, tutrix, & curatrix Mariæ Annæ a præfato Aloysio Francisco habitæ ex uribus hinc inde collatis completus tandem fuit, atque ad Urbem transmissus processus ad sexcentas, & ultra paginas ascendens, a quo pendet hodiernæ contentionis decisio.

Summa eorum, quæ collecta ex dispositionibus decem, & octo Testium adstipulari potissimum videntur instantiæ Sororis Mariæ Emanuelæ, hæc est; quod ejus Pater vir esset, *di rigido, ed aspro naturale, di aspetto serio, colerico, e niente affettuoso verso li suoi Figli, quali trattava con minaccie serie, e specialmente la detta D. Maria*; & e contra dicta Maria teneræ ætatis puella timidi adeo ingenii, ac naturæ pusillanimis appareret *a segno, che non ha sperimentato altra Donna di genio tanto timido* --, uti deponit primus Testis ejus Confessarius, cum quo concordant alii, & præsertim XVI. quod, delato ad patrem rumore Sponsalium quæ Maria secreto contraxerat cum Gregorio Baillo suo Consanguineo, necnon Apostolicæ Dispensationis in hunc finem jam impetratæ -- *Chiamolla detto suo Padre, ed avendola serrata in una stanza le diede molti colpi, e schiaffi* -- quemadmodum præ ceteris instructi referunt Testes XI, & XII., & lacerato memoratæ Dispensationis Chirographo, acri furore percitus eidem Filiæ suæ dixerit -- Che non volea, si maritasse, e che lo faceva, e
„ prendeva stato contro sua voglia, fosse maledetta da Dio, e giammai
„ lo riconoscesse per Padre -- juxta verba, quæ de auditu ab ipsa Maria Emanuela recitavit memoratus ejus Confessarius, qui præterea subjunxit,
„ che sà, che immediatamente al detto successo &c. il detto Marchese
„ suo Padre la mise in una Carozza. e seco portolla a questa Corte (nempe
„ ad Villam Matriti) dove la pose, e serrò nel detto Collegio delle Zi-
„ telle di Laganes, in cui &c. vidde, e sperimentò la rigida osservanza,
„ che in detto Collegio pratticavasi in non permettere, che la detta D.
„ Maria parlasse con altre Persone, fuorche con quelle, che d'ordine del
„ detto suo Padre andavano a visitarla per persuaderla, ed inclinarla, che
„ prendesse lo stato di Monaca --, quod eadem puella semper abhorruit a

statu

„ statu religioso, quemadmodum hisce verbis prosequitur dictus ejus Confessarius -- Donna Maria sempre continuamente li manifestò, che ella „ non aveva, ne teneva vocazione di esser Monaca, e che il suo genio, e „ volontà era di essere maritata, in cui persistette senza mai variare ne „ esprimere cosa in contrario -- indeque factum sit, ut vix suscepto habitu Monastico -- *Dalla pena di vedersi quell'abito le sopravenne un forte accidente, per cui cadette tramortita nelle braccia della Superiora* --, uti cum memorato Confessario deponunt pene omnes alii Testes, & signanter II. IV., & XI.; subindeque per totum probationis annum eadem Maria pandiderit dicto suo Confessario -- che quantunque ella professasse, era „ per forza, ed unicamente per il timore, e violenza di suo Padre, che „ la violentava -- additis etiam declarationibus post emissam professionem repetitis --, che non si è tenuta mai per Monaca, ne ha eseguiti l'obli- „ ghi, che in detto stato le corrispondevano, fuorche in quelle occasio- „ ni, che non ha potuto scansarsi per timore della Superiora -- sunt verba ejusdem Confessarii, cui consonant Testes III., VIII., XI., & XVIII.

Hæc pertinent ad probationes allatas pro ostendenda asserta nullitate professionis. Ne autem ex dilata judiciali reclamatione ultra quinquennium desumatur argumentum pro tacita ejus ratificatione, exponitur, vivente Patre, causam metus perdurasse, secuto autem ipsius obitu sub enunciatam diem 16. Januarii 1630., statim ac alia cesserunt impedimenta, constitutum fuisse a Maria procuratorem, qui necessariam sibi Restitutionem in integrum a Sm̃o imploraret, uti constat ex mandato procuræ sub diem 2. Decembris ejusdem anni 1730. confecto.

At e converso præfati Mariæ Emanuelæ Oppositores ex depositionibus nonnullorum Testium in eodem processu receptis contendunt satis probari, ejus Patrem fuisse mitissimæ indolis, bonis imbutum moribus, suæque prolis valde studiosum; Mariam vero vivacis adeo naturæ, ut, paternis reprensionibus parvipensis, non dubitaverit aliquando choreas agere cum memorato *Gregorio Baillo*, unde in illo actu a Genitore deprehensa meruerit alapa cædi; sed inde cautior non effecta cum a propriis Ædibus clam egressa fuisset, ut sponsalia cum dicto Gregorio contraheret, Matritum propterea fuerit a Patre traducta, ibique in Collegio puellarum honestæ educationis causa collocata, ubi tandem sponte sua Religiosam vitam selegerit juxta narrationem sæpedicti ejus Confessarii, qui mediatoris vices inter patrem, & filiam pro hujusce propositi executione sustinuit.

Additur præterea, liberam ejus voluntatem suscipiendi habitum Monasticum, & emittendi professionem confirmari ab iterata ejusdem exploratione facta per Vicarium Generalem, coram quo declaravit -- *che di sua volontà vuole professare in questo Monastero, e supplica sua Signoria, che le conceda la licenza &c.*, ex hilaritate, qua ad sacram actionem se disposuit quamque, ea expleta, servavit, ex patefacto desiderio, cui morem gessit ejus pater, ut sibi in Monasterio construeretur Cubiculum Mansionibus matertera suæ contiguum, ex usu interularum, & linteaminium ex lana juxta regulam Conventus præscriptorum, ac demum ex jugi ejus interessentia Choro, non intermissa Horarum Canonicarum recitatione, seduloque plurium munerum exercitio vel in Sacrorum repositorio, vel in Ægrotorum custodia, vel in Januæ, & Allocutorii assistentia, vel tandem in Mensæ præparatione sibi pro tempore commissis.

Laudatus Cardinalis de Astorga in suis litteris, quibus processum ad hanc Sacram Congregationem transmissum sociavit, asserens Testes in eo examinatos fidem promereri, concludit, ex eorum depositionibus comprobata

vide-

videri ea, quæ Sanctissimo D. N. a memorata Maria in supplici libello fuerunt exposita.

Jam vero placeat Eminentiis VV. decernere.

An sit locus Restitutioni in integrum in casu &c.

Affirmativè, & amplius.

Sess.24. c.12. de ref.

CAPUANA SPOLII. Præter annuos Præbendarum redditus quidam in Metropolitana Ecclesia sunt fructus partim in frumento, & partim in pecunia consistentes sub nomine *di cedole a grano, e di cedole a denaro*, qui servata punctaturæ norma quolibet mense partiti, certis anni temporibus ad ratam servitii Canonicis distribuuntur, aliique insuper sunt vulgo nuncupati *Reppliche*, quorum traditio sub eadem punctaturæ lege hactenus fieri consuevit Canonicis, qui nedum Chori, & Ecclesiæ servitio incumbunt, verum etiam Capitulo sub diem festum Sancti Petri interveniunt.

Contendente autem Promotore Fiscali Apostolicæ Nunciaturæ Neapolis, memoratos fructus à Canonicis defunctis non exactos consueto spolio subiici, itaut illi nec Hæredibus eorumdem Canonicorum restitui, nec superstitibus Canonicis choro, & Ecclesiæ inservientibus accrescere possint Sa. Me. Benedictus XIII. ad instantiam Capituli cognitionem controversiæ hinc exortæ Sacro huic Consessui commisit.

Momentum Causæ juxta Dubium infra describendum in eo unice versatur, num scilicet enunciati fructus sint ex illis, qui præbendales nuncupantur, quive ex Massa grossa dicuntur provenire, vel potius habeant naturam distributionum quotidianarum; posito enim, quod inter quotidianas distributiones recenseri debeant, certum in jure videtur, illos ante Canonicorum obitum non exactos converso spolio haudquaquam subjacere, uti resolvit Sacra Congregatio *in Neapolitana Distributionum*, ubi Capitulo Ecclesiæ Metropolitanæ postulante, declarari -- An distributiones quotidia-
,, næ pro personali assistentia præstita in choro Canonicis debitæ, & ante
,, ipsorum obitum non exactæ spolio subjaceant, -- die 9. Februarii 1669. rescriptum fuit -- *Non subjacere spolio*, ut in *lib.26. Decr. p.*153., & subinde *in Termularum* 24. *Januarii* 1671., *in Arianen.* 13. *Februarii* 1672., *in Frigentina* 28. *Augusti* 1683. *lib.*33. *Decr. pag.*265., *& in Camerinen. Spolii*, in qua, cum disceptatum fuerit, num *Resolutio edita in dicta Neapolitana distributionum haberet locum, etiam si redditus omnes in solis distributionibus consisterent* -- die 13. Januarii 1677. responsum fuit -- *Affirmative*, ut in *lib* 29. *Decret. pag.*351.

Capitulum, cui interest, ut omnes prædicti fructus declarentur, habere naturam distributionum quotidianarum, id potissime infert ex ea facti circumstantia non controversa, quod inter singulos Canonicos ad ratam servitii præstiti dividuntur, ita ut a Canonicis absentibus non acquirantur, sed iis, qui in choro intersunt, accrescant; hac enim regula distributiones quotidianas a fructibus præbendalibus discerni asserit, per Textum -- in cap. Licet. de præben., in cap. unic. de Cleric. non resident. in 6.
,, & in Clement. Ut ii, qui de ætat., & qualit., *& tradunt* Cardin. de
,, Luca de Canonic disc.16. num.6., & in annot. ad Concil. disc.15 n.8.,
,, & scite Eminentissimus Petra ad Constit.IX. Bonifacii VIII. n.28. tom.3.
,, pag.548. --; fortius vero altera concurrente circumstantia, quod portio eorumdem fructuum maturata tempore vacationis Canonicatuum non subiicitur asserto spolio, sed Canonicis choro, & Ecclesiæ inservientibus accrescit, & demum adstipulante auctoritate *Marant. lib.*3. *resp.*24. *& Ventrigl. in prax. for. Eccl. annot.*16. *de Bon. Cleric.* §.2. *num.*21., qui loquentes in specie de assertis fructibus sub nomine *di Repplicbe* in præfata

fata Ecclesia distribui consuetis asserunt reos, habere naturam distri-stributionum quotidianarum, proindeque enunciato spolio non comprehendi.

Verum adversus haec Promotor Fiscalis contendit, eosdem fructus non posse inter distributiones quotidianas connumerari; primo, quia non singulis diebus, sed nonnullis dumtaxat anni temporibus distribuuntur; secundo, quia non omnes Canonici choro, & Ecclesiæ inservientes eos lucrantur, sed illi tantum, qui præter servitium Ecclesiæ præstitum die festo Sancti Petri Capitulo intersunt; tertio, quia Capitulum aliam habeat Massam distinctam, & separatam pro distributionibus quotidianis, quemadmodum colligi putat ex fide Ratiocinatorum ejusdem capituli data in istius *Summ. num.* 3., & quarto demum, quia iidem fructus non exacti ad Defunctorum Hæredes non transmittantur, cum de cetero distributiones quotidianæ non exactæ ad eos deferri debeant, uti tradunt *Monet. de distrib. quotid. part.* 3. *qu.* 3. *n.* 4. *Redoan. de Spol. qu.* 2. *nu.* 26., *Gratian. discept. forens. cap.* 381. *n.* 11., *Scarfant. ad Ceccoper. lucubr. Canonic. lib.* 2 *tit.* 10. *n.* 13. *& seqq.*

Archiepiscopus confirmans ea, quæ supra in facto exposita sunt ita subdit -- ,, Ex continua praxi observata in meò capitulo, si quis habet Indultum ,, ratione studiorum, cum in ipso Indulto dicatur -- *amissis distributionibus* ,, *quotidianis* -- amittit totum id, quod pertinet ad Massam communem, ,, nam totum, quantum est; ad distributiones pertinet, retenta tantum ,, sibi Præbenda; sed quoniam in prædictis Indultis sępe additur -- *verum si omnes fructus consistant in solis distributionibus &c.* --, tunc prædi- ,, ctum Indultum adamussim servatur; & si omnes fructus consistant in ,, solis distributionibus, & si præbenda tertiam partem distributionum non ,, attingat, facto uno cumulo distributionum, & præbendæ, amittit tertiam partem prædicti cumuli ad formam Indulti.

Nuncius autem Apostolicus in eo totus est, ut controversos fructus sub spolio comprehendi tueatur; quocirca, ponderatis juribus utrinque circumferendis una cum Relatione ejusdem Nuncii, ab Eminentiis VV. decidendum erit.

An Massa communis distribui solita certis anni temporibus inter Canonicos Cathedralis partim in pecunia, & partim in frumento sub nomine cedularum, & Replicarum habeant naturam, & qualitates distributionum in casu &c.

Affirmativè, & amplius.

MATHERANEN. PARTICIPATIONIS. In Metropolitana Ecclesia, quæ præter plures, quos habet, Clericos, & Sacerdotes servitio suo adscriptos, ex certo Dignitatum, & Canonicorum numero constat; vetus viget consuetudo, non admittendi quemquam ex illis ad Massæ participationem, nisi prius eidem Ecclesiæ spatio quatuordecim annorum gratis inservierint, ac ultimis duobus annis tres, aut quatuor Missas qualibet hebdomada celebraverit, relicto earum stipendio Canonicis, & Sacerdotibus participantibus; adeo ut absentes etiam causa infirmitatis pœnam punctaturæ solvere, immo & servitium per quadrimestre antea præstitum admittere cogantur. *Sess.* 24. *c.* 14. *de Ref.*

Hac freti consuetudine Canonici, aliique Sacerdotes, quos vocant *Participantes* renuunt in ullam emolumentorum partem vocare Canonicum Vincentium Duni, quippe qui licet Ecclesiæ adscriptus usque ab anno 1721. ei tamen nonnisi per septem annos hactenus inservierit; nec putant illi prodesse, quod munitus Ordinarii licentia per quinquennium a Civitate

Matheranensi abfuerit causa studiorum, quibus operam dedit tum Neapoli, tum Romæ, reportatis etiam quibusdam literis assertæ laureæ Doctoralis a Delegato Collegii Prothonotariorum Urbis obtentæ inquiunt enim, tempus in studiis impensum extra locum residentiæ computandum non esse in diminutionem servitii Ecclesiæ præstandi, nisi afferatur privilegium laureæ Doctoralis, servatis servandis obtentum a publica Universitate, cujus tantum Doctoratus, seu Licentiaturas Sacra hæc Congregatio inhærens menti Tridentin rum Patrum sess 23. cap.18. & sess.24. cap.8. 16. & 18., & Constitutioni S. Pii Quinti la 60. in Bullar. Rom. tom.2., necnon Decreto alias edito die 22 Julii 1673 pro muneribus ecclesiasticis attendendos esse declaravit in suis encyclicis literis ad Locorum Ordinarios datis sub diem 28 Sept. 1726

At Canonicus Duni injustam ratus Capituli repulsam duo in suis circumferendis juribus intendit. Alterum, quod memorata consuetudo sit improbanda, veluti adversans veterum Canonum institutis, & præsertim Decreto Sacrosancti Concilii Tridentini cap. 14. sess. 24. de Ref. ubi ita sancitum habetur -- „ In pluribus Ecclesiis tam Cathedralibus, quam Collegiatis, & Parochialibus ex earum Constitutionibus, aut ex prava consuetudine observari intelligitur, ut in electione, præsentatione, nominatione, institutione, confirmatione, collatione, aut alia provisione, sive admissione ad possessionem alicujus Cathedralis Ecclesiæ, vel Beneficii, Canonicatuum, aut Præbendarum, vel partem proventuum, seu ad distributiones quotidianas, certæ conditiones, seu deductiones ex fructibus, solutiones, promissiones, compensationesve illicitæ, aut etiam quæ in aliquibus Ecclesiis dicuntur turnorum lucra, interponantur; hæc cum Sancta Synodus detestetur, mandat Episcopis, ut quæcumque hujusmodi in usus pios non convertuntur, atque ingressus eos, qui simoniacæ labis, aut sordidæ avaritiæ suspicionem habent, fieri non permittant, ipsique diligentes de eorum constitutionibus, sive consuetudinibus super prædictis cognoscant, & illis tantum, quas ut laudabiles probaverint, exceptis, reliquas, ut pravas, ac scandalosas rejiciant, & aboleant „ -- necnon quibusdam Resolutionibus Sacræ hujus Congregationis, & potissimum editæ in una *Avenionen.*, ubi, cum quæsitum fuerit, an sustineri posset consuetudo, juxta quam Canonici noviter recepti non percipiebant fructus primi anni, sed inter Canonicos antiquos dividebantur, sub mensem Octobris anni 1586. responsum fuit, *hanc consuetudinem esse sublatam per Concilium cap.*14. *sess.*24. *de Refor.*, *& per Constitutionem S. Pii V.*, *& ideo esse tollendam - ut in lib.*4. *Decr. pag.*188.

Alterum vero, quod, ubi etiam præfata consuetudo servanda foret sibi tamen in computationem servitii Ecclesiæ gratuito præstandi admittendum esset quinquennium, quo in Civitate Neapolis, ac in Urbe Roma studiis vacavit non solum, quia privilegium sit a Jure pro Beneficiatis inductum, ut dantes operam studio fructus Beneficii, ac si residerent, integre percipiant, juxta *Text. in cap. super specula de Magistris*, verum etiam quia mos hujus Ecclesiæ ita ferat.

Ad tramites itaque duplicis hujus quæstionis a Canonico Duni promotæ bina infrascripta Dubia proponentur, ad quorum primi decisionem præstat in jure adnotare, communi Doctorum sententia valida, & licita reputari, nec sub lege Tridentinæ Synodi *dict. cap.*14. *sess.*24. *de Reformat.*, & allegatæ Constitutionis S. Pii V. comprehendi statuta, vel consuetudines Ecclesiarum quibus cautum est, ut Canonici, aut Sacerdotes noviter recepti per aliquod temporis spatium illarum servitio gratis incumbere teneantur, uti tradunt *Garz. de benef. part.*11. *cap.*5. *num.*138. *Barbos. de Canonic. cap.*23. *num.*7. *& ad Concil. dicto cap.*14. *num.*4. *Gallemart. eod. loc.*

*loc.num.*4. *Pignatell. consult.*30. *num.*10. *tom.*3. & *Monacell. form. foren. Eccl par.*3. *tit.*3. *form.*10. *n* 12.

Plures contigit similem controversiam in hoc supremo Consessu discuti. In *Militen.* Mense Martii 1587. prodiit Rescriptum hisce verbis conceptum — *Sacra Congregatio censuit, Decretum cap.*14. *sess.*24. *de Reform.*, & *Bullam S. Pii V. super eadem re editam non comprehendere consuetudinem Ecclesiarum deserviendi per annum, vel aliquod tempus, & nihil percipiendi interim de massa grossa, nisi peracto integre dicto servitio, ut in lib.*4. *Decr. pag.*229.

In *Marsicana* Mense Aprilis 1591. consimile Decretum editum fuit in hæc verba -- *Sacra Congregatio censuit, consuetudinem Cathedralis, secundum quam Canonici in Ordine Subdiaconatus constituti tertiam, constituti in Ordine Diaconatus dimidiam, & Presbyteri integram portionem percipiunt, validam esse, nec sublatam Decreto Concilii cap.*14. *sess.*24. *proindeque Episcopus eam, si in Ecclesia legitime hactenus observata sit, etiam imposterum observari curet -- ut in lib.*7. *Decr pag.*7

In *Hydruntina Servitii*. Postulante Francisco Maria Manfredo Sacerdote Terræ Scorrani, ut ab hac Sacra Congregatione improbaretur immemorabilis consuetudo, juxta quam Presbyteri addicti Parochiali, & receptitiæ Ecclesiæ in dicta Terra existenti, antequam ad Massæ participationem admitterentur, nedum in Minoribus, & in Subdiaconatus, & Diaconatus Ordinibus gratis inservire, sed etiam per annum in Ordine Presbyteratus Choro interesse, Missasque, sicut cæteri, sed pariter gratis celebrare tenebantur, relicto earum stipendio inter solos participantes dividendo, propositum fuit hoc Dubium -- *An Sacerdotes Ecclesiæ Parochialis Terræ Scorrani post expletum servitium in Minoribus Ordinibus, necnon in Subdiaconatu, & Diaconatu teneantur non tantum Choro per annum gratis inservire, sed etiam Missas celebrare, antequam ad Massæ participationem admittantur* -- & die 28. Novembris 1705. prodiit Resolutio -- *Affirmative -- ut in lib.*55. *Decr. p.*422.

Et demum in *Andrien. Participationis*. Sacerdos Joseph Damiani Præposituram assequutus in Collegiata, & receptitia Ecclesia S Nicolai, cum per alios Presbyteros participantes admitti nollet ad participationem Massæ communis eo sub fundamento, quod, licet per integrum sexennium Choro astitisset, nunquam tamen inservierat Altari secundum ejusdem Ecclesia statuta, quibus cavetur, ut aggremiandi in dicta Collegiata, antequam de Massa communi integre participent, teneantur deservire tam in Choro, quam in Altari, biennio in Subdiaconatu, quo finito participent de media parte, alio biennio in Diaconatu, eoque expleto, participent de duabus ex tribus partibus, ac demum alio biennio in Presbyteratu, quo transacto, admittantur ad integram portionem, obtinuit disputari duo hæc Dubia -- I. An Præpositus prima Dignitas in Collegiata debeat inservire Choro tantum, vel Choro, & etiam Altari simul in Ministerio Subdiaconi, & Diaconi; & *quatenus in Choro tantum*. II. An post expletum sexennale Chori servitium debeat ad participationem Massæ communis admitti, & *Sacra Congregatio die* 25. *Septembris* 1700. *respondit* -- Ad I. Teneri ad servitium Chori per se ipsum, & ad servitium Altaris saltem per substitutum. Ad II. Negative, & provisum in primo, *ut in lib.*50. *Decr.pag.*519.

De consuetudine superius exposita in Ecclesia Matheranensi vigente testatur Archiepiscopus in suis literis Sacræ Congregationi datis, ita postremo subiiciens -- ,, Hæc est longæva, stricta, & inconcussa observantia cum altera adjuncta, & nunquam intermissa, minime esse exemptos, gaudere, ,, neque gavisos fuisse exemptione, & quinquennii remissione Laureatos ,, Collegii Prothonotariorum privilegio, ne parva erogata expensa, &

 ,, sine

,, fine diligenti scientiæ experimento magnum retraherent utile, ac bene-
,, ficium, sicque facilius ansa daretur, & occasio consuetum hujus Eccle-
,, siæ servitium defraudandi.

His itaque ponderatis, onus erit Eminentiarum VV. rescribere.

I. An asserta consuetudo Ecclesiæ Metropolitanæ Matheranensis, quod Clerici adscripti in ea teneantur inservire per annos quatuordecim distributos juxta Ordines, quos assequuntur, antequam admittantur ad participationem, sit servanda; *& quatenus affirmative*.

II. An favore Canonici Vincentii Duni sit computandum quinquennium, quo prætensam operam dedit studiis in Civitate Neapolis, & in Urbe in casu &c.

Dilata.

Sess. 24. c. 4. de ref.

NULLIUS, SEU TERRÆ PONTIANI MISSÆ SOLEMNIS. In Testamento sub annum 1654. condito Rosa Moroni jussit, fundari in Ecclesia S. Michaelis Archangeli Terræ Pontiani Beneficium, seu Cappellaniam, adjecto onere, quod Cappellanus pro tempore, & in futurum existens teneatur celebrare Missas duas qualibet hebdomada, quodque in diebus festivis S Michaelis Archangeli mense Maii, & Aprilis annuis teneatur facere canere Missam, sunt verba ejusdem Testamenti.

Super celebratione istius Missæ præfatis diebus canendæ orta est controversia, de qua modo agitur. Prætendunt siquidem Archipresbyter, & Canonici Collegiatæ, & Parochialis Ecclesiæ S. Nicolai in eadem Terra existentis Jus illam solemniter celebrandi ad se spectare, contra nitente Antonio Sanctolini ejusdem Cappellaniæ Rectore, qui liberam facultatem explendi hoc onus sibi asserit.

Ex triplici capite conantur illi Jus suum adstruere; primo ex verisimili mente Testatricis, quæ, cum oneris implementum indixerit Cappellano iis verbis -- *teneatur facere canere Missam* -- censenda sit, animum habuisse, ut ab ipso minime celebraretur; secundo ex qualitate Ecclesiæ S Michaelis, quippe, quæ nedum sita sit intra limites Collegiatæ, & Parochialis Ecclesiæ S. Nicolai, sed huic quoque uti Patronæ speciali titulo subjecta, unde a Capitulo tum Missæ solemnes, tum cæteræ quoque functiones in illa expleri debeant, secundum ea, quæ distinguendo tradunt *Lap. alleg.65. sub lit.N. vers. Et opiniones Lambertin. de jurep. lib.1. part.1. q.9. num.1. & 2., Gonzal. ad Reg 8. Cancell. gloss.10. num.8. Card. de Luc. in Miscell. disc.1. a num.31. & de Paroch. disc.27. num.9.*; & tertio demum ex pacifica possessione, in qua sustinent, se reperiri controversam Missam celebrandi.

At Rector Cappellaniæ impugnans tanquam in facto non subsistens Juspatronatus a Capitulo prætensum super Ecclesia S. Michaelis cum sumptibus Communitatis, non autem ex ejusdem Capituli Bonis erecta fuerit, asserensque præterea tam longe abesse, ut Archipresbyter, & Canonici sint in pacifica possessione canendi præfatam Missam, ut contrarium aperte desumatur ex libris, in quibus præsertim ab anno 1688. ad hoc usque tempus celebratio dictæ Missæ adnotata reperitur, contendit in Jure, haudquaquam conjici posse ex allatis Testamenti verbis interdictam Cappellano Missæ celebrationem minusque eam Canonicis, vel Archipresbytero commissam, neque demum eisdem suffragari, quod Ecclesia S. Nicolai sit Parochialis, cum celebratio Missarum in cantu ad jus Parochiale non spectet, uti præ cæteris declaratum habetur in Decretis Generalibus Sac. Rituum Congregationis relatis per *Monacell. in formul. for. Eccles. part.2. tit.13. form.1. pag.10. & seq.*

Ad

Ad quæstionis decisionem præter ea, quæ late firmat *Rot. in Civitatis Plebis Jurium Parochialium 6. Junii* 1708., *& in Neapolitana Jurium Parochialium* 13. *Martii* 1711. *coram Ansaldo*, plurimum conferre videntur Resolutiones ab hoc Supremo Tribunali editæ in *Thelesina Anniversarii, & Missæ Solemnis*, ubi propositis binis hisce Dubiis -- I. An celebratio Missæ Solemnis pro Defunctis cum Anniversario in Ecclesia S. Nicolai sita intra limites Parochialis, & Collegiatæ Ecclesiæ S. Martini Civitatis Cerreti spectet ad Archipresbyterum, & Canonicos dictæ Ecclesiæ cum facultate assumendi in dicta Missa, & Anniversario Presbyteros sibi benevisos. II. An celebratio Missæ solemnis cum primis, & secundis Vesperis die festo S. Nicolai spectet ad dictum Archipresbyterum, vel potius ad Cappellanum dictæ Ecclesiæ independenter, & sine licentia Parochi, & cum facultate assumendi Presbyteros, quos voluerit -- die 9. Februarii 1732. rescriptum fuit -- Ad utrumque negative quoad primam partem, & affirmative quoad secundam -- ut in *lib.*82. *Decr. p.*66.

In *Asculana Jurium, & Functionum Parochialium*, cum inter cætera disceptatum fuerit hoc II. Dubium -- An Rectori dicti Beneficii liceat celebrare Festum Sanctissimæ Annunciatæ, eademque die canere Missam solemnem, sedes confessionales erigere, necnon Sacramentum Pœnitentiæ administrare, vel administrari facere, & indulgentias publicare absque licentia, interventu, & consensu dicti Parochi -- die 29. Aug 1733. responsum fuit -- Ad II. Affirmative quoad celebrationem Festi, & Missam solemnem eadem die, in reliquis vero negative -- ut in *lib.*83. *decr. pag.*400.

Et nuperrime in *Ortonen.*, contendente Capitulo Cathedralis, Ecclesiam Sanctæ Margaritæ sibi esse subjectam, adeoque non ad illius Cappellanos, sed ad Canonicos spectare jus Missam solemniter ibidem celebrandi Festo die Sanctæ Margaritæ, & e converso iisdem Cappellanis negantibus Ecclesiam ullo jure subjectam esse Capitulo, atque ullas functiones ecclesiasticas in ea peragi consuevisse a Canonicis, disputato Dubio -- An constet de aliquo jure Capituli Cathedralis pro peragendis functionibus ecclesiasticis occasione tumulationis cadaverum, & die festo Sanctæ Margaritæ in Ecclesia, de qua agitur; vel potius jus faciendi dictas functiones spectet privative ad Rectores, & Cappellanos ejusdem Ecclesiæ in casu &c. -- die 29. Januarii currentis anni prodiit Rescriptum -- Negative ad primam partem, & affirmative quoad secundam, salvis juribus Parochialibus.

His igitur ponderatis una cum Relatione Eminentissimi Cardinalis de Alteriis Commendatarii Monasterii SS. Vincentii, & Anastasii ad Aquas Salvias, quæ juribus præfati Cappellani adstipulatur.

Dignabuntur EE. VV. deliberare.

An celebratio Missæ solemnis in duobus festis S. Michaelis Archangeli in Ecclesia eidem Sancto dicata spectet ad Archipresbyterum, & Canonicos Collegiatæ, & Parochialis Ecclesiæ S. Nicolai Terræ Pontiani, sive potius ad Cappellanum in casu &c.

Negative quoad primam partem, & affirmative quoad secundam.

Die Sabbathi 30. Julii 1735.

Sess. 22. Dec. de observ. & evit. in celeb. Missæ.



ITUNTINA MISSARUM. Dubium, cujus decisio ad preces utriusque partis superiori Congregatione suspensa fuit, parendo jussibus Eminentiarum Vestrarum in hodierna resolvendum proponitur.

An sit standum, vel recedendum a decisis sub diem 29. Novembris 1729. vel an, & quomodo sit providendum in casu &c.

Dilata ad sequentem omnino.

Sess. 22. decr. de observ. & evit. in celeb. Missi.

VERULANA ORATORII. Causa hæc descripta fuit in folio diei 25. Martii vertentis anni, in quo, cum relatum fuisset Sacræ hujus Congregationis Decretum a san. mem. Gregorio XV. approbatum permittens Patribus Carthusianis in Cappellis, seu Oratoriis existentibus in Domibus, ac membris, seu Granciis Monasteriorum sui Ordinis Missas celebrare, „ postea tamen quam Locorum Ordinarii ejusmodi Cappellas semel visi-„ taverint, ac fabrica, atq; ornatu, sacraque supellectili compererint pro di-„ gnitate nitere „ Monachi Carthusiæ de Trisulto, qui contendunt, licitum sibi esse, nulla præcedente Episcopi visitatione, quin & eo penitus irrequisito, Oratorium in Grancia Turricis retinere, ibique Missæ Sacrificium celebrare, seu celebrari facere, adeo ut exteri quoque diebus festis illud audientes satisfaciant Ecclesiæ præcepto, opposuerunt, dictum Decretum censendum esse revocatum posteriori Constitutione ejusdem Pontificis Gregorii XV. generatim communicante Monachis eorum Ordinis omnia privilegia Patribus Societatis Jesu impertita, inter quæ extat illud Gregorii XIII. concedens „ ut in Oratoriis, & Cappellis, quas ip-„ sius Societatis Provinciales per se in domibus, Collegiis, & aliis Locis, „ ubi aliqui Sacerdotes residebunt, approbaverint, & ad Divinum dum-„ taxat cultum deputaverint, Missæ, & alia Divina Officia, alterius „ licentia desuper minime perquisita, celebrari possint.

Verum quia dubitatum ea die fuit, num asserta generalis communicatio privilegiorum Societatis Jesu satis in hunc, de quo agitur, finem suffragetur Patribus Carthusianis, præsertim vero in hypothesi, qua res est de Grancia, ubi unus tantum Religiosus laicus residere solet, idcirco placuit Eminentiis VV. maturiori examini reservare decisionem Dubiorum, quæ modo præfati Patres allatis novis juribus, definiri humillime postulant.

I. An liceat Patribus Carthusianis retinere Oratorium ad celebrandum, seu celebrari faciendum Missæ Sacrificium in Grancia Turricis in casu &c.

II. An exteri audientes Missam in eodem Oratorio celebratam diebus festis satisfaciant præcepto in casu &c.

Ad I. Affirmative prævia tamen visitatione Episcopi ad formam indulti.

Ad II. Affirmative quoad existentes tantum intra Oratorium, & ad mentem.

SUL-

SULMONEN. DISPENSATIONIS. Postulante Jo: Baptista Sanità qui Sacerdotem Petrum Philippum germanum fratrem interfecerat, ut filii sui tam nati, quam nascituri ad Ordines promoveri, & beneficia de Jurepatronatus propriæ familiæ, & alia quæcumque obtinere possent utque filiabus liber esset ingressus in Religionem die 15 Jan. vertentis anni proposita fuerunt hæc duo Dubia — I. *An quibus, & ad quem effectum obstet homicidium de quo agitur in casu &c.* II *An sit consulendum Sanctissimo pro dispensatione in casu &c.* prodiitque Rescriptum — *Recurrant in casibus particularibus*. Sess. 14. c. 6. Sess. 25. c. 9. de ref.

Nunc igitur Alphonsus Nicolaus alter ex filiis memorati Jo. Baptistæ in ætate octo ferme annorum constitutus, exoptans prima tonsura initiari, ac obtinere Beneficium de Jurepatronatus Descendentium ex Familia Sanità olim possessum a præfato Petro Philippo suo patruo, petit ab hac S. Congreg. declarari, num, ut optata assequatur, Apostolica dispensatione indigeat, eamque, si necessaria dijudicetur, humillime implorat.

Ex documentis nuper exhibitis constat, prædictum homicidium contigisse anno 1728. Alphonsum vero editum fuisse in lucem die 2. Julii 1727., adeoque juxta sententiam Ancharani alias citati firmantis sub censura *decretalis Alex. III. cap. in quibusdam de pœnis* non compræhendi filios, aliosque occisoris posteros ante patratum delictum natos, Orator dispensatione non indigeret; quod quidem confirmari videtur etiam ex eo, quia licet filii eorum, qui misere in hæresim prolapsi sunt, ex parentum delicto irregularitatem contrahant, per *Text. in cap. Quicumque §. Hæretici de Hæretic. in 6.*, *& in cap. statutum il 2. eod. tit. in 6.*, attament, si ante patratum delictum nati fuerint, nullo irregularitatis impedimento obnoxii sunt ad tradita per Doctores, quos referunt *Sanch. lib. 2. cap. 27. num. 13. & 14. Laym. de irreg. cap. 4. num. 11. vers. dico secundo*, *Thesaur. de pœn. part. 2. cap. 3. verb. Hæresis num. 2. vers. limita ut possint*, *Schmalzgrueber in Jus Canon. lib. 5. §. 3. n. 115.*

Addi tamen oportet, Alphonsum aspirare non posse ad Beneficium, de quo agitur, in vim nominationis, quam forte exhibere præsumat Jo. Baptista ejus pater quippe quia ex dispositione præmissæ Decretalis prærogativa patroni ab isto admissa fuerit. Perpendendum autem superest, num idem Alphonsus utpote passive vocatus d. Beneficium jure suo assequi possit, tametsi antea possideretur a Petro Philippo, quem ejus pater interfecit; cum de cætero ex lege adjecta in erectione ejusdem Beneficii Alphonsus ita sit ad ejus assecutionem invitatus, ut Franciscus descendens ex altera linea Familiæ Sanità modernus possessor teneatur illud dimittere statim, ac præfatus Alphonsus primam tonsuram susceperit.

Jussus Episcopus hac de re S. Congr. iterum edocere, auditis interesse habentibus, confirmans exposita, sic concludit — „ Citari prius feci per hanc
„ meam Curiam præfatas Sorores de Sanità, & Clericum Franciscum Sa-
„ nità ad præsens Beneficiatum necnon reliquos interesse habentes cita-
„ tione per edictum, contra quos incusatæ fuerunt contumaciæ, ex eo
„ quia nemo comparuit ad producenda sua Jura, si quæ habuissent contra
„ petitionem Oratoris, quod, ut opinor, accidit ex eo, quia tam præ-
„ fatæ sorores, quam Clericus Franciscus Sanità actualis Beneficiatus pro
„ certo, & indubitato supponunt, ac tenent, bonum jus favore Oratori,
„ ejusque patri ex clara lege fundationis, quatenus Eminentiæ Vestræ eo-
„ rum honestati misericorditer intuentes, cui bonorum non magna copia,
„ & filiorum, fratrumque respective in minori ætate numerus, prout alias
„ retuli, & obstat, & officit, Oratoris precibus benigne annuant, quod
„ mihi etiam, inspecta fundationis lege, & vera, & legitima descenden-
„ tia Oratoris, ejusque patris de prima linea a Fundatore in d. Juspatro-
„ natus vocata, pro mei animi tenuitate ab omni dubio abesse videtur.

Deli-

Deliberandum itaque erit.

I. An Alphonsus Nicolaus Sanità indigeat dispensatione pro suscipiendis ordinibus, necnon pro assequendo Beneficio, de quo agitur; *& quatenus affirmative*.

II. An sit consulendum Sanctissimo pro dicta dispensatione in casu &c.

Ad I. Negative. Ad II. Provisum in primo.

Sess. 25. c. 13. de Ref.

ORDINIS MINIMORUM QUARTÆ FUNERALIS. Summus Pontifex Benedictus XIII. in constitutione sub annum 1725. edita sancivit, quartam partem emolumentorum funerariorum deinceps tradendam esse Parochis, quibus suberant Defuncti in Ecclesiis quorumcumque Regularium tumulandi, sublatis eorum Privilegiis per hæc verba: „ Omnia „ & singula memorata privilegia exemptiva a solutione Quartæ Funera- „ lis quibusvis Ordinibus, congregationibus, ac Institutis Regularibus ab „ Apostolica Sede, ut præfertur, quandocumque, & quomodocumque „ concessa præsentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, ac „ de eorum tenore, & substantia satis superque instructi &c. hac nostra „ perpetuo valitura constitutione, præmissa omnia privilegia quoad quar- „ tam funeralem tantum pro locis infra exprimendis moderamur, refor- „ mamus, ad viam juris reducimus, & quatenus opus sit, etiam revocamus „ & abrogamus, neque cuiquam deinceps suffragari posse, vel debere „ decernimus.

Verum, Moderatore Generali Ordinis S. Francisci de Paula postulante a Sanctissimo D. N. per suas apostolicas literas declarari exemptionem huic Religiosæ Familiæ competentem a præstanda Parochis quarta funeraria ex vi memoratæ constitutionis non esse sublatam, eamque ad uberiorem cautelam Apostolica authoritate confirmari, Sacra Congregatio, cujus suffragium Sanctitas Sua exquiri jussit, propositis binis hisce Dubiis:

I. An exemptio PP. Minimorum a præstatione Quartæ Funeralis sit revocata per Constitutionem san. mem. Benedicti XIII. *& quatenus affirmative*.

II. An sit consulendum Sanctissimo pro nova ejusdem exemptionis confirmatione -- Die 14. Martii 1733. edidit hoc Rescriptum --

Ad primum, negative quoad Diœcesim Consentinam. Ad secundum provisum in primo --; Cui modo cum se opponant Parochi consentinæ Diœcesis, resumpto Folio tunc distributo, necnon ponderatis eorum juribus quæ in anteacta causæ propositione deducere neglexerunt, onus erit EE VV. pronunciare.

An sit standum, vel recedendum a decisis sub diem 14. *Martii* 1633. *in casu &c.*

Prævio recessu a Decisis, teneri ad solutionem Quartæ Funeralis.

Sess. 24. c. 3. de ref.

TUDERTINA PROCURATIONIS. Cum Dominicus Antonius Biagini Archipresbyter Oppidi Massæ pro victualibus Episcopo sacram Visitationem eo in loco obeunti præstitis summam scutorum viginti erogasset, idem Episcopus ejus indemnitati consulens præcepit, ut scuta decem a Communitate, & quinque a Locis Piis dudum visitatis Archipræsbytero eam ob causam solverentur. At Præsulis Decreto Communitatis æque ac Locorum piorum Rectoribus acquiescere detrectantibus, capta inde est occasio subjiciendi sapientissimo EE.VV. judicio bina Dubia, quæ inferius describentur.

Præcipuum pro Communitate fundamentum constituitur in ejus qualitate laica-

laicali: Laicos enim, eorumque Communitates exemptas esse ab onere solvendi procurationem Episcopo eas etiam visitanti, tradunt *Gloss in cap. Romana verb. Laicos de censib. ex act. Hosti n. num.14. Geminan. in fin. Vallen. eod. tit.* § 4. *num.2. Piring. n.78 Vviesner. n.94. Schmalzgrueber* §.3. *n.105. vers. excipiuntur*.

Immo Laicorum Communitates, quæ illam præstare consueverint, licet ejusmodi consuetudo veluti pia, & laudabilis servanda foret, adnotata per *Joan. Andr., Imol., & alios in cap.1. de censib. in 6, Tax. Jordan. tom.2. de reb. nes. lib.7. tit.18. n.49. Antonel de jur., & oner. Cleric. lib.2. part.6. cap.17. n.83.* si postmodum renuant captæ solutionis cursum tenere, cogendas imposterum non esse, tuentur *Barbos. de Offic. & potest. Episc. part.3. alleg.73. num. 45., Armendar. lib.6. de Episc. num.115., Leo in Thesaur. for. Eccles. par.6. c.16. n.3., Ventrigl in prax. for. Eccles. par.2. annot.24.* §.2. *num.7., & Pignattell. tom.1. consult.47. per tot.* ubi plura Sac. hujus Congregationis Decreta referuntur.

Jura vero, quæ locis piis suffragari videntur, desumi fortasse possunt a firmatis per *Fagnan. in cap. Venerabilis num 34. de cens.* ubi tradit Xenodochia excipiendis pauperibus, infirmis, aut peregrinis destinata etiam authoritate Episcopi erecta ab onere procurationis immunia esse, tametsi amplissimos habeant redditus, idemque sentiunt *Piring. eod. tit. n.79. Reinfestuel.* §.4. *num.55. Bellec. d. squis. Cleric. part.1. de Cleric. debit. n.10. Barbos. de Offic., & potest. Episc. alleg.73. num.50.*, ac ita resolutum fuisse a Sac. Congregatione testatur *Fagnan loc. cit*

At Archipresbyter putat, neque Communitatem, neque loca pia a controversia solutione eximi posse; tum quia Laicorum Communitates utpote Visitationi Conciliari subjectæ expensas pro illa faciendas subire debent, ad tradita per *Leuren. in jus Canonic de Offic. Jud. Ordin. tom 1. tit.31. quæst.855. sub num.3. vers. Laici quoque*: tum quia Communitas Oppidi Massæ Patronatum obtinens super Cappellam in Parochiali Ecclesia erectam, nec non super duo Hospitalia annuis redditibus sufficienter instructa hoc saltem titulo ad procurationis onus teneretur; tum demum, quia mos antiquissimus inolevit, ut eadem communitas, quoties Episcopus Sacram eo in Oppido visitationem peregit, præfata scuta decem Archipresbytero contribuerit, quæ sane consuetudo eo magis servanda sit, quo certum est, conformem vigere usum in aliis omnibus Locis Tudertinæ Diœcesis, juxta ea, quæ firmant *Leuren. loco sup. cit. vers. Tertio in his suppetandis, Bellet. disquisit. Cleric. par.1. de Cleric. debit.* § 11. *n 13, & Crispin. de Visit. Pastoral. par.1.* §.16. *num 16 & 17.* Sique ob hæc tenetur Communitas, eo minus a demandata præstatione expediri possunt loca pia Confraternitates Episcopi auctoritate erectæ, aliique cappellanias in dicto Oppido, ejusque Territorio utcumque obtinentes, cum inter singula id genus corpora, sive personas hujusmodi victualium sumptus pro rata repartiendas esse, declaravit Sacra Congregatio in *Bojanen. die 14. Dec. 1654. ad quartum, & quintum Dubium relata per Monacell. Formul. legal. par.2. tit.13. form.2. sub num.54.*

Controversiæ decisionis, præter hactenus recensita, lucem afferre possunt alia Sacræ hujus Congregationis Decreta mox referenda.

In Cæsaraugustana, cum Præsides Locorum, & Oppidorum Archiepiscopo ea visitanti victualia, & hospitia præstare consuevissent, eique a Rectoribus, & Vicariis perpetuis Parochialium Ecclesiarum ratione aliorum sumptuum, quos occasione Visitationis fieri contingebat, quædam pecuniarum summa persolveretur, idem Archiepiscopus declarari postulavit: „ An per Concilium Tridentinum *cap.3. Sess 24. de Ref.* posset hæc. ob- „ servantia antiquissima exigi „ Et Sac. Congregatio sub ann.1581. respondit: „ Servandam esse consuetudinem Ecclesiis utilem, si Commu- „ nita-

„ nitates non consueruntur, laudabilius tamen esse, ut nec illæ graventur, & si victualia a Communitatibus exigantur, Clericis parcendum: ut in *lib.3. Decr. pag.25.*, *& seqq.*

In Puteolana Procurationis, contendente Episcopo procurationem exigere posse a Barone Petronio sub fundamento, quod alias ei soluta fuisset occasione visitationis Oratorii, seu Cappellæ in Insula Nisetæ existentis, disceptatum fuit: „ An Episcopo Puteolano debeatur a Barone Nisetæ pro „ qualibet Visitatione Ecclesiæ S. Mariæ Gratiarum ejusdem Insulæ pro„ curatio „; Et die 10 Decembris 1695. prodiit Resolutio -- *Negative* -- ut in *lib 45. Decr. pag.636.*, & in hac causa scripsit *Ursaya tom.2. par.1. d scept.30.*

Verum in *Nucerina* 5. Iulii 1607. Sacra Congregatio ita rescripsit; „ Si po„ pulus Castri Collis consueverit solvere procurationem Episcopo visitan„ ti, hujusmodi consuetudinem esse observandam „ ut in *lib.11. decret. pag.9.*, & Decretum huic consimile edidit in *Senogallien.* 11. April.1609. per hæc verba: „ Si revera Universitas a tempore, cujus initii memoria „ non existit, hujusmodi procurationem Episcopo visitanti solvere con„ suevit, posse, ac debere ab Episcopo compelli ad eam etiam deinceps „ persolvendam; -- ut in *lib.11. decr. pag.9.*

Præmissa spectant potissime ad primum Dubium; Alteri vero apprime conveniunt Resolutiones editæ „ in Signina 2. Augusti 1670. lib.26. Decret. „ pag.392. in Juvenacen., seu Nullius Terlitii Visitationis 23 Januarii „ 1706. lib.56. Decr. pag 25. in Spoletana Procurationis 14. Junii 1710. „ lib.60. Decr. pag.239. in Nepesina Procurationis, & Exactionum 3. De„ cembris 1712. & 27 Maii 1713. lib.62. Decr. pag.444. in Auximana „ Procurationis 15. Martii 1727. lib.77. Decr. pag 149, & nuperrime in „ Civitatis Castellanæ Visitationis -- ubi disputatis hisce Dubiis -- I. An „ omnes beneficiati, confraternitates, loca pia Gallesii teneantur ad pro„ curationem solvendam Episcopo visitanti juxta reparationem ab eo ap„ probatam; *& quatenus affirmative*. II. An obstet contraria consuetudo -- „ die 9. Januarii 1734. responsum fuit -- Ad primum, affirmative. Ad „ secundum Negative, & amplius „: ut in *lib.84. decret. pag.1.*

Relatio circumferenda Episcopi super hac re auditi favet Archipresbyterio; Omnibus itaque inspectis, placeat EE VV. respondere.

I. An Communitas Massæ teneatur subministrare scuta decem Archipresbytero pro tempore Ecclesiæ S Felicis dictæ Terræ Massæ pro expensis victualium factis, & respective faciendis per dictum Archipresbyterum occasione Visitationis Pastoralis Episcopi in casu &c.

II. An iisdem expensis victualium teneantur contribuere Confraternitates Laicorum, & alia loca pia, & obtinentes Cappellanias in d. Terra Massæ, ejusque Territorio in casu &c.

Ad primum, affirmative. Ad secundum, negative in casu, quo agitur.

Sess.24. c.1. de Ref. Mat.

MATHERANEN. MATRIMONII. Octavius Antinori, ut tres filios Josephum nempe, Franciscum, & Annam Chærubinam, quos ex Margarita Scuri susceperat, legitimis restitueret natalibus, utque violentias, quas a Hieronymo Duce Terræ Brundusi germano Fratre metuebat, evaderet, impetrata ab Ordinario per organum Episcopi Vestani tunc temporis Præpositi Civitatis Canusii proclamationum dispensatione, sub vespere diei 5. Julii 1724. in suo palatio occulte, quantum fieri potuit, eamdem Margaritam sibi in uxorem adjunxit coram Archipresbytero Bellezza proprio utriusque Parocho, & coram testibus Dominico

Bello,

Bello, & Leonardo Prete Sacerdotali caractere insignitis, qui super libero Contrahentium statu fuerant procedenter examinati.

Hæc facti series, quæ exponitur a Defensoribus Margaritæ, satis probari contenditur tum ex pluribus Epistolis, in quarum aliquibus Matrimonium contrahendum, in aliis vero jam contractum enunciatur, tum ex consueto Matrimoniorum libro ubi reperitur adnotatum, tum denique ex testimonio, quod peribent præfatus Episcopus Vestanus, atque Dominicus Belli alter ex dictis Testibus judicialiter auditus.

Verumtamen, quia, secuto sub annum 1726. obitu Octavii, memoratus Hieronymus ejus Frater prætendere cœpit anno 1732., nullum inter Octavium, & Margaritam intercessisse Matrimonium, idipsum hodie propugnat Joachim Antinori Hieronymi filius contendens nimirum de illo haud satis constare; primo quia ejus acta nec in Curia Archiepiscopali, nec penes Parochialem Ecclesiam inveniuntur; secundo, quia ante hoc Matrimonium, quod dicitur initum die 5. Julii 1724. aliud in dicto libro adnotatum legatur inter Joannem Rosicchio, & Annam Martorano contractum die 12. Augusti 1725. tertio, quod nomina Margaritæ Scuri, & Testium, qui huic Matrimonio interfuerunt, ita scripta sint extra debitam lineam ut falsitas adnotationis appareat manifesta; quarto, quia Dominicus Belli, & Leonardus Prete testes dicti Matrimonii sint personæ suspectæ, quodque ipsis interfit veritatem occultare; & demum, quia idem Octavius in suo testamento Josephum Dominicum, Franciscum, & Innocentium Hierardum filios nuncupaverit naturales ex dicta Margarita procreatos.

Additur præterea, publica fama notorium esse, quod Octvius ante assertum Matrimonium Annam Margaritæ Sororem carnaliter cognoverit, adeout ob affinitatis impedimentum Matrimonium conroversum etiamsi contractum revera dici posset, irritum tamen, atque invalidum foret, juxta Textum in *cap. Tuæ Fraternitati de eo, qui cognovit*, sanctionem Sacri Concilii Tridentini *sess.24. cap.4. de ref. Matrim.*, atque Decretum hujus Sacræ Congregationis *in Cæsenaten.* 18. *Junii* 1611. *lib.*11. *Decret. pag.*99.

Hac autem super re fas est, in jure adnotare, quod licet sola impedimenti fama, & unius testis asseveratio de certa scientia satis sit impediendum Matrimonium nondum contractum ex Textu in *cap. Super eo de consanguinit. & affinit. in cap. Super eo il 2. de test. & attest.*, *& in cap. Præterea il secondo de Sponsal.*, attamen ad dirimendum Matrimonium jam rite celebratum requiruntur concludentiores probationes, itaut nec fama, nec unius Testis depositio, præsertim si in Causa habeat interesse, vel Matrimonii validitas displiceat, suffragetur; uti per *Text. in can. Si duo* 35. *qu.*6., *& in cap.*1. *de consanguinit.* tradunt *Hostien. in cit. cap. præterea num.*3. *de Sponsal.*, *Ciarlin. controv.*235. *Tocdut. quest. Benef. tom.*2. *part.*3. *cap.*165. *num.*5. *& seq.*, *Sanchez. de Matrim. lib.*2. *disput.*45.*n.*30. *& seqq. de Just. de dispensat. Matrim. lib.*1. *cap.*6. *num.*412.; *& seqq.* & constat ex Resolutionibus æditis ab hac Sacra congregatione *in Baren. Matrimonii* 9. Aprilis 1701. ubi proposito Dubio:,, An Matrimonium ,, sustineatur; vel potius, an obstet impedimentum affinitatis in secundo ,, gradu -- responsum fuit -- Non constare de impedimento affinitatis ,, ut in *lib.*51.*decr.pag.*170. *& in Neapolitana Matrimonii* 25. Januarii 1721. & in binis hisce ultimis Causis scripsit *Ursaya tom.*3. *part.*2. *discept.*9. *& tom.*5. *par.*2. *discept.*22.

Quibus ita delibatis onus erit EE. VV. ex iis, quæ in facto una cum Archiepiscopi Relatione utrinque adducentur, statuere.

An constet de matrimonio inter Octavium Antinori, & Margaritam Scuri, ejusque validitate in casu &c.

Non proposita.

CA-

Seſſ.24. c.12. de ref.

CASTRI MARIS SERVITII CHORI. Supplici libello Sacræ huic Congregationi porrecto, quo Epiſcopus exponens, Capitulum Cathedralis Eccleſiæ octodecim Dignitatibus, & Canonicis, novem Presbyteris, ac tribus Hebdomadariis, quos vocant ſupranumerarios, conſtare, ſed ejuſdem Eccleſiæ ſervitio decem dumtaxat ex illis unaquaque hebdomada etiam Adventus, & Quadrageſimæ, ut ajunt, per turnum, ſeu tertiariam incumbere, itaut divino cultui ſatis conſultum non eſſet, & pontificales functiones ex Miniſtrorum defectu quandoque rite peragi nequirent, poſtulaverat, huic deformitati, aliquod parari remedium, Sacra Congregatio die 6. Februarii 1734. ſequens dedit reſponſum: „ Scribatur „ Epiſcopo, ut ſervari faciat diſpoſitionem Sacri Concilii Tridentini, non „ permittendo vacationes ultra tres menſes, ita tamen etiam, ut Canonici „ iis frui nequeant tempore Adventus, & Quadrageſimæ, aliiſque ex„ cipi ſolitis juxta alia Decreta, & duæ ſaltem ex tribus partibus ſemper „ Choro interſint.

Verum Canonici, ceterique memoratæ Eccleſiæ Capitulares Decreto non acquieſcentes, die 27. Februarii 1734. obtinuerunt reſcribi: „ audiantur, & reproponatur in prima poſt Cineres, ita tamen ut tempore Qua„ drageſimæ omnes inſerviant „; Utentes hodie impetrato novæ audientiæ beneficio nonnulla proferunt documenta, ex quibus ſatis conſtare putant, Vicarium quemdam Apoſtolicum ante annum 1587. inſpecta aeris inſalubritate, ac tenui reddituum aſſignatione, ſtatuiſſe, ut Chori, Eccleſiæque ſervitium a Canonicis, & Presbyteris per turnum, vel tertiariam præſtaretur, idemque poſthac perpetuo fuiſſe ſervatum, quin & acceſſiſſe in ejuſdem conſuetudinis approbationem tum vetera, tum ſequiora a pluribus Epiſcopis in actu Sacræ Viſitationis edita Decreta, & præſertim anno 1698. ab Epiſcopo Annibale de Petro Paulo in hæc verba prolatum: „ Et pro bono regimine Chori noſtræ Cathedralis Eccleſiæ, & pro „ majori gloria, & cultu Dei noſtrum Rev. Capitulum debeat conſervare, „ & continuare ſicuti in antea, in præteritum tres hebdomadas diviſas cum „ novem etiam diviſis Hebdomadariis juxta ſolitum „; adduntque præterea, ſe graviori plane ſervitio non eſſe onerandos, cum toti proventus, qui in ſolis quotidianis driſtributionibus conſiſtunt, unicuique eorum contingentes triginta ducatos annuos non excedant.

Porro ad hanc rem præſtat animadvertere, quod, licet Canonici ceterique Cathedralium, vel Collagiatarum ſervitio addicti ſingulis diebus Choro intereſſe, ibique Horas Canonicas pſallere teneantur, juxta Textus expreſſos *in cap. Licet. de Præben. in cap. Inter quatuor. in cap fin. de Cleric. non reſid.*, *& in cap. unic. eod, tit. in 6. Clement.* 1. *de celebr. Miſſ. & in Sacro Concilio Tridentino Seſſ.*24. *cap.*12. *de ref.*, attamen nec ſublata nec improbata eſt conſuetudo, juxta quam in nonnullis Eccleſiis, attenta præſertim proventuum tenuitate, receptum eſt, ut illarum Canonici, & Capitulares per turnum, ſive, ut ajunt, per hebdomadas Choro, & Eccleſię inſerviant, uti cum aliis tradit *Card. de Luca de Canonic. diſc.*11, *per tot.*

Bina autem præ ceteris conferunt Sacræ hujus Congregationis Decreta. *in Caſſanen.* Epiſcopus, ſublata veteri conſuetudine in Cathedrali Eccleſia vigente, qualibet hebdomada alternatim inſerviendi, præceperat, ut omnes Canonici, aliique Sacerdotes memoratæ Eccleſiæ adſcripti ſingulis diebus Choro intereſſent, Eccleſiæque ſervitio incumberent, ſed cum Capitulum, expoſita gravi illius inopia ob reddituum tenuitatem, poſtulaſſet, præfatam conſuetudinem ad priſtinum ſtatum redintegrari, Sacra Congregatio ſub Menſem Junii 1589. reſpondit: „ modum interveniendi „ per hebdomadam non eſſe ſublatum a Concilio, dum tamen novem „ menſibus integris Eccleſiæ inſerviatur, juxta *cap.*12. *ſeſſ.*24. *de ref.* „ ut in *lib.*6. *decr. pag.*10.

In

In Cathacen. vero Servitii Chori. Capitulo mathedralis Ecclesiæ, quod ex quatuor Dignitatibus, binis Personatibus, & quatuordecim Canonicatibus componitur, apud Sacram Congregationem conquerente, improbatam fuisse ab Episcopo uti Sacro Concilio Tridentino contrariam consuetudinem, qua omnes illius Dignitates, & Canonici diebus quidem Dominicis, & solemnioribus choro, Ecclesiçque inserviebant, sed aliis diebus alternatim, nempe tertia illorum pars diebus Lunæ, & Martii, tertia diebus Mercurii, & Jovis, & alia tandem tertia diebus Veneris, & Sabbathi, atque contendente, præfatam consuetudinem æquitati consonam esse, eo quia singuli Canonici dumtaxat annuos ducatos quinquaginta perciperent, disceptatum fuit Dubium: „ An liceat Capitularibus „ inservire per Tertiarias in casu &c. „ cui Sacra Congregatio die 25. Novembris 1698. respondit -- Negative -- ut in *lib.*48. *decr. pag.* 567.

At, proposita causa die 5. Septembris 1699. ad instantiam ejusdem Capituli sub consueto Dubio: „ An esset standum, vel recedendum a Decisis „ Sacra Congregatio stetit in Decisis, sed attenta tenuitate redituum; „ censuit, ex gratia indulgendum esse, prout benigne indulsit præfatis capitularibus, ut toto anni tempore per mediarias, idest per „ dimidiam eorum partem alternis hebdomadis Missæ Matutito, & omnibus horis interesse valeant, ita tamen ut diebus Dominicis, & festis „ de præcepto, tempore de Adventus & Quadragesimæ, ac Octavarum Nativitatis Domini, Paschatis Resurrectionis D. N. Jesu Christi, „ ac Sanctissimi Corporis Christi ultra medietatem capitularium, qui non „ erunt de servitio, Missæ, & Vesperis inservire teneantur „ ut in *lib.*49 *decr. pag* 311. *&* 312.

Hisce igitur perspectis, dignabuntur EE. VV. respondere.

An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

In decisis, sed ex gratia indulgendum esse, ut inservire possit per Mediarias, ad formam Rescripti in Cathacen. Servitutis Chori 5. Septembris 1699.

ALEXANEN. DISTRIBUTIONUM. Orontio Lillo Cathedralis Ecclesiæ Canonico, qui Vicarii Generalis munus in Cosentina Diœcesi exercens, impetrato ab hac Sacra Congregatione Indulto sub consueta clausula -- *amissis distributionibus quotidiais* -- per annos 1725., & 1727. abfuit a residentia, contendenti, præter alios fructus sui Canonicatus, tradendam sibi esse quamdam olei portionem ex Massa distributionum quotidianarum provenientem, se primum opposuit Promotor Fiscalis sub obtentu, quod dicti olei pretium in beneficium Ecclesiæ erogari debeat, juxta sanctionem sacrosanctæ Tridentinæ Synodi *cap.*3. *sess.*22. *de ref.*, obtinuitque idem oleum sequestro mancipari; deinde vero contradictores sese præbuerunt ceteri Canonici, qui authumantes, controversam olei portionem ab Orontio amissam inservientibus accrevisse, secundum alteram legem ejusdem Concilii *cap.*3. *sess.*21. *de ref.*, eam sibi adjudicari postularunt. *Sess.*21. *c.* 3. *&* *Sess.* 22. *cap.*3. *de ref.*

At quia memoratus Orontius recursum subinde habuit ad Supremum hoc Tribunal efflagitans, ut sequestrum ad instantiam Promotoris Fiscalis impositum removeretur, auditus super hac re fuit Episcopus, qui in literis Sacræ Congregationi datis sub annum 1733. rescripsit, distributiones quotidianas ob Canonicalium Præbendarum tenuitatem ab Episcopo Venusino in Visitatorem Apostolicum Diœcesis Alexanensis deputato constitutas fuisse ex massa communi in quibusdam olivarum, canonum, necnon censuum redditibus consistente, singulos Canonicos suam distinctam præbenda

dam obtinere, cæteris vero pinguiorem a prædicto Oróntio possideri, quibus præhabitis, declarat, se in eam propendere sententiam, quod afferta olei portio, ceteræque distributiones quotidianæ a Canonicis absentibus amissæ deservientibus minime accrescant, sed Fabricæ Ecclesiæ debeant applicari.

Receptis hisce Episcopi literis, usque ab initio anni 1734. demandatum fuerat, ut Causa describeretur in Folio, sed hodie tantum ejus decisio postulatur a Patribus nihil tamen vel in facto, vel in jure afferentibus, quippe quæ in eo conveniunt, ut absque judiciali contentione sapientissimo Eminentiarum oraculo res tota definiatur.

Hoc igitur in themathe notandum est, distributiones quotidianas, quæ ex communibus Massæ capitularis redditibus, aut ex tertia parte cujuslibet præbendæ ita constitutæ sunt, nt Canonicis in Choro, Ecclesiæque inservientibus tradantur, quæve ordinariæ nuncupari solent, regulariter accrescere iis, qui Divinis intersunt, si ab aliis, qui a servitio Chori absunt, amittantur, uti ex Tridentino *cap.3. sess.21. de Reform.* tradunt *Gloss. in Clement. 2. verb. Pars dimidia de ætat., & qualitat, Barbos. de Canonic., & Dignitat. cap.22. num.14., Garz. de Benefic. part.3. cap.2. num.445. & seqq. Reiffenstuel. in jus Can. lib.3. tit.4. §6. num.182., & seqq. Smalgrueber eodem loco §.4: num.82. & seqq., Monacell. in formular. for. Eccl. tom.1. tit.2. form.6. num.10. & seqq.*, & resolvit Sac. Congregatio *in Papien lib.2. De r. pag. 32. in Crotonen. lib.3 Decr. pag.19. in Psauren. lib.5. Decr. pag.25., & in Meliten. lib 4. Decr. pag.263. ad I. Dub.*; secus vero beneficio Ecclesiæ cedere, eique ab Episcopo applicandas esse distributioues illas extraordinarias, quæ non ex redditibus communibus, sed ex propriis Dignitatum; & Personatuum, vel Officiorum, atque a Mensa Capitulari distinctis proventibus detractæ fuerunt ad præscriptum ejusdem Sacri Concilii *cap.3. sess.22. de Reform.*, quemadmodúm distinguendo docent Doctores mox allegati, & consonant Decreta Sacræ Congregationis *in Cephaluden. Distributionum 6. Maii 1694. lib.4. Decr. pag. 110., & in Caurien. Distributionum 4. Junii 1701. lib.51. Decret. pag. 304.*

Quocirca inspectis iis, quæ ex relatione Episcopi superius in facto exposita sunt, deliberandum erit.

An portio olei, de qua agitur, accreverit Canonicis inservientibus, vel potius ejus pretium sit erogandum in beneficium Ecclesiæ arbitrio Episcopi in casu &c.

Affirmative quo ad primam partem, & Negative quo ad secundam, & amplius.

Sess.22. c.6. & Sess. 26. cap.4. de ref.

EUGUBINA. Fráncifcus Ubaldus Trombetti sub annum 1682. Ecclesiæ, & Patribus Oratorii Sancti Philippi Nerii reservato sibi ususfructu donec viveret, prædium quoddam donavit ea lege, ut ipsi post obitum Jacobi Philippi de Bracchis Musici, nulloque existente illius Fratre, aut Nepote, qui cantum calleret, alium eligerent Musicum ad eorum nutum amovibilem, qui annuos fructus d. Prædii a se administrati Oratorio interesse, ibique canere teneatur.

In executione hujusce dispositionis, defuncto præfato Jacobo priori Musico, nullo post se relicto Fratre, & Nepote canendi artis perito, præfati PP. in Musicum eorum nutu amovibilem elegerunt Petrum de Peruginis, qui ad aucupandam sibi facilius hanc electionem, in adjutorem assumpserat Joannem Baptistam Fratrem suum itidem Musicum; at secuto obitu dicti Joannis Baptistæ, comperientes; idem Patres, enunciatum prædium olim annui

annui redditus scutorum 20. ita fuisse a memorato Petro neglectum, ut inpræsentiarum vix decem annua scuta ex eo percipi possint, contendunt, sibi licitum esse eundem Petrum tam ab officio canendi in Oratorio, quam ab asserti prædii administratione penitus removere, sibique, prævia commutatione legis adjecta in præmisso donationis Instrumento credendam esse memorati prædii curationem, ut imposterum ejus fructus erogare possint in stipendium alterius Musici, convento loco dictorum fructuum cum ipso certa mercede; sique fructus istam fortasse superent, petunt decerni, quod eos sibi liceat in beneficium Ecclesiæ convertere, ut ex Dubiis infrascriptis, quæ supremo Eminentiarum VV. judicio definienda proponuntur.

I. An sit locus remotioni Petri Perugini ab officio canendi, necnon ab administratione prædii in casu &c. *& quatenus affirmative*.

II. An sit consulendum Sanctissimo pro commutatione voluntatis in casu &c. *& quatenus Affirmative ad I., & Negative ad II.*

III. An imposterum administratio ejusdem prædii debeat esse penes Ecclesiam, & Patres Oratorii in casu &c.

IV. An iidem Patres possint erogare fructus prædii in stipendium alterius Musici, conventa certa mercede loco dictorum fructuum, & si fructus ultra conventam mercedem supersint, possint eos convertere in beneficium Ecclesiæ, Musico consentiente in casu &c.

Ad primum, secundum, & tertium Affirmative. Ad quartum omnes Redditus expendendos esse pro Musica Ecclesiæ, & Oratorii.

Die Sabbathi 20. Augusti 1735.



BITUNTINA MISSARUM. Cum semel, atque iterum diebus 9. & 30. Julii proxime præteriti ad alternas partium petitiones suspensa fuerit discussio hujus Causæ in hodierno tamen Consessu, in quo demandatum fuit ab Eminentiis VV, ut ea omnino proponeretur, decidendum erit. *Sess. 22. Decr. de observ. & evit. in celeb. Miss. & sess. 25. cap. 4. de ref.*

An sit standum, vel recedendum a decisis sub diem 29. Novembris 1729., vel an, & quomodo sit providendum in casu &c.

Ad primum in decisis. Ad secundum in decisis quo ad Anniversaria: Quo vero ad Missas lectas, præferendos esse capitulares, dummodo celebrent per se ipsos.

MATHERANEN. PARTICIPATIONIS. Ponderatis iis, quæ in Folio Congregationis habitæ die 9. Julii currentis anni exposita sunt, inspectaque Resolutione adita *in Hydruntina servitii die 29. Novembris* 1705. in calce præsentis Folii per extensum descripta, rogantur Eminentiæ VV. pronunciare. *Sess. 24. c. 14 de ref.*

I. An asserta consuetudo Ecclesiæ Metropolitanæ Matheranensis, quod Clerici adscripti in ea teneantur inservire per annos quatuordecim distributos juxta Ordines, quos assequuntur, antequam admittantur ad participationem, sit servanda: *& quatenus affirmative*.

An

II. An favore Canonici Vincentii Duni sit computandum quinquennium, quo prætensam operam dedit studiis in Civitate Neapolis, & in Urbe in casu &c.

Dilata.

Sess.22. c.6. de ref.

PANORMITAMA SUBSIDIORUM DOTALIUM. In Congregatione habita sub diem 15. Januarii vertentis anni Causa hæc discuti non potuit, ejus autem nova propositio cum fuerit ad hoc usque tempus protracta, ut jura, quæ filiabus Bernardi Gherardi pro assequenda petita subsidiorum dotalium assignatione patrocinantur, afferri possent, ex iis modo late deductis. resumpto Folio tunc distributo, dignabuntur Eminentiæ VV. sapientissime de more deliberare.

An, & quomodo sit consulendum Sanctissimo pro assignatione subsidiorum dotalium, de quibus agitur, in casu &c.

Affirmative per Decennium.

Sess.25. c.19. de Reg.

TARANTASIEN. RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. Causa hæc descripta fuit in Folio diei 29 Januarii currentis anni, ut discuteretur, an Marianna Vulliel restituenda esset in integrum ad proponendam nullitatem professionis, quam asserit in Monasterio Sanctæ Claræ per vim, & metum a Jacobo patre incussum emisisse, sed cum præfatus Jacobus occasione processus ab Episcopo de more compilati plures induxerit Testes, qui sub jurisjurandi religione affirmant, Oratricem absque ulla violentia, quin potius contra voluntatem patris exoptantis, ne Monasticum habitum susciperet, Religiosum Institutum amplexam fuisse, adeout ipse Genitor non semel prolatis conquestionibus, se a filia sua Religionem ingressa derelictum doluerit, S. Congregatio differendam esse censuit Causæ decisionem, donec excitatus idem Jacobus intra terminum sibi ab Archiepiscopo præfigendum jura sua deducere posset.

Rescribente jam vero Archiepiscopo, monitum Jacobum respondisse quod expectabat. donec lis super nullitate professionis ad forum Archiepiscopalis Curiæ transferatur, Marianna suas instaurat preces, ut Eminentiis VV. placeat definire.

An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.

Affirmative.

Sess.21. c.3. Sess.24. c.12. de ref.

CASSANEN. Folio distributo pro Congregatione diei 18. Junii proxime transacti, in qua decisio hujus causæ juxta petitionem Promotoris Fiscalis ad hodiernum Consessum dilata fuit, circa onus ab Episcopo injunctum Presbyteris adscriptis Parochiali, & receptitiæ Ecclesiæ sub titulo Sanctæ Mariæ Majoris in Civitate Maratheæ erectæ celebrandi singulis diebus festis de præcepto Missam Conventualem præter Horarum Canonicarum recitationem addi posse videtur, quod omnes illæ Ecclesiæ, quæ Collegialitatis jure non potiuntur, sint exemptæ ab onere Missæ Conventualis, secundum ea, quæ notant *Hostien in cap. Cum creatura. num.2. de celebr. Miss.* ibique *Fagnan. num.2., & seq., Pasqualig. de Sacrific. nov. leg. quæst.882. num.1., & 4., & quæst.805. per tot.*, & constat ex binis Sacræ hujus Congregationis Resolutionibus editis in una *Montis Falisci Missæ Conventualis 12. Februarii 1712. lib.68. decr. p.58.* & nuperrime *in Montis*

tis

tis Marani Missæ Conventualis, ubi ad Dubium ita conceptum -- An Cle-
„ rus Ecclesiæ Parochialis Oppidi Castri Francorum teneatur ad celebra-
„ tionem Missæ pro Benefactoribus qualibet die per turnum in casu &c. --
die 21. Maii hujus anni prodiit Rescriptum -- *negative, & amplius*. Hinc enim ponderandum est, num istæ saltem in parte moderatione indigeant Ordinationes ab Episcopo editæ, quibus se se opponentes d Presbyteri supremum Eminentiarum VV. judicium præstolantur.

An Ordinationes promulgatæ ab Episcopo super servitio Chori & Ecclesiæ una cum punctatoris contra Sacerdotes participantes Cleri S. M. Maratheæ sustineantur in casu &c.

Affirmative, & amplius.

FERENTINA MATRIMONII. Contendebat Joannes Antonius Cardonus Matrimonium inter se, & Claricem Pisonam initum die 15. Julii 1709. ex triplici capite invalidum esse, nimirum; quia contractum per vim, & metum sibi a patre, & fratribus Claricis incussos, quia celebratum a procuratore post revocatum Procuræ mandatum, & tandem quia, licet in eodem Mandato dictum fuisset, ut contrahi deberet *juxta Ritum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ*, initum fuerit absque consuetis denunciationibus à Sacro Concilio Tridentino præscriptis; excipiente autem Clarice, assertas violentias exc'udi per ea, quæ retulit Episcopus in litteris ad Sac. Congregationem datis sub diem 3. Augusti 1720., dictumque procuræ mandatum non probari revocatum ex informi nonnullorum testimonio, & signanter cujusdam Sacerdotis Armidori, qui tamquam falsarius damnatus fuit ad Triremes, imo vero authumante ex relatione Vicarii Apostolici Ferentini constare, quod Joannes Antonius eam postea in suam legitimam uxorem agnovit, nullamque demum ex omissis denunciationibus promanare inobservantiam Mandati, juxta tradita per *Sanchez de Matrim. lib.2. disput.11. qu.1. num.18. & lib.3. disput.38. num.3.*, proposito in S. Congreg. Dubio -- *An Matrimonium sit nullum in casu &c.* -- die 12. Julii 1721. responsum fuit -- *Non constare de nullitate Matrimonii*, ut in *lib.71. decr. pag.245.* Sess.24. c.7. de ref. Matr.

Cum autem subinde Joannes Antonius petierit iterum audiri pollicitus novis argumentis evincere controversum procuræ mandatum, & sibi violenter extortum, & Matrimonio nondum inito, revocatum, ejus precibus annuens Sac. Congregatio sub diem 2. Augusti ejusdem anni 1721. rescripsit --
„ Audiatur, & coadjuventur probationes juxta instructionem, subministratis interim alimentis, & sumptibus litis Clarici arbitrio Eminentissimis Præfecti.

In hujus itaque Decreti sequelam, examinatis jamdudum quatuor Testibus, eorum depositiones modo exhibentur ab ipsa mlarice, quæ declarari humillime postulat.

An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

In decisis, & amplius.

ORITANA, SEU TARENTINA ATTENTATORUM. Sacerdos Joannes Donatus de Hyppolito cum Presbyteros quosdam veluti plurium delictorum reos, & alterum ex illis de inhonestá consuetudine cum Cajetana Leo apud Episcopalem Curiam criminatus fuisset, die 28. Augusti 1733. ab eadem Curia citatus fuit ad personaliter comparendum intra biduum sub pœna ducatorum biscentum, & in subsidium excommu- Sess.24. c.10. de ref.

 nica-

nicationis, ac informandum super infamia memoratæ Cajetanæ Leo irrogata, necnon super prætensa seductione Testium, quos ad probanda delata crimina induxerat; deindeque sub obtentu, quod intra terminum sibi præfixum non comparuerit, nulla præmissa citatione ejus contumaciam incusante, ejusdem Episcopalis Curiæ Decreto mobilia, pecuniæ, & alia quæcumque in Domo dicti Sacerdotis adinventa sequestro mancipata sunt.

Appellationem ab hisce Actis interjecit Joannes Donatus ad Metropolitanam Curiam Tarentinam, quæ pro utroque effectu tam suspensivo, quam devolutivo illam admisit, inhibuitque Curiæ Episcopali, ne ulterius in causa procederet, datis etiam literis compulsorialibus pro transmissione Actorum, rejectaque appellatione, quam eadem Episcopalis Curia ad Apostolicam Sedem postmodum interposuerat.

At quia Metropolitanæ Decretis parere detrectans Curia Oritana institit coram hac S. Congregatione, ut causam istam ad se spectare declararet, ac interea temporis, nempe sub diem 14. Januarii superioris anni præcepit, frumentum, mobilia, & cetera Bona sequestro jampridem mandata, necnon alia subinde inventa e domo dicti Joannis Donati extrahi, ac venum exponi, conquestus propterea idem Joannes Donatus, hæc omnia veluti commissa in spretum litis pendentiæ Attentatorum labe infecta esse, proindeque rigorose purganda, obtinuit nonnulla Decreta petitioni suæ conformia,

Post hæc Episcopus Oritanus ex informata, ut ajunt, conscientia per annum a Divinis suspendit memoratum Joannem Donatum, qui modo propugnans, Decreta reportata pro attentatorum purgatione confirmanda esse, injustam vero declarandam suspensionem mox enunciatam, & e contra nullo attentatorum vitio laborare sententiam Vicarii Generalis Curiæ Metropolitanæ, qua die 25. Junii proxime præteriti revocatum fuit præcedens Curiæ Episcopalis Decretum, supplicat responderi.

I. An constet de attentatis itaut sint rigorose purganda in casu &c.

II. An suspensio a Divinis lata, contra Sacerdotem Joannem Donatum de Hyppolito per Episcopum Oritanum ex informata conscientia sustineatur in casu &c.

III. An sententia per Vicarium Generalem Tarentinum Judicem Metropolitanum favore d Sacerdotis Joannis Donati de Hyppolito lata in gradu appellationis a Decreto executionis pœnarum contumacialium facto per Curiam Oritanam fuerit attentata in casu &c.

Ad primum affirmative. Ad secundum dilata, & scribatur Episcopo, ut exprimat Causas intra mensem omnino. Ad tertium negative.

Sess. 25 c. 4. de ref.

CREMOMEN. SUPPLEMENTI DOTIS. Postulante Abbate Paulo de Cantiis possessore Beneficii a Cristoforo Bentio anno 1702. in Oratorio Oppidi Cassani sub invocatione SS. Caroli Borromei, & Aquilini Martyris fundati reduci debere ejus onera ad annua scuta 144., uti asseritur, ascendentia, vel saltem illius dotem ex hæreditariis bonis præfati Cristophori non solum in scutis 50., quæ pro eorumdem onerum adimplemento desunt, verum etiam in aliis scutis 400. pro sua congrua sustentatione supplendam esse, habito quoque respectu temporis præteriti, ducto scilicet initio ab anno 1710., quo Beneficium ipse fuit assecutus; die 13. Augusti 1729. disceptatum est in hac. S. Congreg. — *An esset locus reductioni onerum, seu potius supplemento dotis, & in qua summa* — Rescriptum vero fuit — *Non esse locum reductioni, & quoad supplementum dilata, & scribatur Episcopo juxta instructionem.*

Man-

Mandato S.ac Congregationis obsecutus Episcopus delegit Peritum, ex cujus relatione habetur, valorem prædiorum, quæ jussu Fundatoris tradita fuerunt anno 1713., attigisse summam librarum 18083., eaque tunc in annuo fructu reddidisse libras 658., nunc vero pretium esse in libris 21763. annuos autem proventus in libris 666.; & quia præfato anno 1713., solutæ insuper fuerunt memorato Abbati Cantio libræ 3363., ut eas in eadem prædia instruenda, & excolenda erogaret, idcirco subjungit peritus, summam hanc addi opporteret æstimationi factæ relate ad annum 1713. itemque habendam esse rationem annui redditus, qui manare posset ab ea summa, quam non omnino impensam fuisse apparet proindeque concludit. proventus ascendere nunc posse ad summam librarum 677.

Hisce in facto præhabitis, proposita denuo fuit causa die 28. Martii 1733. sub hoc tamen Dubio -- *An, & in qua summa dos sit supplenda q o tempore, & a quibus in casu &c.*, sed illius Resolutione dilata, injunctum fuit Episcopo, ut, non retardata Missarum celebratione, & salvis juribus Abbatis, ad alterius periti electionem deveniret juxta instructionem, quæ in eo versabatur, ut peritus referret super valore Bonorum, eorumque fructibus tam anni 1702, & 1713, quam temporis præsentis necnon causam, ob quam valor, annuusque redditus eorumdem Bonorum fuerint imminuti, exprimeret: verum huic Rescripto non acquiescens præfatus Abbas, impetrato novæ Audientiæ Beneficio, allatisque nonnullis documentis, quibus submoveri contendit exceptiones contra dicti periti relationem promotas, ab Eminentiis VV. efflagitat, ut declarare dignentur.

An, & in qua summa dos sit supplenda, a quo tempore, & a quibus in casu &c.

In Decretis sub die 28. Martii 1733.

REGIEN. ERECTIONIS CANONICATUS. In testamentariis tabulis sub annum 1711. conditis Dominicus Barca relicto uxori suæ, quamdiu viveret, omnium Bonorum usufructu, hæredes ex asse scripsit Moniales S. Theresiæ Oppidi Novellariæ, postmodum vero ita cavit -- Item „ finito l'usufrutto sudetto vuole, e commanda che dalli suoi Eredi sia „ eretto, e fondato un Canonicato nella Chiesa Collegiata di S. Stefano „ Novellara sotto l'invocazione del S.mo Crocifisso, con supplicare l'autoritá di Monsignor Vescovo di Reggio dell'erezione, e fondazione di „ quello con aggregarlo agl'altri di prima erezione ne' modi, e forme pra„ ticate in altri simili casi.

Sess. 21. c. 3., & Sess. 22. c. 3. de ref.

In executionem hujus dispositionis præfatę Moniales, defuncta Testatoris uxore, Canonicatum ut supra ordinatum erigi cupientes postularunt a Capitulo dictæ Collegiatæ Ecclesiæ, ut ejus erectionem admittere, ceterisque primæ erectionis aggregare dignaretur, atque in primum Canonicum reciperet Sacerdotem Ioannem Baptistam Bonezzi à Testatore nominatum.

Verum quia relatis Monialium precibus, decretum fuit a præfato Capitulo, -- „ ut salvo assensu Principissæ de Massa, & Novellariæ uti Patronæ dictæ „ Collegiatæ, admittatur novus Canonicus in Divinis tantum, dummo„ modo tamen non possit ascendere nec per se, nec per Successores super „ alios Canonicos, & dummodo non habeat pariter vocem nec activam, „ nec passivam in Capitulo, & assignet fundum Sacristiæ pro manutentio„ ne supellectilis sacræ, & alium fundum pro distributionibus, quibus sub„ jacere teneatur ad formam Concilii --; idcirco memoratus Joannes Batista Bonezzi contendens, sui Canonicatus erectionem admitti debere cum iisdem honoribus, & prærogativis, quibus potiuntur ceteri Canonici,

quemadmodum jussit Testator, & in erectione aliorum Canonicatuum observatum est ad normam Decreti, quo Sacra Rituum Congregatio in *Regien.* 8. *Junii* 1652. præcepit, *Canonicos novos dictæ Collegiatæ tractandos esse, uti antiquos*, proindeque authumans, reiiciendas esse dictas omnes conditiones in illius receptione adjectas curavit, Dubium infrascriptum in hoc Supremo Consessu discutiendum proponi.

Causa hæc affinis est alteri *Nullius*, *seu Terræ Pontiani Præcedentiæ, & distributionum* descriptæ in Folio diei 5. Martii, & resolutæ die 26. ejusdem mensis vertentis anni; quocirca, inspectis iis, quæ in memorato Folio adnota fuerunt, necnon juribus una cum Episcopi Relatione circumferendis, dignabuntur EE. VV pronunciare.

An, & quomodo in Ecclesia Collegiata S. Stephani Novellariæ sit erigendus Canonicatus ordinatus a Dominico Barca in casu &c.

Dilata.

Resolutio in Hydruntina Servitii.

Sess. 24. c. 14. de ref.

HYDRUNTINA SERVITII. In Parochiali, & receptitia Ecclesia Terræ Scorrani immemorabilis viget consuetudo, quod omnes Presbyteri, qui illius servitio adscribuntur, antequam ad Massæ participationem admittantur, nedum in Minoribus. & in Subdiaconatus, ac Diaconatus Ordinibus gratis inservire, sed & per annum in Ordine Presbyteratus Choro interesse, Missasque sicut ceteri, sed pariter gratis celebrare teneantur; emolumenta vero, atque eleemosynas, quæ inde proveniunt, & ex quibus dumtaxat eadem Massa conflatur, inter solos Participantes dividantur.

Eidemque consuetudini insuper accedere dicitur, quod non interessentes Choro, & respective Missas non celebrantes punctaturis subjiciantur, & Missarum non celebratarum eleemosynas de proprio refundere cogantur.

Cumque Franciscus Maria Manfredus Sacerdos ejusdem Terræ id Sacris Canonibus, & Concilio adversari, imo ab hac Sacra Congregatione sæpius improbatum fuisse, exposuerit, petens, ut abusus hujusmodi, & si quæ illi conformis adesset dictæ Ecclesiæ Constitutio, prohiberetur, expetita de more fuit informatio Archiepiscopi, qui præfatam in Minoribus, ac Subdiaconatu; & Diaconatu, necnon per annum quoq; in Presbyteratu gratis inserviendi, Missasque celebrandi morem per speciem cujusdam, ut nuncupant, Novitiatus in Ecclesia prædicta ab immemorabili tempore servari testatur, adeout Presbyteri omnes in modum Societatis per eamdem consuetudinem constitutæ præmissa semper adimpleverint, & adimplere debeant antequam de Massa participare valeant. EE. igitur VV. decidendum modo relinquitur.

An Sacerdotes Ecclesiæ Parochialis Terræ Scorrani post expletum servitium in Minoribus Ordinibus, necnon in Subdiaconatu, & Diaconatu, teneantur non tantum Choro per annum gratis inservire, sed etiam Missas celebrare, antequam ad Massæ participationem admittantur.

Die 28. Novembris 1705. Sacra &c. respondit -- *Affirmative* -- ut in *lib* 55. *Decr. pag.* 422. *tergo*.

Die

Die Sabb. 10. Sept. 1735.



ELEVITANA INDULTI. Cosmana Navarra anno 1675 Beneficium sub nomine Abbatiæ, & titulo SS. Pauli, & Antonii Abbatis, jure ad illud præsentandi reservato sibi, Friderico Falson Sororis filio, ejusque descendentibus primogenitis, juxta ordinem præscriptum in Primogenitura ab Ugolino Navarra instituta fundavit, primum pro linea masculina, deinde vero fæminina dicti Friderici, eaque extincta pro masculis descendentibus ex Faustina sorore ejusdem Friderici, *e mancando tutti questi, e non sperandosi* (sunt verba Instrumenti fundationis) pro persona sibi sanguine conjuncta, adjecta lege hisce verbis concepta -- E perchè si puol dar il caso in avvenire, „ che vacherà il detto juspatronato Abbazia nuncupato in tempo, che „ attualmente non vi sia un maschio descendente per linea del detto Si- „ gnore Federico suo Nipote, o in mancanza della linea mascolina un „ maschio di linea feminina del detto Signor Federico, ma che si puole „ sperare, pertanto essa Signora Fondatrice vuole, che hoc interim cioè „ dal giorno, che succederà la detta vacanza quocumque modo, e per „ insino a tanto, che nascerá un maschio descendente da linea mascolina „ di detto Signor Federico, o in mancanza di d linea mascolina da li- „ nea feminina, ita che; sempre, quando vi é, o si spera un maschio „ descendente da linea mascolina, sia, e si intenda preferito, ed esclusi „ si intendano li maschj descendenti da linea feminina: quale maschio do- „ verà presentarsi al detto juspatronato Abbazia nuncupato dalli Patroni, „ come sopra, che il detto juspatronato nuncupato si possa dare ad un „ Sacerdote ben visto alli Patroni ad nominationem, & præsentationem „ delli detti Patroni pro tempore in commendam, itaut statim che sarà „ nato un maschio, come sopra, si dovrà presentare lui, e lui mediante „ instituzione, avrà il detto juspatronato Abbazia nuncupato, & hoc „ interim s'intenda detto Juspatronato Abbazia nuncupato stare appresso „ il Sacerdote nominando come sopra raccomaadata, & in commendam, „ atque gubernium tamquam Beneficium manuale, & ad nutum Patro- „ norum amovibile, senza, che mai il nominato, come sopra, potrà pre- „ tendere jusacquisito irrevocabiliter, ma revocabile, & ad nutum amo- „ vibile come sopra per l'interim, e fino a tanto, che vi sarà un maschio „ descendente dal detto Signor Federico come sopra capace, dovrà avere „ il d. Sacerdote detratte le spese, ed oblighi imposti sopra detto juspa- „ tronato Abbazia nuncupato la metà dell'entrate di d. juspatronato Ab- „ bazia nuncupato, e l'altra metà di dette entrate si debba spendere, ed „ applicare in miglioramenti, e bonifico delli Terreni di d. juspatronato „ Abbazia nuncupato, & in ejus augumentum con participazione delli „ Patroni pro tempore, e ció vuole essa Fondatrice, che inviolabilmente „ sia per legge in limine fundationis osservata, & non alias; e quello, che „ si disse delli maschi del Sig. Federico, s'intenda anco per li maschi della „ Sign. Faustina. Sess. 25. c. 5. de Ref.

Episcopus autem, quia eadem Cosmana Fundatrix insuper statuerat, -- che „ al d. juspatronato Abbazia nuncupato possano essere nominate, e pre- „ sentate le sudette Persone, come sopra, nominate in qualsivoglia età „ etiam infantile, e senza veruna dispensa di età -- in approbatione memora-

moratæ fundationis decrevit, quod -- *Præsentandus pro tempore in Rectorem nonnisi post expletum septennium, & Clericali Tonsura insignitus instituatur*.

Ad normam hujusce dispositionis devoluto Jurepatronatus ad Carolum memorati Friderici primogenitum in dementiam subinde prolapsum. Eleonora Testaferrata ejus uxor, & curatrix præsentavit Ignatium Muscat ex Scholastica unica filia dicti Caroli procreatum, cui tanquam primogenito lineæ fœmininæ dicti Friderici, contradicente Petro Paulo Dorel ex Theresia filia ejusdem Friderici Nepote, Beneficium fuit a Sacræ Rotæ Auditorio adjudicatum, indeque ab ipso possessum, donec ob ejus transitum ad nuptias iterum vacavit, quocirca, eadem Eleonora præmittens -- „ che nella linea dell' Illustrissimo Signor Carlo Falson Navarra figlio della buona memoria del Signor D. Federico unico, e vero patrone di detto benefizio di Iuspatronato laicale Abbazia nominato vi sia la speranza di procrearsi un maschio capace dell' investitura, e possesso di detta Abbazia dall' Illustrissimo Signore Ignazio Muscat Navarra nipote ex unica filia di detto Signor Carlo, benchè attualmente non vi sia tale figlio maschio, ma si spera „ -- die 26 Julii 1733. in ejus Commendatarium ad sui nutum amovibilem deputavit Dominicum Sceberas Episcopum Epiphaniæ, adjecto juxta mentem Fundatricis onere erogandi medietatem fructuum in augmentum Bonorum ad idem Beneficium spectantium.

Post hæc Marchio Ignatius de Constantio fœdere Matrimonii copulatus Hieronymæ filiæ dictæ Scholasticæ, & sorori respective præfati Ignatii Muscat cum masculum ex ea genuerit, supplicem Sanctissimo Domino Nostro porrexit libellum, quo exponens hunc filium suum passive vocatum esse ad memoratum Beneficium, humiliter postulavit, ut ei concederetur indultum retinendi Beneficium prædictum, illoque fruendi in infantili ætate *titulo sæculari*, videlicet in administrationem usque ad septennium, & deinde postquam Clericus fuerit, in titulum non obstante erectione prædicta; Sanctitas vero Sua ejusmodi preces ad hanc Sacram Congregationem remisit, a qua, audito prius Episcopo, die 12. labentis anni editum fuit Rescriptum -- *Pro gratia fruendi, titulo tamen sæculari, donec pervenerit ad ætatem septem annorum, & susceperit primam tonsuram* -- At, expeditioni hujus indulti se opponente in Dataria Apostolica prædicto Ignatio Muscat, qui contendit non esse amovendum a Beneficio Commendatarium, donec sibi spes manet procreandi masculum Eminentissimus Pro-Datarius opportunum censuit, eamdem S. Congreg. super controversia inde exorta consulere.

Momentum Causæ in eo versari videtur, num filius Marchionis de Constantio, pro quo impetratum est assertum Rescriptum, sit nunc passive vocatus ad controversum Beneficium, illudque ante septennium, & susceptum clericalem statum possit ex voluntate Fundatricis possidere *titulo sæculari*; vel potius, donec speratur masculus ex linea Ignatii Muscat, debeat ejus administrationem gerere Commendatarius, qui supportatis Beneficii oneribus, medietatem fructuum percipiat, & alteram in augmentum dotis ejusdem Beneficii teneatur erogare: si enim ex ipso primo nativitatis suæ momento vocatus sit, & Beneficium titulo sæculari retinere queat, indultum nulli detrimentum afferre prætenditur, sed uti menti Fundatricis conforme ab Apostolica Dataria relaxandum esse.

Verum si dictus filius de Constantio, quousque probabilis viget spes masculi ex Ignatio nasciturі, passive vocatus non reputetur, vel propter infantilem suam ætatem bimatum non excedentem incapax sit fruendi Beneficio etiam titulo sæculari, adeout nonnisi jure institutionis dumtaxat post septennium, & post assumptum statum clericalem obtinendæ illud assequi possit, tunc locus esse non videretur expeditioni controversæ gratiæ, quippe,

pe, quæ detrimentum irrogaret non solum patrono, qui jure præsentandi Beneficiatum, ac deputandi Commendatarium privaretur, sed ipsi quoque Beneficio, in cujus augmentum non crederet dicta medietas annuorum fructuum juxta legem fundationis a Commendatario dimitt nda.

Quinimo, seclusa ejus vocatione passiva, qualiscumque Indulti, seu Apostolicæ gratiæ concessioni resistere videretur expressa voluntas Fundatricis, quæ nedum cavit, quemquam assequi hoc Beneficium non posse, nisi ad sui, suorumque in Jurepatronatus successorum præsentationem, verum etiam vetuit, ne legi per ipsam adjectæ „ ullo umquam tempore, „ quovis quæsito prætextu, & colore, & ex quacumque quantumvis ur- „ genti, urgentissima, necessaria, ac de necessita e exprimenda causa „ per quoscumque Romanos Pontifices pro tempore existentes derogari, „ aut derogatum censeri possit, neque debeat -- *ac insuper statuit, quod* -- „ quæcumque collationes, provisiones, & omnimodæ aliæ dispositiones de „ beneficio hujusmodi pro tempore vacan. quibusvis personis alias, quam „ ad præsentationem d D.Fundatricis, ejusque in ejus patron tus hujusmodi „ successorum factæ &c. nullius roboris, & momenti sint, ac pro nullis, & „ infectis haberi, & censeri debeant &c.„ -- uti latius legere est in dicto fundationis Instrumento.

Porro ea, quæ spectant ad decidendum de passiva vocatione pueri de Constantino, etiam durante spe masculi nascituri ex Ignatio Muscat, colligere oportet ex verbis memorati Instrumenti, in quibus præcipue dispiciendum est, an pia Fundatrix voluerit beneficium stare in suspenso, & penes Cappellanum amovibilem eo tantum in casu, quoad excludendos masculos de tempore vacationis existentes in linea fœminina Friderici spes superesset, alicujus masculi in ejusdem linea masculina nascituri, vel potius etiam in illo, quo, extincta jam linea masculina dicti Friderici, unus quidem masculus ex eadem linea fœminina descendens jam existit, sed alter quoque in ea linea ex filio majori, seu primogenito speratur, qui alioquin, si actu existeret, ex mente Fundatricis præferri deberet, & ad hanc rem pertinere possunt, ea, quæ tradit *Card. de Luc. de fideicom. disc.8. num.5. & de Jurepatr. disc.45. num.6., & sequent., & discurs.82. num.5.*

Quo vero ad capacitatem infantis fruendi Beneficio *titulo seculari*, receptum in Jure est, Beneficium ecclesiasticum ex ordinatione Fundatoris dari posse puero ante primam Tonsuram titulo seculari, donec fiat Clericus, juxta sententiam communiter probatam Canonistis, Tribunali Rotæ, & huic S. Congregationi, quæ articulum nuperrime discussit *in Angelopolitana 5. Aprilis* 1732. *& in Com n. Beneficii 27. Februarii* 1734. Id autem videtur dumtaxat quæstionem admittere, num necesse sit, ut fundator expresse dicat, quod tale Beneficium possit dari puero ante primam Tonsuram titulo seculari, quemadmodum sentiunt *Carz. de benef. par.1. cap.2. post num.30. & Corrad. in prax dispensat. lib.4. cap.1. num.2. in fine*, qui secus inquiunt dispositionem non valere, si Fundator simpliciter dixerit, Beneficium dari posse puero ante primam Tonsuram.

In hypothesi Fundatrix declaravit -- „ che al detto Juspatronato &c. possano „ essere nominate, e presentate le suddette persone &c. in qualunque età „ etiam infantile, e senza veruna dispensa di età &c. - *& prius dixerat* -- „ itaut statim, che sarà nato un maschio come sopra, si dovrà presen- „ tare lui, e lui mediante instituzione averà il detto Juspatronato „. Hæc autem verba sicuti ostendunt enixam Fundatricis voluntatem, quod infans ex lineis vocatis statim natus præsentari debeat, ita ponderanda sunt, num adversentur assequutioni Beneficii *titulo seculari*, dum præscribunt, ut illud obtineat, mediante institutione, vel potius ignoscendum sit mulieri subtilitatum juris ignaræ, quæ propriam, strictamque verbi *In-*

bi *Institutionis* indolem non perceperit; itidemque expendere oportet, cujus efficaciæ sit, & in quem finem apposita fuerit ab Episcopo in fundationis approbatione clausula illa -- *Præsentandus pro tempore in Rectorem non nisi post expletum septennium, & Clericali Tonsura insignitus instituatur*.

Jura in utramque partem circumferuntur. Onus igitur erit Eminentiar. VV. deliberare.

An supplicatio indulti de quo agitur, sit relaxanda in casu &c.

Affirmative.

Sess. 24. c. 1. de ref. Matr. ANCONITANA MATRIMONII. Prætendente Comitissa Francisca de Troilis, Matrimonium die 28 Jan 1732. inter se, & Marchionem Jo: Franciscum Nembrini initum invalidum esse, a quatuor Emis DD. Cardinalibus huic S. Congr. adscriptis, quibus una cum Secretario ejusdem S. Congreg SSmus D. N decisionem controversiæ inde exortæ delegaverat, semel, atque iterum diebus nempe 29. Maii, & 3. Oct. 1733. rescriptum fuit -- *Non constare de nullitate Matrimonii* -- subindeque authumante eadem Francisca, liberum sibi adhuc esse Religionem ingredi, ut in ea solemnem emitteret professionem quatuor Emi Cardinales ex hac Congregatione simul cum Secretario itidem a SSmo D. N. deputati die 22. Novembris superioris anni ad gemina Dubia hisce verbis concepta -- I, An constet de non consummatione Matrimonii; *& quatenus affirmative.* II. An, & quomodo sit locus ingressui in Religionem ad effectum professionis regularis -- responderunt -- *Negative, & amplius*,

Verum quia post hanc Resolutionem a Sanctitate Sua approbatam, præfata Francisca renuit viro suo cohabitare, Marchio Nembrini peroptans eam amice revocare ad maritale consortium, sibique blandiens, quamcumque repugnantiam ab ipsa deponendam fore, si penes honestam, prudentemque Matronam, vel a se, vel suo saltem consensu designandam extra septa Monasterii collocetur, antequam imploret seviora Canonum remedia, de quibus *in cap. Literas 13. de restit. spol. cap. ex publico 7. de convers. conjugat. cap. non est 11. de Spons. & Matr., & cap. pervenit 1. de conjugio lepros.*

Ab Eminentiis VV. exquirit.

Quomodo sit providendum in casu &c.

Ad Mentem cum Sanctissimo juxta petita.

Sess. 25. c. 11. de ref. THEATINA ALIENATIONIS. Ad novam tutinam, instante Joseph Andrea Sisto Archipresbytero Terræ Fossacecæ, revocatur hæc Causa, cujus facti serie summatim exposita in Folio diei 5. Martii labentis anni, discussisque duobus hisce Dubiis -- I. An concessiones, de quibus agitur, sustineantur in casu &c. II. An sit locus alienationi situs, de quo agitur in casu &c. -- rescriptum fuit -- Ad I. Negative. Ad II. Affirmative ad effectum vendendi pro pretio centum ducatorum Regni, qui investiantur in stabilibus favore Seminarii, & amplius.

Resumpto igitur memorato Folio una cum juribus tam in anteacta Causæ propositione allatis, quam in hodierna circumferendis.

Placeat EE. VV. rescribere.

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

In decisis, reservato Jure Archipresbytero super prælatione, & amplius.

ORDI-

ORDINIS MINIMORUM QUARTÆ FUNERALIS. Religio Sancti Francisci de Paula, quæ jura sua in postrema Causæ discussione habita sub diem 30. Julii proxime præteriti non deduxit, in hodierna Congregatione EE. VV. deliberandum proponit. Sess. 25. c. 14. de Ref.

An sit standum in primo, vel secundo loco decisis in casu &c.

In secundo loco decisis, & amplius.

NUCERINA, SEU FULGINATEN. NULLITATIS PROFESSIONIS. Facti series primum exposita in Folio diei 3 Julii 1729., ne Eminentiæ VV. illud resumendi incommodo gravarentur, summatim repetita fuit in altero distributo pro Congregatione diei 8. Maii superioris anni, ibique indicata sunt documenta, quibus recens instructus P. Nicolaus Lispi postulabat, ut, prævio recessu a decisis sub dictam diem 2. Julii 1729., professio, quam asserebat per metum sibi a Patre incussum emisisse, irrita declararetur. Verum, quia petitioni Oratoris duo potissimum opponebantur; alterum, quod, cum ejus Pater ante diem professionis obiisset, ac ipse certior jam factus esset de illius morte a P. Joanne Maria Rossi, cessata proinde metus causa, libere solemnem votorum formulam conceperit: alterum, quod sufficienter non constaret de ipsius protestatione firmum animum suscipiendi Ordines sacros ad titulum patrimonii Bonorum sibi a Matre, aliisque Consanguineis relictorum præseferente, quam ante receptum Subdiaconatum in Cancellariæ Curiæ Episcopalis Nucerinæ dimisisse affirmabat, S. Congreg., dilata resolutione Dubii tunc propositi, mandavit, examinari formiter d. P. Jo: Mariam Rossi, necnon super veritate assertæ protestationis diligenter inquiri. Sess. 25. c. 19. de Reg.

Jussibus itaque S. Congreg. obsequentes Episcopi Spoletanus, & Nucerinus, quibus opportunæ datæ sunt literæ, significavit ille in Archivio suæ Curiæ repertum fuisse autographum controversæ protestationis integre, fideliterque respondens ipsius exemplari in novissima Causæ propositione exhibito; ille vero transmisit juratam depositionem P. Jo: Mariæ Rossi in formali examine receptam, qua patet, dictum Religiosum confirmasse testimonium, quod antea perhibuerat de notitia obitus Patris a se Oratori delata, priusquam ab eo solemniá religionis vota nuncuparentur.

Jam vero idem Orator propositi tenax, P. Joannem Maria in sua depositione mendacem ostendere satagat, metusque causam sibi licet mortis paternæ conscio haudquaquam cessasse, contendat, quippe quia superstites adhuc essent Fratres, a quibus una simul cum Patre fuerat ille sibi jam pridem incussus, onus erit Eminentiarum VV., perpensis tum veteribus, tum novis juribus circumferendis, statuere.

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

Prævio recessu a decisis, constare de nullitate professionis.

JANUEN. Cum nomine popoli Villæ Fassinelli sub annum 1733. porrectus fuisset Archiepiscopo Januensi supplex libellus, quo recensitis pluribus defectibus Jacobi Antonii Mutii Parochi ejusdem loci, postulabatur, ut malis inde promanantibus opportunum remedium adhiberetur, Archiepiscopus ei præcepit ne ab Urbe Januæ, ubi tunc moram trahebat, sub pœna suspensionis a Divinis discederet, mandavitque Præposito Terræ Crucis, ut processum super defectibus illis impictis conficeret. Sess. 26. c. 1. Sess. 24. c. 6. Sess. 25. c. 3. de ref.

Jussa fecit Præpositus, constructumque processum transmisit ad Curiam Archiepiscopalem, in qua memoratus Parochus post varias protestationes in-

terea emissas examini subjectus fuit coram Vicario Generali, cui subinde exponens, Joannem Baptistam Fontana, Lazarum, & Angelum Mariam Poirè, quos vocant *Caporali della Villa di Frassinello*, nedum sibi præstitisse impedimentum liberæ decimarum, & primitiarum exactioni, verum etiam istas exegisse, necnon pluribus violentiis tam in Ecclesia, quam in Domo Parochiali perpetratis, ecclesiasticæ jurisdictionis exercitium impedivisse, institit, ut iidem debitis pœnis plecterentur; at Vicarius Generalis, intimato prius assertis Caporalibus præcepto, ut liberam statim dimitterent tam Ecclesiam, quam Domum Parochialem, utque primitias ad Parochum spectantes exigere non auderent, eos postea a quibusvis censuris inde forsan contractis *ad cauthelam tantum* absolvit, declaravitque, *contra eosdem tamquam sponte comparentes non esse ad ulteriora procedendum*.

Post hæc idem Vicarius Generalis sub obtentu nimiæ adversationis a toto populo Frassinelli adversus dictum Parochum conceptæ, sibique pluries expositæ die 19. Januarii 1734. non obstante appellatione ab eodem Parocho ad Sanctam Sedem interjecta, & uti asseritur, in suspensivo ab Archiepiscopali Curia admissa, primum decrevit, Parochiali Ecclesiæ deputandum esse œconomum, deinde vero subiiciente eodem populo, plures errores, & defectus a præmisso Parocho admissos fuisse in libris Baptismorum, Nuptiarum, & Defunctorum, constructo super his novo processu, sententiam protulit, qua „ prohibuit Rectori accessum ad Parochialem, & „ in ejus œconomum confirmavit Rev. Chielli; in reliquis mandavit, non „ esse ad ulteriora procedendum contra Rectorem occasione contentorum „ in processu, salvo jure providendi super assertis defectibus libri Paro- „ chialis, neglectaque appellatione rursus a Parocho interposita, portionem fructuum dictæ Ecclesiæ præfato œconomo assignavit, ea sub lege, quod iste fructus superextantes apud se retineret.

His in facto summatim relatis, ex quibus orta est occasio disceptandi sex dubia inferius describenda, omissis vero iis, quæ ad illorum decisionem eruenda potissime sunt ex controversis ejusdem facti circumstantiis utrinque latius enucleandis, circa IV. Dubium, in quo examinandum proponitur, num œconomi deputatio una cum præcepto dicto Parocho injuncto non accedendi ad propriam Parochiam sustineatur, fas est in jure adnotare; quod Sacrosancta Tridentina Synodus potestatem fecit Episcopis deputandi coadjutores, seu œconomos pro tempore Parochis illiteratis, & imperitis, partemque fructuum dictis coadjutoribus, seu Vicariis pro sufficienti eorum victu assignandi, uti legitur in sess. 21. cap. 6. de Ref. -- ibi -- Quia illiterati, & imperiti Parochialium Ecclesiarum Rectores sacris minus apti sunt officiis &c., Episcopi etiam tamquam Apostolicæ Sedis delegati eisdem illiteratis, & imperitis, si alias honestæ vitæ sint, coadjutores, aut Vicarios pro tempore deputare, partemque fructuum eisdem pro sufficienti victu assignare, vel aliter providere possint -- difformi tamen indicta lege contra Parochos, qui propter eorum vitæ turpitudinem potius destruunt, quam ædificant, de istis enim sic prosequitur -- Eos vero, qui „ turpiter, & scandalose vivunt; postquam præmoniti fuerint coerceant, „ ac castigent, &, si adhuc incorrigibiles in sua nequitia perseverent, eos „ beneficiis, juxta Sacrorum Canonum constitutiones, exemptione, & „ appellatione quacumque remota, privandi facultatem habeant.

At si, qui populo invisi sunt, licet provide cautum esse comperiatur, nonnisi viro Parochianis accepto curam animarum esse delegandam, ne ex illius odio gravia forte generentur incommoda, uti colligitur *ex Can. Nullus invitis dist. 61.. & Can. Si forte dist. 63.*, adeout ad assecutionem Beneficii curati sufficiens impedimentum præstet odium, & malevolentia populi etiamsi irrationabilis, secundum ea, quæ cum aliis notat *Lambertin.*

bertin. de Jurepatr. p.2. lib.2. quæst.9. art.11.; attamen in eo conveniunt magis communiter Doctores, neminem post adeptam Beneficii possessionem ex sola Parochianorum adversatione removeri posse, nisi ea justæ, & legitimæ causæ, hoc est pravis illius moribus fuerit innita, ad tradita per eumdem *Lambert. de Jurepatr. part.2. lib.2. quæst.9. art.1. num.9. & cum aliis adductis Rot. cor. clar. mem. Card. Falconer. eod. tit. decis.42 num.4. & 5. tom.2.*, sed ad summum, si scandala, & rixæ in populo inde evenerint, & graviora ita imposterum timeantur, ut Parochus nequeat amplius animarum saluti eo in loco proficere, debet, priori dimisso Beneficio, de alio provideri, uti ex *Can. valet dist.81.* tradunt *Innoc. in cap. veniens de renunc. & in cap.1. num.8. de elect.* cum aliis apud *Bellett. disquisit. Cleric. part.1. §.15. n.19.*

Placeat Eminentiis VV. respondere.

I. An constet de assertis excessibus admissis a Caporalibus Villæ Frassinelli, suisque adhærentibus, tam in usurpatione primitiarum, quam in impedimento præstito earum exactioni, ac ecclesiasticæ jurisdictioni; necnon de prætensis violentiis patratis in Ecclesia, atque ædibus canonicalibus; *& quatenus affirmative*.

II. An iidem Caporales, aliique ipsis adhærentes incurrerint in censuras Summo Pontifici reservatas; *Et quatenus affirmative*.

III. An sustineatur Decretum absolutorium a dictis censuris latum ab Ordinario in casu &c.

VI. An sustineatur deputatio œconomi, necnon præceptum ab Ordinario injunctum Parocho de non accedendo ad propriam Parochiam.

V. An constet de attentatis in casu &c.; *& quatenus affirmative*.

VI. An, & quomodo sint purganda.

Dilata, & interim nomine S. Congreg. deputat. œconomus a Parocho nominandus, & ab Archiepiscopo approbandus assignata eidem congrua lib.18. in singulos menses. Reliqui vero redditus Parochiæ, necnon Decimæ, quæ manent titulo depositi penes Præpositum Terræ Crucis, libere, & integre consignentur Parocho.

TYBURTINA CELEBRATIONIS MISSARUM. Societas S. Joannis Evangelistæ in Civitate Tyburis jampridem erecta cum Bona Hospitalis sub eadem invocatione pro excipiendis infirmis instituti administraret, nonnulla Missarum onera, ad quæ idem Hospitale tenetur usque ad annum 1728. curavit adimpleri in Ecclesiis S Blasii Fratrum Ordinis Prædicatorum, S. Mariæ Majoris Fratrum Minorum S Francisci, & S. Annæ Monialium S. Mariæ Angelorum itidem Ordinis S. Francisci, commissa celebratione Religiosis earumdem Ecclesiarum; queadmodum nonnullos per annos postea servatum est a Fratribus S. Joannis de Deo, quibus ab Episcopo, sic approbante san. mem. Benedicto XIII., cura, & administratio dicti Hospitalis concredita fuit. *Sess. 25. c.4. de ref.*

At, iis modo contendentibus, sibi jus esse dictas Missas per se ipsos, vel per Sacerdotes benevisos celebrandi, earumque onera ex prædictis Ecclesiis ad illam ejusdem Hospitalis transferri, sese opponunt tam Fratres Minores Observantes S. Francisci, quam Dominicani, qui præmittentes in facto, demandatum fuisse a Testatore, ut Missæ celebrari debeant in dictis eorum Ecclesiis, easdemque ab ipsis hactenus celebrari consuevisse, inferunt in jure, se removeri non posse a commodo, quod sibi, suisque Ecclesiis ex ea Missarum celebratione obvenit, resistente quadam æquitatis, & congruentiæ ratione, cui innixa Sacra hæc Congregatio pluries decrevit, in Missarum celebratione præferendos esse Rectores, cæterosque Sacerdotes,

in quorum Ecclesiis ea peragi debet, & signanter *in Romana Eleemosynæ Missarum* 5. *Septembris* 1716. ubi ad Dubium -- *An Archiconfraternitas possit celebrationem Missæ, de qua agitur, committere Sacerdotibus Secularibus, seu illam potius teneatur celebrari facere per Patres S. Francisci* -- responsum fuit -- *Negative quoad primam partem, & affirmative quoad secundam* -- ut in *lib.66. decr. pag.390. in Bituntina Missarum 19. Novembr. 1729. lib.79. decr. pag.525. & in Romana Oneris Missarum 13. Januar. 1732. lib.82. decr. pag.2.*

Præterea inde concludit, enunciata Missarum onera a suis Ecclesiis ad Ecclesiam Hospitalis transferenda non esse, attento potissimum, quod S. Congregatio, quæ non solet facilis esse ad mutandas supremas Testatorum dispositiones, nisi id postulet justa, & necessaria causa, similes Missarum translationes sæpius denegavit, & præsertim in *Æsina Legatorum 21. Augusti 1706. lib.56. decr. pag.278. in Ariminen. Commutationis Missæ 14. Mart. & 13. Jun. 1711. lib.61. decr. pag. 113. & 363. in Mediolanen. seu Ferentina Cappellaniæ 23. Februar. 1715. lib.65. decr. pag.80. in Casalen. Commutationis Voluntatis 24. Septembr. 1718. lib.68. decret. pag 399. in Neapolitana Cappellaniarum 16. Jun. & 17. Novembr. 1731. lib.81. decret. p.309. & 551. in Romana Translationis Oneris Missarum 28. Jul. ejusdem anni pag.381. in Ariminen. Translationis Cappellaniæ 20. Decembr. 1732. lib.81 decr. pag.600. & denique in Neapolitana Commutationis Voluntatis 7. Februar. 1733.*

Fratres autem S. Joannis de Deo adversus hæc potissimum excipiunt, præfatos Testatores nullum ad dictos Religiosos habuisse respectum circa Missas celebrandas, nec legatum collatum esse in eorum Ecclesias, seu Administratoribus Hospitalis fuisse impositum onus, & curam, ut celebratio ibidem fieret, adeout ipsi tamquam Administratores ejusdem Hospitalis plena potiantur potestate dictas Missas per se ipsos celebrandi, vel eligendi, quos maluerint ad earum celebrationem in illis Ecclesiis adimplendam, secundum ea, quæ tradit *Card de Luc. de Legat. disc.25. Rot. dec.294. par.9. recent*, & consonant Resolutiones hujus Sacræ Congregationis in *Romana 15. Januar. 1639.* ubi prodiit Rescriptum -- *Regulares teneri patientiam præstare, ut in eorum Ecclesiis Sacerdotes seculares Missas relictas celebrent, eisdem tamen regularibus fieri debere contributionem pro cera, vino, hostiis, & usu paramentorum* -- *ut in lib.16. decr. pag.13. in Maceraten. 15 Mart. 1692.* rescriptum fuit -- *Deputationem Cappellani spectare ad hæredem, subministrata congrua Patribus pro supellectilibus Sacristiæ* -- *ut in lib.24. decr. pag.158.*, & novissime in *Melevitana Celebrationis Missarum 8. Maii 1734.*, ubi ad Dubium ita conceptum -- *An celebratio Missæ perpetuæ demandata a bon. mem. Clara Vassallo uxore Baltassaris de Bono die Sabbathi cujuslibet hebdomadæ in Ven. Ecclesia S. Mariæ Septem Dolorum spectet ad Beneficiatum, sive Rectorem ejusdem Ecclesiæ* -- responsum fuit -- *Negative* - *ut in lib 84. decr. pag.213.*

Quod vero attinet ad petitam Missarum translationem, authumant, eam sibi tribuendam esse ex triplici capite; primo, quia Testatores, si ab initio prævidissent, Oratorium Hospitalis in Ecclesiam Regularem, in qua Panis Eucharisticus quotidie asservatur, convertendum esse, verosimiliter jussissent, Missas in ea celebrari; secundo, quia celebratio dictarum Missarum, si ad Ecclesiam Hospitalis transferatur, nedum cedet in majorem ejus cultum, qui modo Ecclesiæ dignitati non respondet, dum ob Missarum penuriam paucis dumtaxat diebus sacrificium in illa peragitur, verum etiam in spirituale commodum Valetudinariorum, qui singulis diebus Missam possent audire; & tertio demum, quia, cum a memoratis Fratribus Minoribus Conventualibus, & Dominicanis ipsi impediantur controversas Missas in eorum Ecclesiis celebrare, licitum sibi esse debet, earumdem

dem celebrationem ad propriam transferre juxta Rescripta Sacræ Congregationis Episcop. & Regular. quæ referuntur a *Card. de Luc. de legat. disc.25. num.1 ., Nicol. lucubr. can. lib.3. tit.31. sub n.15. Monacell. formul. legal. for. Eccl. Tom.1. tit.10. form.19. n.19.*

Hæc spectant ad Decisionem I., & II. Dubii inferius describendi; Verum, quia Magister Generalis Dominicanæ Familiæ numerum nonagınta Missarum, quas dicti Fratres sui Ordinis pro annuo stipendio scutorum novem celebrare consueverant, ad quinque tantum supra quadraginta reduxit, ut ex earum celebratione perciperetur eleemosyna ad rationem duorum juliorum pro qualibet Missa, & in ejusmodi reductionis sequelam nonnisi totidem Missas per aliquot, uti asseritur, annos celebrarunt idcirco, petentibus hodie Fratribus S. Joannis de Deo, ut Dominicani, qui postea præfatę reductioni renunciarunt, pinguiorem eleemosynam ejus obtentu perceptam restituere compellantur, III. quoque Dubium supremo Eminentiarum VV. judicio ex juribus una cum Episcopi Relatione circumferendis decidendum proponitur.

I. An celebratio Missarum, de quibus agitur, spectet ad Fratres Dominicanos, & Minores Observantes; vel potius sit in arbitrio Fratrum Ordinis Sancti Joannis de Deo eas celebrare per se ipsos, vel per alios; *& quatenus negative quoad primam partem, & affirmative quoad secundam.*

I. An onera earumdem Missarum sint transferenda ad Ecclesiam dd. Fratrum S. Joannis de Deo in casu &c.

III. An, attenta renunciatione facta per Fratres Dominicanos assertæ reductioni prius reportatæ, teneantur ad restitutionem eleemosynæ pro Missis sub obtentu dictæ reductionis non celebratis, vel potius ad illarum celebrationem in casu &c.

Non proposita cum sequentibus.

CAMERINEN. ET FABRIANEN. COMMUTATIONIS VOLUNCTATIS. Franciscus Scacchi in testamento sub annum 1665. condito, deficiente linea masculina Hæredum, quos ex asse scripserat, in perpetuos exequutores deputavit Procuratores Ecclesiæ tunc Collegiatæ, & modo Cathedralis S. Venantii, & Collegiatæ S. Nicolai, Confalonerium Civitatis, necnon Patrem Præpositum Oratorii S. Philippi Nerii, eisque tribuit facultatem -- ,, di poter vendere tutti i suoi Beni, e del Ritratto ,, di essi erigere un Monte di scudi due mila, e cinquecento sotto il nome ,, della Gloriosissima Vergine, nel quale tutti li poveri Uomini, e Donne di Fabriano possino impegnare nelli loro bisogni senza interesse alcuno, qualmente parimente vuole, ed ordina, sia governato, e protetto dalli suddetti Signori suoi Esecutori testamentarj pregandoli ad abbracciar quest' opera pia a Gloria di Dio, e della sua Santissima Madre per mantenimento de' poveri, come sopra, dandoli, e communicandoli facoltà alli suddetti Signori Esecutori di poter costituire il luogo, ,, ed il Montista a loro beneplacito, dichiarando, che non si possa dar più ,, di scudi dieci sopra qualsivoglia pegno, e per mantenimento, e conservazione del detto Monte, vuole, ed ordina, che non raccogliendosi ,, li pegni dalli Padroni di essi in termine di cinque anni possino li detti Signori Esecutori far vendere i detti pegni con licenza però delli Signori ,, Superiori, quando faccia di bisogno, mettendosi nel resto alla pietà, e ,, prudenza de' detti Signori Esecutori.

Sess. 22. c.6. Sess.24. c. 5. de ref.

In exequutionem hujus dispositionis cum enunciatus Mons scutorum 2500. extincta jam linea masculina dictorum Hæredum, erigi debeat, memorati

rati executores, contradicente dumtaxat Philippo Montano Priore Collegiatæ S. Nicolai, supplicem Sanctissimo Domino Nostro porrexerunt libellum, in quo exponentes, jam binos in Civitate Fabriani extare Montes Pietatis pridem erectos, congruo capitali scutorum 8000 provisos, qui tamen ex quolibet pignore pro stipendio Ministrorum detrahere solent obulos duos in singula scuta, proindeque considerantes, nullam adesse necessitatem novum Montem erigendi, sed satius fore, si dicta scut.2500. in tot censibus, vel in locis Montium non vacabilium investirentur sub lege. quod, sublata solutione dictorum oblulorum pro quolibet scuto, annuus eorum fructus assignaretur pro stipendio dictorum Ministrorum humillime postularunt, ut, prævia voluntatis testamentariæ commutatione. præfata scuta 2500. duobus Montibus jam eonstitutis subenunciata lege applicarentur. Sanctitas vero Sua jussit hac de re suffragium S. Congregat. exquiri.

Episcopus, a quo Sacr. Congregatio voluit prius edoceri, confirmans hactenus exposita censet, annuendum petitioni Oratorum, qui præterea casu, quo dicti novi Montis erectio juxta Testatoris mentem fieri præcipiatur, supplicant declarari, ut licitum sit, a Pauperibus oppignorantibus tantum annuatim exigere, quantum satis esse possit pro stipendo Ministri, & manutentione ejusdem Montis.

Quocirca ponderatis rationum momentis nomine dictorum exequutorum circumferendis, dignabuntur EE. VV. sapientissime de more definire.

I. An, & quomodo consulendum sit Sanctissimo pro commutatione voluntatis Francisci Scacchi? *& quatenus negative*.

II. An, & quomodo sit locus erectioni novi Montis a præfato Francisco ordinatæ in casu &c.

Sess.24.c.12. de ref.

CAPUANA Canonici Metropolitanæ Ecclesiæ post obtentum an. 1725. a san. mem. Benedicto XIII. usum Mitræ, nec non pro Hebdomariis usum Cappæ una cum Rocchetto instar Canonicorum Ecclesiæ Beneventanæ, supplicem eidem Pontifici porrexerunt libellum, postulantes, ut onus celebrationis Missarum conventualium, & Anniversariorum in Hebdomadarios transferretur, utque octo Cappellaniæ, ne divinus cultus imminui contingeret, in dicta Ecclesia erigi possent sub onere Chori, Ecclesiæque servitio incumbendi; at remissis precibus ad clar. mem. Cardinalem Caraccioli tunc Archiepiscopum Capuanum, tot controversiæ inter dictos Canonicos, & Hebdomadarios tam super erectione Cappellaniarum, quam super translatione dicti oneris exortæ sunt ut prehabitis nonnullis capitularibus resolutionibus, oportuerit confici laudum, quo certa norma in servitio d. Ecclesiæ a Canonicis, Hebdomadariis, & dictis Cappellanis præstando statuta fuit.

Cum autem, defuncto præfato Cardinali Caraccioli, memorati Canonici ab eodem Pontifice reportaverint alterum Breve, quo eis tributa fuit facultas dictas cappellanias erigendi ex cappellaniis Curatis primo vacaturis, & in dicta Ecclesia jampridem erectis, subindeque modernus Archiepiscopus, decreverit, eosdem Cappellanos circa servitium Ecclesiæ præstandum frui debere eadem alternativa, qua potiuntur Hebdomadarii, veteres inde insurrexerunt, & novæ fuerunt excitatæ contentiones ad quas tandem dirimendas supremo Eminentiarum VV. judicio plurium Dubiorum discussio subjicitur.

I. An liceat duodecim Hebdomadariis Presbyteris Sancti Petri uti titulo Capituli, & Canonicorum absque ulla pœna.

II. An eisdem liceat habere Crucem distinctam a Cruce Capitulari, aut alias collegialiter exire sub Cruce Cathedralis absque corpore capituli, aut præsidentia aliorum Canonicorum.

An

III. An eisdem liceat congregationes particulariter facere; vel potius eisdem congregationibus præsidere debeat alter ex Canonicis nomine Archiepiscopi.

IV. An eisdem liceat habere quoad servitium Chori Punctatorem independentem, vel potius eidem Punctatori Capituli addi possit alius Punctator arbitrio Archiepiscopi.

V. An candelæ, quæ distribuuntur die Festo Purificationis Beatæ Mariæ Virginis, vel alio tempore, sint distribuendæ tam Canonicis, quam Hebdomadariis Præsbyteris in eodem pondere, & qualitate.

VI. An iidem Hebdomadarii teneantur etiam non invitati interesse processionibus extraordinariis Ecclesiæ Cathedralis.

VII. An iidem teneantur satisfacere Missis tum conventualibus, tum Defunctorum, quibus satisfacere tenebantur Canonici ante usum Mitræ, soluta mercede conventa in Laudo anni 1725.

VIII. An in choro recenter constructo, seu in parte Chori, qua sedent Hebdomadarii Presbyteri, reponenda sint repagula juxta antiquam formam.

IX. An iidem Hebdomadari teneantur quotidie choro inservire, vel potius inservire possint per alternativam, aut tertiariam.

X. An idem servandum sit tempore Quadragesimæ, & Adventus.

XI. An laudum, sive Decretum clar. mem. Card. Archiepiscopi Caraccioli die 22. Decembris 1725. quoad ea, quæ contraria sunt cæremoniali Episcoporum, sustineatur.

XII. An liceat Archiepiscopo Capuano pro tempore moderari ad libitum idem Laudum, seu Decretum quoad materias Rituum.

XIII. An Officium Magistri cæremoniarum Capituli in choro exerceri debeat per personam distinctam ab octo Mansionariis Cappellanis noviter erectis, *& quatenus negative*.

XIV. An, & qui deputandus sit ad hujusmodi Officium exercendum.

XV. An & quale servitium præstari debeat in choro per eosdem octo Mansionarios Cappellanos.

XVI. An punctatura Mansionariorum adaugenda sit habita proportione cum redditibus.

XVII. An Hebdomadarii Presbyteri teneantur pro servitio Ecclesiæ supplere quandocumque vices octo Mansionariorum absentium, & sic vicissim Mansionarii, absentibus Hebdomadariis,

XVIII. An Laudibus, & Vesperis, quæ solemniter celebrantur per Canonicos, vel Dignitates assistere debeant cum pluvialibus Hedomadadarii Presbyteri, vel potius novi Mansionarii Diaconi; & quatenus affirmative quoad Hebdomadarios Presbyteros.

XIX. An eadem assistentia præstanda sit Canonicis, & Dignitatibus celebrantibus extra cathedralem solemniter Missam, Vesperas, & Laudes, mercede soluta.

XX. An, celebrante Archiepiscopo, assistere teneantur in Throno cum Pluvialibus duo ex duodecim Hebdomadariis Presbyteris, cum duobus Mansionariis Diaconis, vel potius quatuor ex octo Mansionariis Diaconis.

XXI. An Hebdomadario celebranti sine pluviali competat primum stallum inter Hebdomadarios, & legile nudum, dissentiente Capitulo.

XXII. An Hebdomadarius faciens officium Presbyteri assistentis sit turificandus ante Canonicos.

XXIII. An, celebrante Archiepiscopo, teneantur Canonici deferre crucem, & in die Epiphaniæ annunciare populo festa mobilia, vel potius utrumque teneantur facere Hebdomadarii arbitrio Archiepiscopi.

XXIV. An, celebrante Canonico, teneatur alter ex Canonicis psalmos intonare tam in choro, quam in Processionibus, vel potius teneantur intonare Hebdomadarii

XXV. An

XXV. An in functionibus, in quibus Canonici non utuntur Mitra, teneantur ipsi Canonici canere in choro ex proprio stallo una cum Hebdomadariis in cantu Gregoriano, vel potius onus canendi spectet etiam tunc ad solos Hebdomadarios, & Mansionarios.

XXVI. An primicerius, vel Canonicus teneatur coactive celebrare diebus præscriptis in concordia anni 1725., vel potius onus celebrandi eisdem diebus refundi possit in Hebdomadarios, mercede soluta.

XXVII. An, translato ad diem non impeditam festo in quo, celebrare Canonicus tenebatur, teneantur adhuc Canonicus celebrare in die translationis, vel potius onus celebrandi in Hebdomadarios possit refundi, mercede soluta.

XXVIII. An liceat Canonicis aliquando incipere, aut respective inceptas prosequi, & perficere congregationes capitulares, non obstante secundo signo campanæ jam dato pro servitio chori in casu &c.

Die Sabbathi 24. Septembris 1735.



Sess. 25. c. 4. de ref.

YBURTINA CELEBRATIONIS MISSARUM.

I. An celebratio Missarum, de quibus agitur, spectet ad Fratres Dominicanos, & Minores Observantes; vel potius sit in arbitrio Fratrum Ordinis S. Joannis de Deo eas celebrare per se ipsos, vel per alios; *& quatenus negative quoad primam partem, & affirmative quoad secundam.*

II. An onera earumdem Missarum sint transferenda ad Ecclesiam dictorum Fratrum S. Joannis de Deo in casu &c.

III. An, attenta renunciatione facta per Fratres Dominicanos assertæ reductioni prius reportatæ, teneantur ad restitutionem eleemosynæ pro Missis sub obtentu dictæ reductionis non celebrantis, vel potius ad illarum celbrationem in casu &c.

Ad primum Negative quoad primam partem, & affirmative quoad secundam. Ad secundum Affirmative, facto verbo cum Sanctissimo, exceptis tamen Missis celebrandis ad certum altare, vel in Ecclesia, in qua Testatores fuerunt tumulati. Ad Tertium negative quoad primam partem, & affirmative quoad secundam.

Sess. 22. c. 6. & Sess. 25. c. 4. de ref.

CAMERINEN. ET FABRIANEN. COMMUTATIONIS VOLUNTATIS.

I. An, & quomodo consulendum sit Sanctissimo pro commutatione voluntatis Francisci Scacchi; *& quatenus negative.*

II. An, & quomodo sit locus erectioni novi Montis a præfato Francisco ordinatæ in casu &c.

Ad primum consulendum Sanctissimo pro petita applicatione Montibus jam erectis, ita tamen, ut exemptio a solutione duorum obulorum pro quolibet scuto tantum pro pignioribus, non excedentibus scuta decem. Ad secundum satis provisum in primo.

MAN-

Sess. 21. c. 5. de ref.

MANTUANA JURISDICTIONIS. Postulante clar. mem. Cardinali Gonzaga Episcopo Mantuano, & Abbate Commendatario Monasterii S. Andreæ in Civitate Mantuæ sub Instituto S. Benedicti existentis, ut prævia Abbatialis Dignitatis suppressione, Monasterium prædictum in Collegiatam Ecclesiam erigeretur, Summus Pontifex Sixtus IV. sub annum 1472. ejus precibus annuens facultatem ipsi tribuit, petitam instituendi Collegiatam, quæ constaret ex unica Dignitate sub nomine Primiceriatus, octo Canonicatibus, totidemque Beneficiis Sacerdotalibus, & quatuor aliis Clericatus nuncupatis ,, ac omnia & singula circa hæc ,, necessaria, seu quomodolibet opportuna faciendi, statuendi, & ordinandi, Contradictores quoque, & rebelles per censuram ecclesiasticam, & alia juris remedia authoritate Apostolica compescendi: *deinde* ,, *vero cavit*, quod Primicerius (*sunt illius verba*) & Canonici perpetuis temporibus Capitulum facere, statuta condere, sigillum habere, ,, almutias suffultas grisis, diversi tamen coloris a Canonicis Ecclesiæ ,, Cathedralis intra, & extra Ecclesiam deferre; quodque Primicerius ,, mitra & baculo pastorali uti quemadmodum Abbas ipsius Monasterii ,, ante utebatur rochettum portare, & benedictionem populo dare, ,, Fontem Baptismalem retinere, necnon delicta Canonicorum, Presbyterorum, Clericorum, & aliorum Inferiorum juxta canonicas sanctiones corrigere, & punire, ac omnes, & singulos Canonicatus, & Præbendas, ,, ac alia Beneficia erigenda, & illa etiam, quæ ad collationem, provisionem, præsentationem, electionem, seu quamvis aliam dispositionem ,, Abbatis, & Conventus spectare consueverunt, personis idoneis tam ,, pro hac primaria vice, quam alias, quoties illorum vacationes occurerint, conferre, & de illis etiam providere, ac personas illas pro tempore obtinentes alias tamen rite instituere, & destituere libere, ac ,, licite possit, & valeat dicta authoritate statuimus pariter, & decernimus.

Memoratus autem Cardinalis, hac impetrata facultate, Collegiatam erexit atque in obsequium legis in apostolicis literis indictæ sancivit ,, quod Primicerius, qui pro tempore ibi fuerit, facultatem, & authoritatem ,, quamcumque in præinsertis literis expressam habere, & exerceri possit; ,, quodque Canonici hujusmodi, qui pro tempore in Ecclesia prædicta instituti fuerint, in manibus Primicerii, seu ejus Vicarii, præsente Capitulo, teneantur, & debeant de servandis Statutis, quæ in dicta Ecclesia condita esse contigerit, in forma solita Sacramentum præstare &c. quodque Primicerius, & Canonici dictæ Ecclesiæ, qui pro tempore fuerint, perpetuis temporibus Capitulum facere, Statuta condere, ,, sigillum habere, Almutias &c. gestare possint &c.

Hac itaque solemni erectione, premissoque Pontificio Diplomate fretus hodiernus præfatæ Collegiatæ Primicerius Nicolaus Tasca contendere cœpit, se una cum sua Ecclesia, ejusque Ministris non solum ab Episcopi jurisdictione exemptum esse, verum etiam ordinaria jurisdictione potiri, itaut plura, quę alias ad Episcopum spectarent, sibi asseruerit; quocirca inter ipsum, & præfatū Episcopum acerrima exorta est contentio, quæ ut tandem dirimatur, infrascripta Dubia supremo EE. VV. judicio decidenda proponuntur.

Porro, prætermissis iis, quæ ad opportunam tot Dubiorum definitionem in jure circumferentur, duo tantum veluti in hac Sac. Congregatione discussa videntur, in facto adnotari posse: Alterum, quod, cum olim Primicerius ejusdem Collegiatæ authumasset, ad se spectare collationem duarum Ecclesiarum Parochialium S. Ambrosii, & S. Urbani de Formigosa Mantuanæ Diœcesis uti de pertinentiis dicti Monasterii S. Benedicti sibique jus esse, harum Parocos cogendi per literas Missivas virtute sanctæ obedientiæ auctorabiles, & comminatorias ad personaliter interveniendum

tribus pontificalibus cappellis infra annum a Primicerio celebrari consuetis, ita ut, renuente Parocho S. Ambrosii hujusmodi parere mandatis, armatam familiam, irrequisito Episcopo, immiserit ad domum parochialem, & super Bonis parochi executionem fieri curaverit, sub diem 24. Aprilis 1700. disceptata fuerunt tria hæc Dubia.

I. An primicerio Ecclesiæ collegiatæ S. Andreæ competat collatio duorum Beneficiorum Parochialium S. Urbani de Formigosa, & S. Ambrosii in Civitate & Diœcesi Mantuana existentium.

II. An eidem Primicerio competat jurisdictio vocandi ad certas solemnitates, quæ fiunt in eadem Ecclesia S. Andreæ parochos S. Ambrosii de Formigosa sub certis pœnis, & multis eosque in casu contraventionis puniendi, & multandi.

III. An illi pariter competat jurisdictio immittendi Familiam armatam ad exequendas dictas pœnas contra personas, & Bona dictorum parochorum tam in Civitate, quam in Diœcesi Mantuana, irrequisito Episcopo in casu &c *Rescriptum vero fuit*.

Ad primum affirmative. Ad secundum Primicerio non competere jurisdictionem, sed parochos ab eodem vocatos teneri accedere vel per se, vel per alios. Ad tertium negative: ut in *lib.* 50. *Decr. pag.* 184.

Alterum vero, quod, vertente controversia inter promotorem Fiscalem Curiæ Episcopalis, & primicerium præfatæ Collegiatæ, eo quia iste contenderet in Bullis collationis dictæ parochialis Ecclesiæ S. Ambrosii apponere diversas, & insolitas clausulas, quibus Episcopus ordinariam suam jurisdictionem lædi conquerebatur, Sacra Congregatio, citato, & consentiente procuratore primicerii die 26. Junii præfati anni 1700. respondit -- *servandum esse solitum* -- ut in *dicto lib.* 50. *Decr. pag.* 365.

Placeat igitur EE. VV. respondere.

I. An Ecclesia S. Andreæ, ejusque Primicerius sint exempti a jurisdictione Ordinarii.

II. An idem Primicerius in condendis Statutis possit opponere pœnas suspensionis, & censurarum pro eorumdem Statutorum observantia.

III. An Primicerius possit affigere, & publicare edicta in Ecclesia S. Andreæ, seu potius unice observanda sint illa publicata ab Ordinario.

IV. An Primicerius retinere possit Tribunal, Cancellarium, Familiam armatam, aliosque Officiales.

V. An Primicerius procedere possit ad carcerationem, aliasque pœnas corporis afflictivas contra delinquentes clericos ejusdem Ecclesiæ, aliosque eidem Ecclesiæ inservientes.

VI. An recognoscere, & judicare valeat causas civiles tam activas, quam passivas inter clericos, aliosque inservientes, vel de re propriæ Ecclesiæ.

VII. An facultas concessa Primicerio corrigendi, & puniendi delicta Canonicorum, aliorumque de suo Capitulo sit privativa quoad Ordinarium, & ad quæ delicta restringatur, quorumve delictorum correctionem, & punitionem comprehendat.

VIII. An talis facultas exerceri possit per viam processus formalis, ac in forma jurisdictionis contentiosæ.

IX. An Primicerius, & Canonici, aliique de Capitulo Ecclesiæ S. Andreæ teneantur accedere ad processiones solemnes, aliasque authoritate Ordinarii indictas.

X. An Primicerius possit in omnibus anni solemnitatibus pontificalia ad libitum celebrare, *& quatenus negative*, an, & quibus anni solemnitatibus hæc ei liceant.

XI. An possit mitra, & baculo Pastorali uti sine ullo distinctivo, & populo benedicere indistincte, & more episcopali, *& quatenus affirmative*.

XII. An in casibus, in quibus eidem Primicerio permittitur usus, & respective celebratio Pontificalium, possit hæc facere extra propriam Ecclesiam.

XIII. An occasione celebrandi Missam possit sedere in Faldistorio, & indui sacris vestibus ad altare cum præsentia Sacerdotum.

XIV. An ei liceat annulum osculandum exhibere in administratione Sacræ Eucharistiæ, & Concionatori solemniter benedicere.

XV. An liceat eidem Primicerio sacras Reliquias approbare, easque proprio signo, ac stemmate authenticare.

XVI. An incedendo per Civitatem possit deferre Crucem pectoralem cunctis visibilem.

XVII. An possit incedere per eamdem Civitatem mozzetta, & roccheto indutus.

XVIII. An saltem incedendo per Civitatem, uti possit veste, & Mantello violaceo.

XIX. An Primicerius, quando non celebrat pontificaliter, possit alium adhibere pro lotione manuum, ministerio Sacerdotum inservientium uti, & productione trina Crucis adstantibus benedicere, ac tam privatim, quam pontificaliter celebrans uti pileolo ab initio Missæ usque ad Canonem, & ab assumptione usque ad finem Misse.

XX. An, & quas pęnas inferre possit Primicerius in vim facultatis sibi concessæ corrigendi, & puniendi delicta C..nonicorum, aliorumque de suo Capitulo.

XXI. An teneatur ad generalem Synodum Dięcesanam intervenire se, suumque Clerum subiicere Synodi determinationibus.

XXII. An possit suppellectiles ad Sacrificium Missæ necessarias benedicere.

XXIII. An possit se ingerere in causis immunitatis ecclesiasticæ localis, tradendo brachio seculari, aut militari confugientes ad dictam Ecclesiam.

XXIV. An juxta solitum Episcopus possit visitare Ecclesiam Collegiatam S. Andreæ ultra Altare Sanctissimi Sacramenti, Fontem Baptismalem, & alia ad curam animarum spectantia.

XXV. An Episcopus possit visitare Confraternitatem laicalem prætiosissimi sanguinis Domini N. Jesu Christi erectam in Ecclesia collegiata S. Andreæ, & exigere redditionem rationis redditũum, qui administrantur ab eadem Confraternitate.

XXVI. An Primicerius possit ordinare celebrationem Missæ post meridiem, ac interdicere, ne Missæ de Requiem signatæ ad Altare pretiosissimi Sanguinis Domini N. Jesu Christi ibi dicantur.

XXVII. An possit concedere licentiam quotidie exponendi Smum Sacramentum ad benedictionem elargiendam populo circa ortum solis, & toties, quoties ei placuerit in casu &c.

Dilata, constito Procuratore per Primicerium juxta mentem.

PRIVERNEN. ÆDIFICATIONIS ECCLESIÆ, ET JURIUM PAROCHIALIUM. Societas sub titulo Sanctæ Mariæ de Suffragio erecta in Ecclesia Sancti Ambrosii extra mænia Civitatis Priverni, anno 1646. obtinuit a Capitulo Ecclesiæ S. Mariæ tunc Collegiatæ nunc vero Cathedralis facultatem erigendi Cappellam in dicta ejus Ecclesia, ibique collocandi simulacrum Beatissimæ Virginis, ea tamen adjecta inter ceteras lege „ che volendo li Priori, Officiali, e Ministri di detta Compagnia „ del Suffraggio fare una Chiesa particolare per la Madonna del Suffragio „ sia lecito a medesimi Priori, fatta che sarà la detta Chiesa levare, e „ tra- *Sess.14. c.13. de ref.*

„ trasportare la detta Statua della Madonna del Suffraggio dalla detta „ Collegiata, e quella collocarla in detta nuova Chiesa senza ostacolo, „ o impedimento alcuno delli detti Signori Canonici, e Clero, nel qual „ caso la detta Statua s'intenda esser posta, e collocata in nome di depo- „ sito, e non altrimenti.

Cum autem numerus Confratrum subinde ita excreverit, ut memorata Ecclesia S. Ambrosii tum ob loci angustiam, tum ob ejus situm extra mænia, pluribus sacris Functionibus, piisque exercitiis, quæ modo a Societate peragi solent, haud satis apta dignoscatur, Confratres prædicti, comparato sibi nuperrime quodam Hospitio intra Civitatem posito, statuerunt Ecclesiam ibi construere, & ad istam enunciatum simulacrum Beatissimæ Virginis ab Ecclesia Cathedrali transferre. At erectioni novæ hujus Ecclesiæ, quæ a Cathedrali triginta, ut ajunt, cannis distaret, sese opposuit Capitulum, quo postulante, ut meditata constructio veluti non leve cultui ejusdem Cathedralis Ecclesiæ, ac juribus Parochialibus detrimentum allatura prohibeatur, disceptare oportet tria Dubia, quæ infra describentur.

Ad eorum itaque decisionem notandum in jure est, Oratorium, aut Ecclesiam, Episcopi authoritate, Parocho licet dissentiente, intra limites ejus Paræciæ construi posse, dummodo jura Parochialia in ipsius erectione præserventur, ac illæsa maneant, juxta Textus *in can. Quicumque 16. quæst. 1. can. Rem., can. Placuit. de consecr. dist. 1., cap. Ad hæc de Religios. domib. & cap 2. de Eccl. ædifican.*, & Resolutiones Sacræ hujus Congregationis late relatas *per Monacell. Formular. for. Eccl. part. 1. tit. 6. form. 10. n. 9. & seqq.* itidemque licitum esse absque consensu Parochi in Oratorio, seu Ecclesia recens ædificata quascumque functiones ecclesiasticas expleri, Missamque celebrari eo etiam tempore, quo in Parochiali Ecclesia celebratur, aut Divina Officia decantantur, nisi Episcopus aliter statuendum censuerit, uti rescriptum fuit a Sacra Congregatione *in Urbinaten. 27. Junii* 1641. *lib. 16. Decr. pag.* 543. *& in Forolivien. Jurium Parochialium* 18. *Novembris* 1684. ubi, proposito hoc Dubio -- *An Beneficiatus, seu Rector in dicta sua Ecclesia Sanctæ Mariæ possint Missam celebrare ante Missam a Parocho celebratam* -- responsum fuit -- *Affirmative, nisi aliter Episcopus rationabiliter disponat*, ut in *lib. Decr. pag.* 389.

Imo Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, prævia Episcopi licentia, non requisito Parochi consensu publicæ Fidelium venerationi exponi potest in Oratorio, seu Ecclesia Confratrum, uti firmat cum aliis *Pasqualig. de Sacrific. nov. leg. tom. 1. q.* 353. *&* rescripsit Sacra Congregatio in *Novarien. Aggregationis* 24. *Septembris* 1718 ubi disceptatis inter cetera hisce Dubiis -- I. An Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum retineri possit in Oratorio Confraternitatis -- II. An cum licentia Episcopi, & sine consensu Parochi fieri possit in Oratorio Confratrum expositio infra annum, & præcipue 40. horarum in Octava Defunctorum, prodiit Resolutio Affirmative -- ut in *lib. 68. Decr. pag.* 293. & in Alexandrina ad II. Dubium ita conceptum -- An Confraternitas possit sine licentia, & interventu Parochi exponere in suo Oratorio Sanctissimam Eucharistiam -- die 21. Februarii 1728. editum fuit Rescriptum -- Affirmative, accedente licentia Episcopi, & amplius, ut in *lib. 78. Decr. pag.* 74.

Hac super re auditus Episcopus post expositam facti speciem supra descriptam, ita concludit „ Quapropter habita ratione ad majorem Divini Nu- „ minis cultum, ad suffragiorum favore purgantium Animarum incre- „ mentum, ad Civium operi tam pio plaudentium commodum, ad gre- „ gis utilitatem, ad Confraternitatis necessitatem, & ad nullum prope- „ modum Cathedralis Ecclesiæ præjudicium, non dubito, quin Eminen-

„ tiæ

„ tiæ VV. mecum in ſententiam venerint, licentiam a me conceſſam ad
„ novæ Eccleſiæ, ſeu Oratorii conſtructionem, & translationem confir-
„ mandam eſſe. Spero enim hinc Privernenſes Cives adeo profuturos,
„ cum ex piæ Confraternitatis Inſtituto pluries ibi in hebdomada Sacra
„ peragantur ſolemnia, & per annum, præſertim Quadrageſimali tem-
„ pore, & in Octava Fidelium defunctorum pluribus devotis exercitiis
„ pietas confovetur, Divinumque verbum advenientibus enunciatur.

Placeat igitur Eminentiis VV. pronunciare.

I. An ſit locus conſtructioni novæ Eccleſiæ in loco, de quo agitur, & *quatenus affirmative*.

II. An eodem tempore, quo celebrantur in Cathedrali Divina Officia, liceat Confratribus in illa explere proprias eorum functiones.

III. An liceat eiſdem Confratribus in eadem nova Eccleſia retinere, & exponere Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſine licentia Parochi in caſu &c.

Ad primum affirmative, ad ſecundum, & tertium affirmative de licentia Epiſcopi, & amplius.

MEDIOLANEN. JURIUM PAROCHIALIUM. Sanctus Carolus Borromæus in Paſtorali viſitatione ſub annos 1583. & 1584. peracta deprehendens, curam Populi, qui per diverſa, & remota loca diffuſus ſubeſt Parochiali, & Collegiatæ Eccleſiæ S. Victoris in Oppido Rhaudi exiſtenti, non ſatis erecte adminiſtrari poſſe ab illius Præpoſito, cui ea incumbit, ut ſpirituali animarum detrimento inde promananti occurreret, ex nonnullis bonis ad Præpoſitum ſpectantibus binos erexit Canonicatus ſub onere eumdem Præpoſitum in ejuſdem curæ animarum exercitio coadjuvandi; idque in obſequium tanti Erectoris ab omnibus iis, qui enunciatos Canonicatus obtinuerunt, ad hæc uſque tempora obſervatum eſt. *Seſſ. 24. c. 4. de Ref.*

Verum quia Carolus Andreas Faſſius, & Carolus Joſeph Pirovanus præfatos Canonicatus ſub enunciato onere aſſecuti, cœperunt illud paulatim ita negligere, ut abſque memorati Præpoſiti licentia a Parochiali Eccleſia diſcederent, ſpiritualibus Populi neceſſitatibus nollent etiam accerſiti accurrere, nec eidem Præpoſito in iis, quæ animarum curam concernunt, obtemperare, idcirco Vicarius Generalis, conquerentibus de hujuſmodi negligentia non ſolum Petro Antonio Brenta perpetuo Coadjutore Gaſparis Caſtellani moderni Præpoſiti, verum etiam altero ex Sindicis dicti Oppidi, commiſit prius Viſitatori illius Regionis, ut, ſi ea, quæ tam a memorato Petro Antonio Brenta, quam ab altero ex dictis Sindicis expoſita fuerunt, veritate niti, comperiiſſet, prædictos Canonicos de munere ſuis Canonicatibus adnexo moneret; ſubinde vero, attenta Viſitatoris Relatione, præcepit, ut iidem Canonici Coadjutores ſive a Populo, ſive a Præpoſito vocati ad Sacramenta miniſtranda, aut alias Parochiales functiones explendas, debeant ſub pœna ſcutorum 25. nulla interpoſita excuſatione, accedere.

Adverſus hoc præceptum provocarunt memorati Canonici ad hanc Sacram Congregationem, cujus ſupremo judicio cum hodie diſcutienda proponantur ſeptem infraſcripta Dubia, dictus Petrus Antonius proferens Relationem ejuſdem Vicarii Generalis, expoſita facti ſerie, Decretum ſuum a quavis objectione vindicare ſatagentis, eo potiſſimum conatur, ut oſtendat, animarum curam tam actualem, quam habitualem unice reſidere penes Præpoſitum, quippe qui ſit verus, & unicus dictæ Eccleſiæ Parochus, præfati vero Canonici ſimplices illius Coadjutores; hoc enim poſito,

to, confidit votis compotem fieri posse circa ea omnia, de quibus disceptari contingit in dictis Dubiis, quæ sunt.

I. An, & quomodo Canonici Coadjutores Ecclesiæ Collegiatæ, & Parochialis Rhaudi teneantur obedire Præposito in eo, quod respicit exercitium curæ animarum, *& quatenus affirmative*; quomodo, & qua poena multari possint in casu contraventionis in casu &c.

II. Au prædicti Coadjutores Canonici vocati pro explenda aliqua functione Parochiali teneantur statim accurrere ad Ecclesiam, nisi sint legitime impediti, & quatenus non accurrerent, possint a Præposito puniri, & qua poena in casu &c.

III. An, vocato Præposito pro aliqua functione Parochiali, ipse possit eam injungere alicui ex Coadjutoribus etiam in casu, quo non sit legitime impeditus in casu &c.

IV. An in concursu plurium functionum Parochialium eodem tempore explendarum possit Præpositus eligere illam, quæ sibi magis libuerit in casu &c.

V. An prædicti Canonici Coadjutores possint discedere, & abesse a Paræcia absque expressa licentia Præpositi; *& quatenus negative*.

VI. An teneantur prædicto Præposito allegare causam absentiæ, & impedimenti in casu &c.

VII. An liceat Canonicis Coadjutoribus edere Parochianis aliquam attestationem ad munus Parochiale spectantem, inconsulto Præposito, in casu &c.

Dilata, non retardata interim executione Decreti Vicarii Generalis.

Sess. 24. c. 1. & 4. de ref. Matr.

MATHERANEN. MATRIMONII. Resolutionem hujus Causæ, quæ in Folio diei 30. Julii labentis anni fuit quidem descripta, sed non proposita, ab Eminentiis VV. enixe postulat Margarita Scuri sub eodem Dubio.

An constet de Matrimonio inter Octavium Antinori, & Margaritam Scuri, ejusque validitate in casu &c.

Dilata ad primam post aquas.

Sess. 24. c. 14. de Ref.

MATHERANEN. PARTICIPATIONIS. Pollicente Canonico Vincentio Duni, se nova documenta allaturum, die 20. Augusti proxime præteriti secunda vice dilata fuit decisio hujus Causæ, quæ cum hodie reproponi contingat, dignabuntur Eminentiæ VV. resumptis Foliis dierum 9. Julii, & 20. Augusti, necnon juribus in utramque partem allatis, definire.

I. An asserta consuetudo Ecclesiæ Metropolitanæ Matheranensis, quod Clerici adscripti in ea teneantur inservire per annos quatuordecim distributos juxta Ordines, quos assequuntur, antequam admittantur ad participationem, sit servanda, *& quatenus affirmative*.

II. An favore Canonici Vincentii Duni sit computandum quinquennium quo prætensam operam dedit studiis in Civitate Neapolis, & in Urbe in casu &c.

Ad primum Affirmative, præterquam quod ad servitium præstandum ab Absentibus causa Infirmitatis, & quo ad onus celebrandi Missas gratis in ultimo biennio. Ad secundum affirmative dummodo reportet Lauream Doctoralem juxta consuetudinem.

ORITA-

ORITANA, SEU TARENTINA ATTENTATORUM. Discussis in hac Causa ad instantiam Sacerdotis Joannis Donati de Hyppolito tribus Dubiis -- I. An constet de attentatis, itaut sint rigorose purganda in casu &c. II. An suspensio a Divinis lata contra Sacerdotem Joannem Donatum de Hyppolito per Episcopum Oritanum ex informata conscientia sustineatur in casu &c. III. An sententia per Vicarium Generalem Tarentinum Judicem Metropolitanum favore dicti Sacerdotis Joannis Donati de Hyppolito lata in gradu appellationis, ac decreto executionis pœnarum contumacialium facto per Curiam Oritanam fuerit attentata in casu &c, *rescriptum fuit* -- Ad I. affirmative. Ad II. Dilata, & scribatur Episcopo, ut exprimat causas intra mensem omnino Ad III. Negative. Sess. 24. c. 26. de ref.

Verum quia adversus hanc Resolutionem nomine Episcopi Oritani, qui asserta sua jura sub illam diem deducere neglexit, impetratum fuit novæ Audientiæ beneficium, discutiendum proponitur consuetum Dubium.

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

In decisis, & ad mentem, & amplius.

SETINA TAXÆ SEMINARII. Episcopus Montis Alti Visitator, necnon Administrator Setinæ Diœcesis in taxa Seminarii anno 1727. ab ipso confecta ad normam Constitutionis Benedictinæ incipientis: *Credite Nobis*, & relatæ in Appendice ad Concilium Romanum pag. 415., atque secundum instructionem ab hac Sacra Congregatione traditam in encyclicis literis die 30. Martii 1726. expeditis statuit, ut Monasterium sub Instituto S. Claræ in Civitate Setiæ jampridem erectum pro annuo redditu, qui in scutis 400. ex nonnullis Bonis percipi asseritur, quolibet anno summam sc. 12. Seminario contribueret. Sess. 25. c. 18. de ref.

Post solutam spatio plurium annorum summam hanc, Moniales præfati Monasterii exponentes, se nullum possidere ecclesiasticum beneficium suo Monasterio adnexum, atque temporalibus Bonis adeo destitutas esse, ut vivere nequirent, nisi Communitas dictæ Civitatis annua scuta centum pro earum victu suppeditaret, Sanctissimo Domino Nostro supplicarunt, ut ab injuncto onere imposterum eximerentur, & die 20. Maii 1731. Sanctitas Sua, *attenta Episcopi informatione, benigne annuit pro petita exemptione, & solutione taxæ Seminarii, quibuscumque in contrarium non obstantibus*, eidemque Episcopo Pontificiæ hujus gratiæ exequutionem commisit.

At, contendentibus Deputatis Seminarii, enunciatam exemptionem subreptitie impetratam fuisse, eo quia expressum non fuerit, assertam taxam examinatam, & approbatam a Sacra Congregatione super Seminariis deputata confirmatam subinde fuisse a fan. mem. Benedicto XIII, necnon postulantibus, ut prævia prioris Rescripti revocatione, cognitio prætensæ exemptionis eidem Sacræ Congregationi delegaretur, sub die 25. Septembris dicti anni 1731. *Sanctissimus remisit instantiam ad Congregationem super Seminariis, prout de Jure, non obstante Rescripto in precibus enunciato.*

In obsequium posterioris hujus Rescripti die 1. Octobris proposita fuit Causa, cujus decisio cum dilata fuerit, ut prius cognosceretur, an dictæ Moniales onera Cameralia persolverent, & postmodum Vicarius Generalis retulit, ab illis exemptas esse hodie tandem supremo Eminentiarum Vestrarum Judicio discutiendum proponitur infrascriptum Dubium.

Ad ejus decisionem præter ea, quæ utrinque circumferentur, cum præfatæ Moniales authument, se non teneri quidquam Seminario contribuere

buere non solum ; quia sint Ordinis Mendicantium , verum etiam , quia summa rerum inopia laborent, proindeque liberæ sint ab oneribus Cameralibus, in jure adnotandum est, quod, sicuti Religiosi Ordinum Mendicantium, itidemque ii, quibus eorum privilegia communicata fuerunt, oneri controversæ Taxæ non subjiciuntur, juxta Sanctionem Sacri Concilii Tridentini Sess. 25. cap. 16, de Reformat., & Resolutiones hujus Sacræ Congregationis in *Hieracen. lib. 4. Decret. pag. 236. & in Triventina mense Februarii 1588. lib. 5. Decret. pag.* 100., ita Sanctimoniales sub eodem Mendicantium Instituto degentes ab hujusmodi onere sunt exemptæ, adeout ab Episcopo, nisi probet, earum Monasteria Ecclesiasticos redditus percipere, aut eisdem Monasteriis unita fuisse ecclesiastica beneficia, nequeant ad illud compelli; Sacra enim Congregatio in quadam *Patavina*, postulante Vicario Generali, num Seminario contribuere tenerentur Monasteria quædam Monialium Ordinis Mendicantium, quæ ex Apostolico Indulto Bona immobilia in communi possidebant, sed quo titulo, ignorabatur -- „ censuit, nisi Episcopus probaverit uniones Beneficiorum, aut perceptiones aliorum reddituum ecclesiasticorum, non posse a Mendicantibus quidquam pro Seminario exigere -- *ut in lib.* 1. *Decr. pag* 97. *& seq.*

Immo Moniales etiam Mendicantium Institutum non profitentes, si Bona, quæ possident, in libro decimarum non reperiantur descripta, aut licet descripta, & taxata, intuitu earum inopiæ dictas decimas, aut alia onera numquam solverunt, ab asserta contributione immunes declaravit Summus Pontifex ex sententia ejusdem Sacræ Congregationis in citata *Patavina*, ubi, cum expositum fuisset, nonnulla extare Monasteria Monialium Sancti Benedicti, aliarumque non Mendicantium, eaque plura possidere Bona sibi dudum relicta, sed nullo umquam tempore de illis Summo Pontifici decimas, aut alia onera cæteris Monasteriis, & Clero communia solvisse, ad Dubium, an hæc Monasteria a dicto onere essent exempta, ita respondit -- „ Si hæc bona non re-
„ periuntur descripta in libro decimarum, non teneri contribuere Se-
„ minario erecto post diem 11. Julii 1567.; Quod si reperiantur qui-
„ dem descripta, & taxata in eo libro decimarum, sed tamen intuitu
„ paupertatis Monialium nunquam solvisse decimas, eadem ratione im-
„ munia esse debere a contributione Seminarii „ -- *ut in lib.* 1. *Decret. pag.* 97.

Onus igitur erit EE. VV. definire.

An Monasterium S. Claræ teneatur ad taxam Seminarii in casu &c.

Dilata, & firmetur status Monasterii.

Die Sabbathi 19. Novembris 1735.



EGIEN. ERECTIONIS CANONICATUS. Causa hæc descripta fuit in Folio diei 20. Augusti vertentis anni, cum autem illius decisio, quæ, Capitulo Ecclesiæ Collegiatæ S. Stephani Novellariæ dilationem petente, ea die suspensa fuit, modo ad Eminentiis VV. postuletur, non abs re est, præter jam adnotata iu memotato Folio, referre Decretum ab hac Sacra Congregatione editum die 19. Decembris 1648. in quadam *Regien.* per hæc verba -- „ Si erectio dictorum sex Canonicatuum fuerit per Archiepiscopum valide facta, Canonicos hujusmodi institutos habere debere stallum in Choro, & vocem in Capitulo, & aliis Canonicis post eorum institutionem provisis præcedere, atque honoribus, & præeminentiis omnibus frui debere, quibus Canonici antiquiores fruuntur „ *ut ex lib.*18. *Decr. pag.* 554. Sess. 21. c. 3, Sess. 24. c. 4. de ref.

Manet itaque deliberandum.

An, & quomodo in Ecclesia Collegiata S. Stephani Novellariæ sit erigendus Canonicatus ordinatus a Dominico Barca in casu &c.

Dilata, & scribatur Episcopo pro meliori informatione, juxta instructionem.

VERONEN. RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. Patre Augustino Maria Trevisano beneficium Restitutionis in integrum adversus solemnem professionem postulante sub consueto Dubio -- *An sit locus Restitutioni in integrum* -- die 7. Maii exeuntis anni rescriptum fuit -- *Dilata, coadjuventur probationes*. Sess. 25. c. 19. de Reg

Cum itaque nomine ejusdem Oratoris nuperrime allata fuerit duorum Testium depositio, qua satis comprobata prætenduntur ea, quæ Antonius Magarottus, & Justiniana Mussati antea perhibuerant, resumpto Folio dierum 23. Aprilis, & 7. Maii una cum veteribus, & novis juribus circumferendis.

Onus erit EE. VV. decernere.

An sit locus Restitutioni in integrum in casu &c.

Dilata.

CAPUTAQUEN. JURISDICTIONIS. Plures in Caputaquensi Diœcesi adsunt Sacerdotes, vel Clerici, quorum aliqui, utpote Cappellanias, Beneficia, sive literas patentales a Capitulo Sacrosanctæ Basilicæ Lateranensis assecuti, ab ordinaria Episcopi Jurisdictione se putant exemptos, indeque fit, ut nullo Superioris timore coerciti non sive gravi populi scandalo, sæpe sæpius præsumant delicta impune perpetrare posse. Tanto itaque malo exoptans occurrere Episcopus, ab Eminentiis Vestris supplicat declarari, num præfati Clerici, vel Sacerdotes ea, qua gloriantur exemptione, frui legitime debeant. Sess. 24. c. 11. de ref.

Porro ad congruam super hac re ineundam deliberationem præstat innuere, quod vetera privilegia a Summis Pontificibus Lateranensi Capitulo impertita, subindeque a Pio IV. revocata redintegravit san. mem. Sixtus V. in sua Constitutione in ordine la 19. Bullar. Roman. tom. 2., & præsertim quoad Jus erigendi Ecclesias, & Beneficia, sub lege tamen hisce verbis conce-

cepta ,, dummodo Episcoporum, in quorum Civitatibus, & Dioecesibus ,, illa fuerint, licentia expressa ad hoc accedat, Ecclesiæque, & alia, ,, ut præfertur, fundanda, erigenda, ædificanda, & dotanda, atque ,, illa pro tempore obtinentes, libertatis, immunitatis, & exemptionis ,, privilegium aliquod a jurisdictione, & superioritate ipsorum Episcopo- ,, rum, aliterve contra formam Decretorum, & ordinationum S. Con- ,, cilii Tridentini propterea non acquirant.

Hinc Sac. Congreg. *in una Pennen. Jurisdictionis*, in qua Episcopus conquerebatur de impedimento a Capitulo Lateranensi sibi præstito, ne procederet contra nonnullos Clericos, & Presbyteros aggregatos Ecclesiæ in solo Lateranensi erectæ, proposito Dubio -- *An Clerici, seu Presbyteri aggregati Ecclesiæ in solo Lateranensi fundata, excepto Vicario sint exempti a Jurisdictione Episcopi* -- die 7. Septembris 1680. respondit -- *Negative ad formam Constitutionis Sixtinæ* -- *ut in lib.*31. *Decret. pag.*226. *& sequent.*

Placeat igitur Eminentiis VV. pronunciare.

An Beneficiatis, Cappellanis, & Patentatis Capituli Lateranensis existentibus in Caputaquensi Diœcesi competat exemptio ab Ordinarii Jurisdictione in casu &c.

Dilata ad primam post proximam.

*Sess.*24.*c.*11. *de ref.*

CAPUTAQUEN. JURISDICTIONIS. Præter Clericos, & Presbyteros, qui tamquam Beneficiati, Cappellani, aut Patentati Capituli Lateranensis prætendunt, Episcopi Jurisdictioni non subiici, plures extant in eadem Diœcesi Caputaquensi Cappellani, & Clerici, sive Beneficiati Ecclesiæ S. Jo: in Fonte de Padula, aliarumque Ecclesiarum ad Commendas Sacræ Religionis Hierosolymitatæ spectantium, necnon literis patentalibus ejusdem Sacræ Religionis communiti, contra quos intendens Episcopus imposterum procedere, eosque a delictis ordinaria sua Jurisdictione cohibere, duo infrascripta Dubia supremo Eminentiarum VV. Judicio discutienda proponit.

Sacrosancta Tridentina Synodus sess.24. cap.11. de Ref. ita sancivit -- Quo- ,, niam privilegia, & exemptiones, quæ variis titulis plerisque conce- ,, duntur, hodie perturbationem in Episcoporum Jurisdictione excitare, & ,, exemptis occasionem laxioris vitæ præbere dignoscuntur, decernit san- ,, cta synodus, ut, si quando justis, gravibus, & fere necessariis sua- ,, dentibus causis, aliquos honorariis titulis Protonotariatus, Acolytha- ,, tus, Comitis Palatini, Cappellani Regii, aut aliis hujusmodi in Ro- ,, mana Curia, vel extra insignibus decorandos esse placuerit; necnon ,, alios cuicumque Monasterio oblatos, vel quomodocumque addictos aut ,, sub nomine servientium Militiis, seu Monasteriis, Hospitalibus, Col- ,, legiis, aut quocumque alio titulo assumi, nihil ex his privilegiis de- ,, tractum esse Ordinariis intelligatur, quo minus ii, quibus ea jam con- ,, cessa sunt, vel imposterum concedi contigerit, ipsis Ordinariis tam- ,, quam Apostolicæ Sedis delegatis, plene in omnibus, & quoad Cappel- ,, lanos Regios, juxta Constit. Innoc. III. quæ incipit -- *Cum Cappella* -- ,, subjecti existant; exceptis tamen iis, qui prædictis locis, aut militiis ,, actu serviunt, & intra eorum septa, ac domos resident, subque eorum ,, obedientia vivunt, sive iis, qui legitime, & secundum regulam ea- ,, rumdem militiarum professionem fecerint, de qua Ordinario constare ,, debeat; non obstantibus privilegiis quibuscumque, etiam Religionis ,, Sancti Joannis Hierosolymitani, & aliarum militiarum.

Post

Post hoc Tridentini Decretum prodiit Constitutio san. mem. Gregorii XIII. la 67. Bullar. Roman. tom.2. præscribens, quod inservientes Religioni Hierosolymitanæ, ut exemptione ab episcopali jurisdictione fruantur, sequentes qualitates habere debeant, nimirum, ut actu inserviant, ut resideant intra Domos, & septa Ordinis, ut sub ejusdem Ordinis obedientia vivant, ut professionem emiserint, & demum, ut prædictas omnes qualitates coram Ordinario verificaverint, uti tradunt *Fagnan. in cap. Qui Presbyterum num.46. 91. & 99. de pœnit. & remiss. Monacell. tom.4. in supplem. ad 3.tom. num.59. pag.105. Pignatell. consult.22. tom.2. & Rot. dec.120. num.16. cum seqq. part.18.*

Isti autem Pontificiæ sanctioni inhærens Supremum hoc Tribunal *in Matheranen. Jurisdictionis*, cum ab Archiepiscopo fuisset expositum, nonnullas in Civitate, & suburbiis Matheræ reperiri Ecclesias Religioni Hierosolymitanæ commendatas, atque in eis a Commendatario deputari Sacerdotes, qui Sacristæ, Cappellani, aliaque hujusmodi munera ibi ad tempus exercentes, & in Domibus prædictarum Ecclesiarum ad libitum commorantes prætendebant, ab Ordinarii jurisdictione exemptos esse, discussis Dubiis - I. An antedicti temporanei Cappellani, Sacristæ &c. sint exempti a jurisdictione Ordinarii. II. An quatenus dicti Cappellani, & Sacristæ formaliter residerent in Domibus spectantibus ad Religionem, si quando extra illas in loco subjecto Archiepiscopi jurisdictioni delinquant, possint ordinaria authoritate puniri -- *die 8. Februarii 1659. rescripsit* -- Ad primum: Non gaudere, nisi concurrentibus requisitis juxta declarationem alias editam. Ad secundum: Suppositis requisitis, gaudere -- *ut in lib.21. Decr. pag.533. & seq.*

Et consentanee ad hæc in *Oritana*, in qua consimilis exemptio asserebatur a nonnullis Sacerdotibus Ecclesiæ Cathedralis vigore literarum patentalium a Vicario Commendæ SS. Mauritii, & Lazzari obtentarum, eadem Sacra Congregatio, non obstante, quod Militia S. Lazzari a S. Pio V. in sua Constitutione 28. §.13. exequuta fuerit Religioni Hierosolymitanæ, ad Dubium -- *An Officiales Patentati Commendæ SS. Mauritii, & Lazzari sint exempti a Jurisdictione Ordinarii* - die 7.Septembris 1726. respondit - *Negative - ut in lib.76. decr. pag.475.*

His igitur ponderatis, necnon juribus, quę circumferentur, onus erit Eminentiarum VV. definire.

I. An Cappellanis, & Clericis respective Ecclesiæ Ven. Commendæ Sancti Joannis in Fonte de Padula, aliarumque Ecclesiarum Commendarum existentium in Diœcesi Caputaquensi competat exemptio a Jurisdictione Ordinarii ejusdem Diœcesis in casu &c.

II. An simplicibus patentatis ejusdem Sacræ Religionis in eadem Diœcesi competat eadem exemptio in casu &c.

Negative ad utrumque, nisi concurrentibus requisitis ad formam Constitutionis Gregorianæ, & amplius.

MURANA MANSIONARIÆ. In Cathedrali Ecclesia, quæ constat ex quinque Dignitatibus, duodecim Canonicis, & octo Mansionariis, viget Statutum anno 1675. conditum, synodalibus sanctionibus, veterique, ut asseritur, usu confirmatum, quod cap.7. præscribit, eum dumtaxat ad Mansionarias esse eligendum, qui „ cæteris paribus, sia Prete seniore del Clero, ben versato nel canto Gregorio, sopra del quale dovrà essere strettamente essaminato, sia per riuscire utile, e fruttuoso alla Chiesa nel confessare, ed habbia frequentato il servizio della Chiesa. *Sess.24. c.12. de Ref.*

Hujus statutariæ legis vigore ad unum ex dictis Mansionariis, quam vocant Carusianum, Sacerdos Joseph lo Pilato, veluti solus, qui in cantu Gregoriano peritus esset, a Capitulo prædictæ Ecclesiæ sub initium anni 1732. electus fuit; subindeque, cum ejusmodi electioni sese opposuissent nonnulli Presbyteri contendentes, dictam Mansionariam ipsis uti senioribus ex Clero conferendam esse, Vicarius Generalis, prævio ejusdem Josephi examine super scientia cantus, cui præfati Presbyteri, utpote illum minime callentes noluerunt subiici, sub diem 3. Aprilis 1732. sua definitiva sententia pronunciavit „ enunciatum Sacerdotem Josephum lo Pilato can- „ tus Gregoriani Magistrum fore, & esse admittendum ad Mansionariam „ Carusianam &c. & de Mansionaria prædicta investiendum, ac in Man- „ sionarium Carusianum recipiendum, & in possessionem ejusdem immit- „ tendum.

Appellatione autem adversus hanc sententiam interjecta, præfati Sacerdotes litem prosequentes coram supremo hoc Tribunali, cui illius decisio ab Eminentissimo Pro-Auditore Sanctissimi ad instantiam dicti Josephi commissa fuit, propugnant, controversam electionem irritam, & injustam esse sub eo potissimum fundamento, quod afferta Mansionaria Presbytero antiquiori conferri debeat juxta legem, quam Fundator Joannes Innocentius Carusius ei adjecit in hæc verba -- „ Secondo in accrescimento ancora „ dello stesso culto divino assegniamo altri scudi 400. da formarsene, ed „ erigersene una Mansionaria; cioè, che quotidie, ed ogni giorno debba „ intervenire un Sacerdote in Coro alla recitazione de' Divini Officj „ coll' altri del Rev. Capitolo coll' obligo di celebrare una Messa il mese „ per l' anima nostra, e de' nostri padre, e madre, e mancando dalla re- „ citazione, vogliamo, che l' emolumento di quel giorno debba conver- „ tirsi similmente in celebrazione di Messe; e la deputazione del detto „ Mansionario Sacerdote debba farsi dal medemo Capitolo di quello, che „ sarà più vicino, e prossimo ad entrare nel numero de' Partecipanti „ Capitolari.

At memoratus Joseph, præmisso in facto, quod controversa Mansionaria erecta fuit in augmentum Divini cultus sub onere interveniendi in Choro una cum aliis Capitularibus Divinorum Officiorum celebrationi, quodque regulæ omnes, præscriptæque conditiones pro assequutione aliarum Mansionariarum debent itidem concurrere in eo, qui ad Mansionariam Carusianam aspirat, juxta Constitutiones Synodales, ubi post relatas supradictas conditiones ita cavetur -- *Queste stesse regole, e condizioni si osserveranno nell' elezione del Mansionario Carusiano* -- concludit, quod tam ex mente Fundatoris, quam ex lege synodali ad assequutionem dictæ Mansionariæ requiratur peritia cantus Gregoriani, ita quidem, ut ipse modulandi rationem optime callens ad enunciatam Mansionariam fuerit valide, & juste electus, cæteri vero licet antiquiores jure, ac merito ob cantus imperitiam exclusit.

Hæc sunt ea, quæ in facto utrinque adducuntur; Cæterum in Jure notandum occurrit, quod, cum præcipuum Canonicorum, & Beneficiatorum munus sit Divina Officia in Ecclesia solemniter canere, tenentur ii sub lethali culpa addiscere cantum, quo possint munus suum recte obire, vel Canonicatus, & Beneficia jam obtenta dimittere, ad Textum in *can. Non est putanda 1. quæst. 1. & in cap. Nisi cum pridem §. Pro defectu de renunc. Navar. in comment. de Orat. & Hor. Canonic. cap. 16. num. 30. Garz. de Benef. part. 3. cap. 2. num. 113. Pignatell. consult. 21. num. 6. tom. 8. Scarfant. ad Ceccoper. lucubr. canonic. tom. 1. lib. 2. tit. 9. in animadvers. n. 11.*, alias possunt ab Episcopo ad cantum Gregorianum addiscendum compelli subtractione non solum distributionum quotidianarum, sed etiam fructuum Præbendalium, uti cum aliis tradit *Scarfant. loc. cit. n. 47.*

Immo

Immo, si ex peculiari Ecclesiæ consuetudine, statuto, aut fundationis lege cantus Gregoriani peritia requiratur ad Canonicatuum, vel alterius Beneficii assequutionem, qui ea carent, nequeunt illa obtinere, ex Textu *in cap. Significatum de præben.*, & docent *Innoc. in cap. Cum in cunctis n.1. vers. Cantor autem*; *Hostien. ibid. sub num.12. vers. Cantor autem de elect. & cum aliis Gonzal. ad regul.8. Cancell. Gloss.9.* §.1. *n.3.*, & capitulum legitime contradicit, si nolit eum admittere, qui super eodem cantu, prævio examine, approbatus non fuerit; secundum ea, quæ ad rem notat *Scarfant. ad Ceccoper. lib.4. tit.9. n.44.*

His autem addi possunt plura Sacræ hujus Congregationis Rescripta, quæ ad decisionem præsentis controversiæ nonnihil conferre videntur, *in Andrien.* 14. Martii 1620. editum fuit hoc Decretum -- *Episcopum debere omni studio, & diligentia eniti, ut prædicti omnes cantum addiscant, atque in eos, qui in Choro, prout tenentur, non psallunt, procedere posse etiam per subtractionem quotidianarum distributionum -- ut in lib.*12. *dec. pag.*30. & 40.

In *Parmen. Consortii*, cum disceptatum fuisset, num sustineretur Decretum, quo Episcopus præcipiebat, ut Presbyteri tam admissi, quam admittendi ad consortium Cathedralis Ecclesiæ infra sex menses cantum Gregorianum tenerentur addiscere sub pœna scutorum vigintiquinque Sacristiæ ejusdem Ecclesiæ applicandorum, iidemque, si infra alios sex menses instructi sufficienter in dicto cantu non redderentur, privari deberent etiam distributionibus quotidianis, die 11. Maii 1669, prodiit Resolutio - *Affirmative* - ut in *l.26. decr. p.*223.

Verum, reproposita Causa sub hisce Dubiis -- I. An, & quomodo pœna sit moderanda. II. An dictus terminus sit prorogandus. III. An applicatio pœnæ sit facienda Locis Piis. IV. An omnes æqualiter teneantur, vel tantum Guardachori, Mansionarii, Hebdomadarii, & Diaconi. V. An pœna intelligatur de scutis aureis, vel monetæ. VI. An examen sit faciendum coram Episcopo, vel coram personis Deputatis -- die 24 Jan. 1671. rescriptum fuit -- Ad I. Delendam esse pœnam in primo semestri; ad secundum semestre apponendam pœnam admissionis distributionum futurarum. Ad II. Provisum ut supra. Ad III. Affirmative. Ad IV. Teneri omnes. Ad V. Provisum ut supra in primo. Ad VI. Relinquendum esse arbitrio Episcopi quoad ipsius assistentium; examen vero faciendum a peritis -- ut in *lib.*27. *Decr. pag.*2. & 3.

In Causa *S. Marci*, conquerentibus Canonicis Cathedralis Ecclesiæ, nimium onerosa esse ea, quæ Episcopus pro recto Ecclesiæ suæ regimine præscripserat, plura discussa fuerunt in S. Congregatione Dubia, inter, quæ cum propositum fuisset VI. ita conceptum *An Capitularibus sit injungendum novum onus cantus Gregoriani in recitandis Horis Canonicis* -- eadem S. Congregatio die 13. Aprilis 1720. respondit -- *Affirmative juxta modum insinuatum ab eodem Episcopo -- ut in lib.*70. *Decr. pag.*132.

In Larinen. Decretorum Synodalium, habita per Episcopum anno 1728. Diœcesana Synodo, delataque de pluribus Decretis in ea editis querimonia ad hanc S. Congreg. à Presbyteris duarum Ecclesiarum videlicet S. Mariæ in Sylvis, & S. Mercurii, inter cætera disceptatum fuit hoc Dubium -- An admissio Presbyterorum ad portionem sit facienda jure solum antiquitatis; an vero potius juxta Decretum Synodi sit facienda per concursum, prævio examine, & cum probatione de peritia cantus Gregoriani, servitio Ecclesiæ præstito per triennium, & continuo accessu per triennium ad collationes de quæstionibus moralibus -- eique die 30. Augusti 1732. responsum fuit -- Negative ad primam partem, & affirmative ad secundam -- ut in *lib.*82. *decr. pag.*414.

In

InConversanen. autem Participationis. Joanne Baptista Franco Presbytero antiquiore Collegiatæ Ecclesiæ Terræ Turri sese opponente admissioni a Capitulo factæ de Stephano Paula juniore contra Ecclesiæ statutum præscribens, Sacerdotes servitio dictæ Ecclesiæ adscriptos ad participationem admitti debere juxta eorum antianitatem, S. Congreg propositis binis hisce Dubiis -- I. An admissio Stephani de Paula ad portionem, & respective participationem Massæ communis Ecclesiæ Collegiatæ Terræ Turri facta a Capitulo dictæ Ecclesiæ sustineatur; vel potius admitti debuerat Joannes Bapt sta Franchus in casu &c., *& quatenus negative quoad primam partem*. II. An, & cui fructus sint restituendi a tempore admissionis dicti Stephani in casu &c. -- die 28. Novembris 1712. rescripsit -- Ad I. Negative quoad primam partem, & affirmative quoad secundam. Ad II. Negative, & amplius -- ut in *lib.61. Decr. pag.*527. At illo in casu nulla de peritia cantus Gregoriani acta fuit contentio, vel habita ratio, quippe, quæ neque a statuto, neque a consuetudine requiri praeferebatur.

His igitur perspectis unacum Episcopi relatione, & Juribus in utramque partem afferendis, ab Eminentiis VV. rescribendum erit.

I. An electio Josephi lo Pilato sustineatur; *& quatenus negative*.

II. An admissio Presbyterorum ad Mansionariam Carusianam sit facienda juxta fundationem. vel potius juxta cap.22. Appendicis Synodi

III. An admissus ad Mansionariam Carusianam juxta fundationem, & sine peritia cantus Gregoriani, deinde admitti debeant ad Mansionariam Capitularem absque concursu, & examine super eodem cantu in casu &c.

Ad I. Affirmative. Ad II. & III. Provisum in primo.

Sess.22. c.6. de ref.

CAMERINEN. CAPPELLANIÆ. Petrus Franciscus Pellegrinus hæredibus, quos in Testamento sub annum 1645. condito ex asse scripserat, præcepit, ut eligerent Presbyterum ad nutum amovibilem, qui sub annuo stipendio scutorum quinquaginta Missam in Ecclesia Collegiata S. Mariæ Oppidi Mathelicæ ad Altare perpetuo privilegio insignitum singulis diebus celebraret, deindeque, relictis annuis scutis quinque sacro ejusdem Ecclesiæ Vestiario, hanc adjecit legem „ quod prædicti sui hæ„ redes, & successores ab onere dictarum annuarum solutionum sese om„ nino liberare possint, solvendo eidem Presbytero tantam pecuniæ quan„ titatem, quæ annuatim reddat prædictas annuas responsiones, & decla„ ravit, quod prædicta summa ab eodem Presbytero in actu solutionis „ investiri debeat in tot Locis Montium non vacabilium, cum expresso „ tamen consensu prædictorum suorum hæredum, qui, facto semel inve„ stimento, censeantur, & sint totaliter a prædicto onere exempti, & „ liberati, fructusque inde proveniens cedere debeat ad favorem præfati „ Cappellani, & Sacristiæ perpetuo, & pro rata, ut supra.

Ad normam hujus testamentariæ dispositionis Patres Carmelitæ excalceati, quibus ex transactione annn 1706. inita cum Fratribus de Mancinfortibus hæredibus D. Petri Francisci incumbit onus satisfaciendi prædicto Missarum legato, per septem subsequentes annos celebrationem dictæ Missæ quotidianæ Presbytero seculari commiserunt, sed postmodum Sacerdos ex eadem Religiosa Familia hoc onus consuevit adimplere. Verum quia Capitulum præfatæ Collegiatæ modo contendit, ad istius Missæ celebrationem Presbyterum secularem, non autem regularem a dictis Patribus mittendum esse, hinc orta est controversia sub infrascripto Dubio decidenda.

Patres Carmelitæ ideo autumant, sibi jus esse deputandi unum ex suis Sacerdotibus, quia non agitur de Cappellania Ecclesiastica, qua utpote Beneficio

ficio seculari ipsi sint incapaces, juxta Textum *in cap. Cum de Benefi io de Præben. in 6.* sed de Cappellania solum naturam legati pii cum onere Missarum habente, quæ a Regularibus retineri potest, illiusque onus nedum in propriis Ecclesiis, sed etiam in Ecclesiis Secularibus per Sacerdotem Regularem adimpleri non prohibetur, uti accurate distinguit *Eminentiss. Petra ad Const. 6. Gregorii XI. num. 18. & seqq. tom. 4.*, & resolvit Sacra Congregatio *in Militen Cappellaniæ 27. Novemb. 1694*, *11. Junii 1695. & 1. Decemb. 1696. lib. 44. Decr. pag. 571. lib. 45. pag. 340.*, *& lib. 46. pag. 483.* Adduntque præterea, quod, sicuti a Testatore tributa fuit hæredibus facultas Sacerdotem sibi benevisum, & ad eorum nutum amovibilem eligendi pro celebratione dictæ Missæ, ita ipsis quoque, in quos assertum onus vi memoratæ transactionis translatum fuit, par facultas esse debeat deputandi ad sui libitum aliquem ex suis Sacerdotibus, a quo præmisso oneri satisfiat.

Contra vero Capitulum duo potissimum animadvertenda proponit, alterum, quod fundator Cappellaniæ, de qua agitur nullam prorsus habuit rationem Patrum Carmelitarum, qui haudquaquam fuerunt ab eo vocati ad hæreditatem, nec ad jus eligendi Cappellanum, sed quidquid juris hodie est penes dictos Patres, manavit a cessione, eis facta per Fratres de Mancifortibus juxta enunciatam transactionem. Alterum, quod idem Fundator, dum permisit, ut sui hæredes, & successores ab onere dictarum annuarum solutionum se penitus liberare possent, solvendo eidem Presbytero tantam pecuniæ quantitatem, quæ annuatim redderet prædictas annuas præstationes, satis aperte indicaverit, ejus mentem fuisse, quod Cappellania obtineri semper deberet a Presbytero seculari, non autem regulari, cui utpote Bonorum incapaci ejusmodi assignatio non conveniret, quemadmodum in casu aliquam cum isto affinitatem habente, resolvit Sac. Congregatio *in Romana Cappellaniæ 6.* Decembris 1732. ubi ad Dubium: „ An „ electio Cappellani facta per Patres S. Mariæ in Porticu in persona P. Puc„ cetti sustineatur, vel potius teneantur eligere alium Sacerdotem secula„ rem in casu &c. - editum fuit rescriptum Negative ad primam partem, „ & affirmative ad secundam -- ut in *lib. 82. Decr. pag. 575.* Sed ibi præter relatam circumstantiam plura alia argumenta visa fuerunt manifestum facere Testatorem voluisse Cappellaniam conferri Presbytero seculari, quamvis Missæ essent celebrandæ in Ecclesia Regularium.

Dignabuntur itaque EE. VV. definire.

An Missa quotidiana relicta a Petro Francisco Pellegrino in Ecclesia Collegiata celebrari debeant per Sacerdotem secularem, vel potius celebrari possit etiam per Regulares arbitrio PP. Carmelitarum excalceatorum mittendos in casu &c.

Negative quoad primam partem, & affirmative quoad secundam,

ASCULANA ERECTIONIS BENEFICII. Suppressis anno 1671. Oratorio Sancti Philippi Nerii, & Societate Sancti Angeli in Oppido Offidæ olim existentibus eorum Bona, quæ prius in administrationem Sacerdoti tradita fuerant, mox Seminario unita, & ab isto tandem dimissa Episcopus de Gambis sub annum 1711. assignavit pro dote simplicis Beneficii a se erecti sub invocatione. S. Philippi Nerii cum onere Missæ, quotidianæ, quo eadem Bona jampridem affecta reperiebantur; at hujusmodi erectionis validitatem impugnante communitate præfati Oppidi, ne dicta Bona a solutione Collectarum, aliorumque onerum quibus antea subjecta erant, eximantur, cognitio controversiæ inde exortæ ab Eminentissimo Pro-Auditore Sanctissimi supremo huic Consessui commissa fuit. *Sess. 24. c. 6. & Sess. 25. cap. 4. de ref.*

Mo-

Momentum Causæ in eo potissimum versari videtur, num Episcopus erigendo controversum Beneficium ex Bonis prædictis, quidquam fecerit, quo pia voluntas Fundatorum Oratorii, & Societatis, ad quæ illa spectabant, dici debeat in substantialibus immutata; Etenim commutatio piarum voluntatum ita reservata est summo Pontifici, ex Textu *in Clem. quia contingit. de Religios. domib.*, *ubi Glos. in verb. Sedis Apostolicæ*, ut Episcopi possint quidem, & debeant rectæ earum executioni incumbere, atque locis piis idoneos Administratores deputare, juxta citatum Textum *in Clem. Quia contingit. de* §. *Ut autem*, & Sacrosanctum Concilium Tridentinum *sess.22. cap.9. de ref.* sed nequeant suprema Testatorum judicia commutare, & Bona locis piis relicta ulli in beneficium concedere, uti expresse sancivit Clemens V. in eadem *Clem. Quia contingit.* §. *Ut autem* ibi: „ Nullus ex locis ipsis secularibus Clericis in beneficium conferatur, „ etiamsi de consuetudine (quam reprobamus penitus) hoc fuerit observatum; nisi in illorum fundatione secus constitutum fuerit, seu per electionem sit de Rectore locis hujusmodi providendum.

Et reipsa Sacra Congregatio in *Acernen. Commutationis Voluntatis*, cum Episcopus authoritate ordinaria Hospitale quoddam in Beneficium de jurepatronatus Familiæ de Pepe erexisset Præsides vero Civitatis de hujusmodi erectione conquererentur die 2. Maii 1693. declaravit, eam nullam, atque irratam esse, ut in *lib* 43. *decr. pag.*221. cumque subinde idem Episcopus hoc Rescripto non expresso in precibus Sanctissimo porrectis, pro ejusdem Hospitii erectione in Cappellaniam cum onere Missarum institisset, & die 16. Januarii 1694. reportasset gratiam per literas Apostolicas in forma Brevis expeditas reclamante iterum Communitate, propositum fuit Dubium: „ At gratia erectionis Hospitii in Cappellaniam ab Episcopo obtenta cum inde secutis sustineatur „: cui eadem Sacra Congregatio die 19. Junii 1694. respondit -- *Negative* -- ut in *lib.*44. *Decr. pag.*289.

Verum superest ponderandum, an ea, quæ hactenus in jure adnotata sunt, locum sibi vindicare possint in præsenti hypothesi, ubi agitur de Beneficio erecto non quidem ex Hospitali, aut alio loco pio, sed ex Bonis Oratorii, & Confraternitatis jam dudum suppressorum, quæ deinceps præmisso tantum oneri Missæ quotidianæ obnoxia remanserunt, adeout, cum in præfata Beneficii erectione idem onus adjectum fuerit, nulla inde commutatio voluntatis facta videatur, sed ejus adimplemento per electionem Rectoris satius consultum, uti colligitur ex d. §. *Ut autem*, ejusdem Clementin. *Quia contingit*.

Modernus Episcopus in literis ad Sacram Congregationem datis sententiam suam hisce verbis aperuit: „ Quantum vero pertinet ad prætensam nullitatem erectionis Beneficii &c. nil aliud mihi subjungendum remanet, „ quam quod dictus bon.mem.de Gambis æquæ ac justæ ad tenorem dispositionis Sacri Concilii Tridentini erexit Beneficium prædictum, commutando voluntatem piorum benefactorum, eo maxime sub fundamento, quod Bona antedicta legata erant pro fundatione, & erectione loci pii cum onere celebrationis Missarum, nec erat amplius locus erectionis Oratoriis, attenta nimia tenuitate fructuum, ut supra relictorum, prout aperte agnitum fuit a dicto bonæ memoriæ de Gambis occasione unionis per ipsum factæ de dictis Bonis favore hujus Ven Seminarii permittendo eidem liberam dimissionem eorumdem Bonorum, cum compertum fuerit, dictam unionem nimis damnosam; idcirco, ne Animæ piorum Benefactorum debitis defraudarentur suffragiis, dictum Beneficium ut supra fundare curavit, habito etiam maximo respectu, quod Bona pro dote eidem assignata in progressu modici temporis penitus annihilarentur tamquam maxime gravata a Collectis Cameralibus.

Per-

Perpensis igitur tam his, quam aliis rationum momentis, quæ in utramque partem afferentur, non gravabuntur EE. VV. statuere.

An erectio Beneficii, seu Cappellaniæ Sancti Philippi Nerii sustineatur in casu &c.

Affirmative.

PERUSINA CATHEDRATICI. Ad dirimendas contentiones inter Episcopum, & Clerum tam Urbanum, quam suburbanum Civitatis Perusiæ super Cathedratici solutione exortas, inspectis his, quæ alias deducta fuerunt in foliis dierum 8. Maii superioris anni in *Maceraten. Cathedratici* 22. ejusdem mensis in *Asculana Cathedratici* 24. Junii in *Firmana Cathedratici*. 18. Decembris dicti anni in *Assisien. Cathedratici*, & 21. Maii labentis anni in *Cassanen. Cathedratici*, nec non ponderatis juribus utrinque circumferendis; dignabuntur EE. VV. respondere Dubiis, quæ mox indicantur. Sess. 24. c. 13. de ref.

I. An Cathedraticum debeatur Episcopo ab Ecclesiis existentibus in asserta quasi possessione centenaria, vel immemorabili illud non solvendi, *& quatenus affirmative*.

II. An debeatur juxta Concilium Romanum, & taxam in eo præfinitam, sive potius juxta asserta Decreta Synodalia Cardinalis Torres anni 1632. & Episcopi de Bobus anni 1726. *& quatenus affirmative quoad primam partem*.

III. An debeatur ab illis Ecclesiis, quæ Episcopo annuatim persolvunt canones in aliqua re.

IV. An ex Beneficiis unitis debeatur unum, vel plura cathedratica.

V. An Cathedraticum sit solvendum a Rectoribus Ecclesiarum Parochialium Civitatis, & Suburbiorum Perusiæ, uti asserto unico corpore, seu potius ab uno quoque ex eis.

VI. An, & a quo debeatur Cathedraticum pro ecclesia S. Luciæ Civitatis Perusiæ.

VII. An a solutione cathedratici sint detrahenda onera Missarum, ceteraque onera Beneficiis annexa in casu &c.

Ad primum affirmative. Ad secundum affirmative quoad primam partem. Ad tertium affirmative, Ad quartum providebitur in casibus particularibus. Ad quintum negative quo ad primam partem, & affirmative quoad secundam. Ad sextum deberi ab Oeconomo ex bonis ejusdem Ecclesiæ. Ad septimum negative.

NUSCANA SEPULTURÆ. Confratres Societatis Sanctissimi Rosarii existentis in Parochiali Ecclesia S. Nicolai Oppidi Montellæ, quam san. mem. Leo X. univit alteri parochiæ S. Mariæ *del Piano*, a se in Collegiatam erectæ cum ecclesiam prædictam S. Nicolai in ampliorem formam redegissent, plurimumque propriis sumptibus exornassent, sub annum 1719. facultatem sibi in eadem ecclesia sepulchrum construendi ab Episcopo Nuscano postularunt: ejus autem Vicarius Generalis ita decrevit: „ Liceat, & licitum sit Confratribus Ven. Societatis Sanctissimi Rosarii „ erectæ in Parochiali Ecclesia S. Nicolai Terræ Montellæ construere sepulchrum pro ipsis confratribus tantum, adeout in eo nemo præter „ confrates ad sepulturam recipi valeat; salvis tamen juribus parochia- Sess. 25 c. 13. de ref.

„ libus ita ut per præsens beneplacitum nullum præjudicium intelligatur
„ illatum prædictis juribus parochialibus.

Ad normam hujus Decreti ea parte Ecclesiæ per dictos Confratres ampliata petitum sepulchrum extructum fuit, sed usque ad annum 1729. tectum stetit sub pavimento, & absque sepulcrali lapide; quo subinde apposito, palam apparuit in præmissum finem constitutum. Postea vero, nempe sub annum 1741 cum Salvator de Nanna dictæ Societati adscriptus, atque Parochiali jure Ecclesiæ S. Nicolai subjectus se in eo tumulari præcepisset, ejus obitu secuto, se opposuit Capitulum Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ *del Piano* contendens, illius Cadaver tumulandum esse in dictâ Collegiata, minime vero in præfato sepulchro a Confraternitate novissime extructo, eo nimirum sub obtentu, quod Ecclesia Collegiata S. Mariæ sit universalis præfati Oppidi Parecia, quodque assertum sepulcrum absque ejusdem Capituli consensu fuerit invalide erectum, cumque super hac controversia judicium fuisset institutum coram Vicario Generali, decrevit illud per modum provisionis, & citra præjudicium jurium partium, ut donec lis super meritis definita foret, cadaver Salvatoris in veteri sepulcro Ecclesiæ S. Nicolai deponeretur.

Ab hoc provisionali Decreto appellavit Capitulum ad Metropolitanam Curiam Salerni, a qua tamen, prævia illius confirmatione, causa fuit remissa ad eumdem Ordinarium Nuscanum ex cujus consensu tam Capitulum, quam Confratres ad celerius dirimendam quamlibet contentionem satius duxerunt supremum Sacræ hujus Congregationis Oraculum super tribus Dubiis infra describendis exquirere.

His ita in facto præhabitis, quæ ab Episcopo in sua relatione novissime transmissa comprobantur, non abs re est in jure adnotare, quod unicuique præsertim Fundatori, seu Benefactori Ecclesiæ, & signanter piis Laicorum Societatibus ex justa, & legitima causa, & salvis juribus parochialibus, potest Episcopus tribuere facultatem extruendi sepulcra pro suis Confratribus in propriis Ecclesiis, aut Oratoriis, secundum ea, quæ per *Text. in can. Eccles.* 13. *quæst.*1. *tradunt. Passerin. de stat. homin. tom.*2. *quæst.*187. *art.*4. *n.*367. *Samuel. de Sepult. tract.* 1. *disp.*3. *contr.*8. *n.*1. *Amostaz. de caus. piis lib.*6. *cap.*7. *num.*9. & 10. *Monacell. par.*1. *tit.*6. *form.*11. *num.*25. *Bassi de Sodalit. quæst.*5. *num.*1. *Rot. in Romana Oratorii* 13. *Januarii* 1698. §. *Nullum igitur præjudicium cor. Priol. impress. post Antonell. de jur. & oner. Cleric. dec.*17. idque etiam confirmatur tum ex Decreto Sacræ Congregationis Episcoporum; & Regularium negotiis propositæ in *Capuana* 30. Maii 1629. relata per *Samuel. de Sepul. elect. tract.*1. *contr.*5. *concl.*4. tum ex resolutionibus supremi hujus Tribunalis in *Neapolitana Sepulcri* 30. *Septembris* 1712. *in Portugallen.* 11. *Januari* 1727. *lib.*77. *Decr. pag.*1. & *in Valven. seu Sulmonen.* in quarum postrema cum disceptatum fuerit Dubium ita conceptum „ An liceat in eadem
„ Ecclesia habere sepulcra, & respective possint cadavera tumulari absque
„ licentia Parochi, & in præjudicium jurium parochialium -- die 10.
„ Maii 1717. rescriptum fuit -- Licere habere Sepulcra, accedente li-
„ centia Episcopi, ac posse in eis cadavera tumulari, si eligatur sepultu-
„ ra, absque licentia Parochi, sed salvis juribus parochialibus „: ut in *lib* 77. *Decr. pag.*277.

Hinc autem sequitur, quod singuli Sodales prædictis Confraternitatibus adscripti possunt in earumdem Confraternitatum Ecclesiis, seu Oratoriis sepulturam sibi eligere, si in eis sepulcrum pro Confratribus legitime constructum fuerit, ibique ipsorum cadavera, soluta Parocho quarta funerali, sunt tumulanda, ad notata per *Samuel. de Sepult. tract.*1. *disput.*5. *contr.*10. *per tot. Marchett. eod. tract. tit.*38. §.2. *num.*64.; *Bassi de Sodalit. quæst.*5. *num.*5., *Rot. dec.*17. *num.*9. *post Antonell. de jur. & oner. Cleric.*

ric., adeout alio in loco recondita exhumari debeant, atque Ecclesiis, ubi electa fuit sepultura, restitui juxta Rescriptum *Alexandri III. in cap. Cum liberum sit de Sepult. & Bonifacii VIII. in cap. Animarum eod. tit. in 6.*, nec non resolutiones a Sacra Congregatione editas *in Lunen. Sarzanen. Restitutionis Cadaveris* 28. *Novembris* 1711., *& in Sorana Funerum* 24. *Aprilis* 1723.

Secus vero est, si iidem Confratres absque sepulturæ electione decesserint, tunc enim sepeliendi sunt in Parochiali Ecclesia, uti tradunt *Sebast. de Medic. de sepult. q.*8. *num.*41. *Samuel. eod. tract. contr.*10. *concl.*1. *Matthæuc. De Official. Cur. Eccl. cap.*48. *num.*34. *Bellet. disquisit. Cleric. par.*1. *de Cleric. debit.* §.3. *num.*1. *&* 23. *Pignattell. tom.*1. *consult.*17. *n.*18. *& tom.*4. *consult.*216. *Genuens. in prax. Cur. Archiep. Neapolit. c.*61. *num.*6., *Sperel. dec.*87. *num.*18. *tom.*1. *Panimoll. tom.*1. *dec.*5. *annot.*3. *num.*53., & Sacra Congregatio *in Neapolitana electionis Sepulturæ* ad Dubium hisce verbis expositum: „ Se li Fratelli delle Confraternite si possino sepellire nella Sepultura della loro Chiesa, non facendo elezzione „ d'altra „: die 23. Februarii 1666. respondit -- *Negative* -- ut in *lib.*25. *Decr. pag.*39.

At si controversum sepulcrum censeretur in hypothesi illegitime constructum ob defectum consensus Capituli, tunc porro Societas nequiret in eo cadavera suorum Confratrum tumulare, juxta Rescriptum alias editum ab hac Sacra Congregatione in una *Nullius*, ubi, conquerente Parocho, quod nonnullæ Confraternitates absque præcedenti legitima facultate juris sepeliendi consuevissent in earum Oratoriis Confratrum cadavera tumulare, præpositum fuit hoc Dubium -- *An eisdem liceat* -- & die 17. Augusti 1652. responsum fuit -- *Non licere* -- ut in *lib.*19. *Decr. pag.*202.

Ex his igitur, aliisque juribus circumferendis decidere oportet.

I. An pro constructione novæ sepulturæ per Confratres Societatis Sanctissimi Rosarii Oppidi Montellæ factæ in Parochiali Ecclesia S. Nicolai satis fuerit licentia Episcopi, vel potius requireretur expressa licentia Capituli Ecclesiæ Collegiatæ S. Mariæ ejusdem Terræ.

II. An electio sepulturæ a dictis Confratribus Societatis Sanctissimi Rosarii fieri possit in prædicta nova sepultura specialiter constructa in dicta Parochiali Ecclesia Sancti Nicolai pro Confratribus ejusdem Confraternitatis.

III. An cadaver Salvatoris de Nenna loco depositi conditum in Sepultura veteri ejusdem Parochialis Ecclesiæ Sancti Nicolai sit exhumandum, & sepeliendum in d. nova sepultura ab eodem Salvatore electa, vel potius sit alio ferendum in casu &c.

Dilata ad primam post Reges.

Die Sabbathi 3. Decembris 1735.



Sess. 24. c. 4. de ref.

MEDIOLANEN. JURIM PAROCHIALIUM. Dubia, quorum decisio ad preces Canonicorum Coadiutorum Ecclesiæ Collegiatæ, & Parochialis Rhaudi, non retardata executione Decreti Vicarii Generalis, Dilata fuit, hodiernam expectant definitionem.

I. An, & quomodo Canonici Coadjutores Ecclesiæ Collegiatæ, & Parochialis Rhaudi teneantur obedire Præposito in eo, quod respicit exercitium curæ animarum, *& quatenus affirmative*; quomodo, & qua poena multari possint in casu contraventionis in casu &c.

II. An prædicti Coadjutores Canonici vocati pro explenda aliqua functione Parochiali teneantur statim accurrere ad Ecclesiam, nisi sint legitime impediti, & quatenus non accurrerent, possint a Præposito puniri, & qua poena in casu &c.

III. An, vocato Præposito pro aliqua functione Parochiali, ipse possit eam injungere alicui ex Coadjutoribus etiam in casu, quo non sit legitime impeditus in casu &c.

IV. An in concursu plurium functionum Parochialium eodem tempore explendarum possit Præpositus eligere illam, quæ sibi magis libuerit in casu &c.

V. An prædicti Canonici Coadjutores possint discedere, & abesse a Parœcia absque expressa licentia Præpositi; *& quatenus negative*.

VI. An teneantur prædicto Præposito allegare causam absentiæ, & impedimenti in casu &c.

VII. An liceat Canonicis Coadjutoribus edere Parochianis aliquam attestationem ad munus Parochiale spectantem, inconsulto Præposito, in casu &c.

Ad primum affirmative ad formam decreti Vicarii Generalis, moderata tamen poena in summa arbitrio Eminentissimi Archiepiscopi præfinienda. Ad secundum affirmative quoad primam partem; Quo vero ad secundam provisum in Superiori. Ad tertium Negative. Ad quartum affirmative. Ad quintum Negative. Ad sextum affirmative. Ad septimum negative.

Sess. 24. c. 1. & 4. de ref. Matr.

MATHERANEN. MATRIMONII. Cum Causa hæc descripta in Folio diei 30. Julii labentis anni proposita non fuerit, ejusque decisionem die Septembris proxime præteriti placuerit Eminentiis VV. ad hodiernam Congregationem differre, Margarita Scuri suas modo instaurat preces, ut tandem definiatur.

An constet de Matrimonio inter Octavium Antinori, & Margaritam Scuri, ejusque validitate in casu &c.

Affirmative, & amplius.

Sess. 25. c. 14. de Ref.

CREMONEN. QUARTÆ FUNERARIÆ. Contendentibus Parochis Civitatis Cremonæ præter Taxam a Vicario Generali sub annum 1704. juxta diversam morientium conditionem pro Funeribus constitutam, quamque a defunctorum Hæredibus accipere consueverant, sibi deberi etiam

ab Ecclesiis Regularium, ubi cadavera humanda sint, quartam partem funalium,, cerearumque facularum, quæ accenduntur die funeris, aliisque sequentibus diebus; & ex contrario authumantibus Regularibus, se nullam partem emolumentorum illius generis tradere Parochis debere, eo quia longe pinguior quarta funeraria esset ea portio, quam juxta memoratam taxam iidem Parochi exigunt disceptatum fuit hoc Dubium:
,, An Parochis Civitatis Cremonensis præter emolumenta in associatione
,, & susceptione cadaveris debeatur quarta etiam de intorticiis, & can-
,, delis, quæ circa cadaver, & in altaribus acenduntur die funeris, & in
,, aliis subsequentibus Officiis, quando cadavera tumulantur in Ecclesia
,, Regularium in casu &c. -- Die vero 9. Januarii 1734. prodiit Rescri-
,, ptum -- Præfigatur ab Episcopo terminus duorum mensium Parochis ad
,, declarandum, an velint stare taxæ, & consuetudini, vel potius, facta
,, collatione, consequi quartam partem quorumcumque emolumentorum
,, funeris ,, ut in *lib.*84. *Decr. pag.* ...

In obsequium hujus rescripti præfati Parochi solemnem emiserunt declarationem, qua se obligarunt conferre omnia quidem intorticia, quæ in associatione cadaverum, & occasione funeris percipiunt, minime vero candelas, quas ipsi præ manibus gestant, vel quæ Parochiali Cruci affigi, ac pro Missa Parochiali tradi solent, multoque minus pecunias, quas pro eleemosyna ejusdem Missæ parochialis juxta memoratam taxam anni 1704. Defunctorum hæredes persolvunt.

Verum quia Regulares existimant, prædicta omnia intorticia una cum pecuniis, aliisque emolumentis ad normam Resolutionis a Sacra Congregatione editæ conferenda esse, proindeque declarationi ut supra per Parochos exaratæ sese opponunt, ut nova controversia inde exorta dirimatur, infrascriptum Dubium supremo Eminentiarum VV. judicio discutiendum proponitur.

An stante resolutione per Sacram Congregationem edita die 9. Januarii 1734.
,, conferri debeat a Parochis dumtaxat intorticia, quæ accenduntur pro
,, associatione cadaveris ad Ecclesiam tumulantem, ac in eadem Ecclesia
,, accensa remanent circa cadaver juxta declarationem ab ipsis emissam;
,, vel potius conferendæ etiam sint tam candelæ, quæ a Parochis gestan-
,, tur, & illæ, quæ Cruci Parochiali affinguntur, quam eleemosyna,
,, aliæque candelæ, quæ pro Missa Parochiali eis traduntur in casu &c.

Affirmative quoad primam partem, negative quoad secundam.

JUVENACEN. SUSPENSIONIS, ET IRREGULARITATIS. Sacerdos Joseph Ronca cum pridie nonas Septembris proxime elapsi in Ecclesia Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Oppidi Terlitii Missam inchoasset, multis, qui dicta die utpote Dominica Sacrum audituri convenerant, adstantibus, post factam Hostiæ oblationem, repertis, urceolis vino vacuis, & Ministro hac, & illac frustra discurrente, ut vinum inveniret, post lapsum circiter horæ quadrantem, tœdio affectus ab Altari discessit, seque eadem die contulit ad celebrandum in Ecclesia Collegiata dictæ Terræ, perque plures insequentes dies a sacrificio Missæ non abstinuit, donec monitus ab Episcopo de incursu in suspensionem contentam in *Can. Nullus Episcopus de Consecrat. Distinct.*1. & consequenter in irregularitatem, eo quia suspensionis vinculo obstrictus celebrare non desierit, supplicem Sac. huic Congregationi porrexit libellum, quo opportunam absolutionem, atque dispensationem humillime postulavit. *Sess.22. Dec. de obser & evit in celeb. Missæ.*

At ejus precibus in superiori Confessu inter Summaria relatis, cum fuerit

rit excitata quæstio, num reipsa Orator pœnam suspensionis inciderit, proindeque ob secutam celebrationem contraxerit irregularitatem, ut id maturiori judicio definiretur, jusserunt Eminentiæ VV., causam describi in Folio.

Duo ad hanc rem pertinent Textus; Alter est in *Can. Nihil* 7. *quæst.*1. desumptus ex Concilio Tolentino septimo cap 2. cujus verba sunt hæc: „ Nihil contra ordinis statutum temeritatis ausu præsumatur, neque illa, „ quæ summa veneratione censentur, vel minimo præsumptionis actu „ solvantur; cum ad hoc tantum fieri jussa sunt, ne interrupta noscan- „ tur, vel languioris proventu robore salutis privetur natura. Non ergo „ fragilitati solum consulitur humanæ, sed etiam sacro honori Mysterio- „ rum Dei provida cavetur solicitudine. Censuimus ergo convenire, ut, „ cum a Sacerdotibus Missarum tempore Sancta mysteria consecrantur, si „ ægritudinis accideret quilibet eventus, quo cæptum nequeat consecra- „ tionis expleri Mysterium, sit liberum Episcopo, vel Presbytero alteri „ consecrationem exequi officii cæpti &c. Ne tamen, quod naturæ lan- „ guoris causa consulitur, in præsumptionis perniciem convertatur &c. „ Nullus absque proventu patentis molestiæ Minister, vel Sacerdos, cum „ cæperit, imperfecta officia præsumat omnino relinquere. Si quis hæc „ tempore præsumpserit, excommunicationis sententiam sustinebit.

Alter est in *can. Nullus Episcopus de consecrat. Distinct.*1. ex Synodo Romana sub Zacharia Papa *cap.*13., & 14. ita statuens: „ Nullus Episcopus, „ Presbyter, aut Diaconus ad Solemnia Missarum celebranda præsumat „ cum baculo introire, aut velato capite Altari Dei assistere, quoniam „ & Apostolus prohibet, viros velato capite orare in Ecclesia, & qui te- „ mere præsumpserit, communione privetur. Cum vero ingressus fuerit „ Episcopus, aut Presbyter ad Missarum solemnia celebranda, nisi passio „ aliqua intervenerit, nullo modo audeat data oratione recedere, ut ab „ alio Episcopo, vel Presbytero Missarum solemnia suppleantur, sed qui „ initium ponit, suppleat usque in finem, quia scriptum est, qui per- „ severaverit usque in finem hic salvus erit. Si quis vero præsumpserit, „ præter quod posuimus, agere, a sacro Corpore, & Sanguine D. nostri „ Jesu Christi sit suspensus.

Ex binis hisce textibus duplex ad rem presentem oritur quæstio; prior nempe, an utraque pœna excommunicationis, & suspensionis a Divinis in iis alternatim contenta sit latæ, uti dicitur, sententiæ, vel potius ferendæ tantum; secunda vero, num pœne prædictę incurrantur tam ab eo, qui Missam relinquit imperfectam, consecratione peracta, quam ab illo, qui ante istam, sed post Offertorium ab Altare discesserit.

Porro in d. *Can. Nihil*. Verba illa „ Si quis hæc temerare præsumpserit, „ excommunicationis sententiam sustinebit „ Cum sint futuri temporis, non pœna latæ sententiæ, sed ferendæ tantum importare videntur, ut contra *Arcbidiacon. in d. Can. Nihil.*, *&* *Diaz. in pract. crim. can c.*46. sentiunt *Navar. cap.*16. *de orat. num.*86., *Sylvester. verbo Eucharistia* 2. *quæst.*7. *Azor. part.*1. *lib.*10. *cap.*32. *quæst.*2. *Dicastill. de Sacram. tract.*5. *disput.*4. *dub.*13. *num.*252. *Pax Jordan. lib.*1. *lucubrat. lib.*4. *tit.*1. *n.*339. *&* *alii plures congesti per Pasqualig. de Sacrif. nov. leg. tract.*1. *quæst* 189. *num.*2. cumque in eodem Canone habeatur „ Censuimus ergo convenire, „ ut cum a Sacerdotibus Missarum tempore sancta mysteria consecrantur, „ si ægritudinis acciderit quilibet eventus, quo cæptum nequeat conse- „ crationis expleri mysterium, sit liberum Episcopo, vel Presbytero al- „ teri consecrationem exequi officii cępti „; inde colligi posse videtur, dispositionem hujus Canonis procedere tantum respectu Sacerdotis Sacrificium dimittentis post cæptam, vel expletam consecrationem, secus vero ante illam, ut censet *Card. Turrecremata scribens in dictum Canonem*, *&* *alterius de Censuris tom.*2. *disp.*11. *cap.*3. *per tot.* Ve-

Verum in altero *can. Nullus Episcopus de consecrat. dist.* 1. cum pœna suspensionis indicta legatur sub hisce verbis -- *a sacro Corpore, & Sanguine Domini Nostri Jesu Christi sit suspensus* -- major dissensio est inter DD., num ea ferendæ, seu latæ potius sententiæ pœnam importent; Priorem quippe opinionem sequuntur *Azor. part.* 1. *lib.* 10. *cap.* 32. *quæst.* 2. *Henriquez lib.* 9. *sum. cap.* 30. *num.* 5. *Filiuc. tract.* 17. *num.* 105. *Fernandez part.* 3. *exam. Theol. mor. c.* 5. §. 5. *n.* 11. *Quart. in rubr. Missal. par.* 2. *tit.* 3. *sect.* 2. *dub.* 2. *vers. Tertia sententia*, & *Lugo lib.* 5. *de Sacram. cap.* 10. *quæst.* 4. *num.* 56. Posteriorem vero sustinent *Diaz. in pract. crim. canon. cap.* 46. *num.* 1. *Bonac. disput.* 3. *de censur. in pratic. quæst.* 3. *punct.* 2. *Pax Jordan. tom.* 1. *lucubrat. lib.* 4. *tit.* 1. *num.* 339. *Pasqualig. de sacrif. nov. leg. tract.* 1. *quæst.* 190. *num.* 4. & *seq.* & alii ab eo allegati *Thesaur. de pœn. Eccl. par.* 2. *verb. Missa cap.* 3. *vers. Hanc suspensionem*.

Præterea cum in eodem *can. Nullus Episcopus.* absolute præcipiatur sine ulla mentione verbi *Consecrationis*, quod *ingressus ad Missarum solemnia celebranda, nisi passio aliqua intervenerit, nullo modo audeat, data oratione, recedere* -- fortius inde trahitur argumentum, vel post solum ingressum ad Altare, ac initium Missæ positum, pœna suspensionis incurri a Sacerdote, qui, nulla interveniente gravi corporis molestia, eam incompletam relinquat.

De momentoso discrimine, quod versatur inter Missam ad actum consecrationis perductam, & illam nondum eousque protractam, late tradunt plerique ex Doctoribus supra citatis: Illud vero ad hodiernam quæstionem propius accedit, quod Missa, quæ ab uno Sacerdote propter aliquem casum relinquitur imperfecta; si id contingat ante consecrationem, non debet ab alio suppleri, secus vero consecratione peracta, uti præscribitur in Rubricis Missalis de *Defectibus in celebratione Missarum occurentibus cap.* 10. de Defectibus in Ministerio ipso occurrentibus num. 3. -- ibi -- Si „ Sacerdos ante consecrationem graviter infirmetur, vel in syncopem in- „ ciderit, aut moriatur, prætermittitur Missa; Si post consecrationem „ Corporis tantum, ante consecrationem Sanguinis, vel utroque confe- „ crato, id accidit, Missa per alium Sacerdotem expleatur ab eo loco, „ ubi ille desiit, & in casu necessitatis etiam per non jejunum --; Hinc autem expendendum est, num inferri possit, quod, sicuti memoratus Canon loquitur de Sacerdote relinquente Missarum solemnia, ut ab alio suppleantur, ita pęnæ suspensionis in eodem Canone contentæ subjaceat tantum Presbyter, a quo Missa relinquatur incompleta, postquam eousque perducta est, ut ab alio suppleri debeat, quemadmodum sentire videtur *Bartis oper. canon. in* 3. *part. Decr. lit. A. pag.* 444.

Ad materiæ ornatum præstat referre Doctrinam *S. Thom.* 2 *part. art.* 6. *ad* 2., ubi ponens casum, quo Sacerdos, inchoata Missa, recordetur, se non esse jejunum, ita respondet -- „ Si Sacerdos post consecrationem incęptam „ recordetur, se aliquid comedisse, vel bibisse, nihilominus debet perfi- „ cere, & sumere sacramentum „ -- addens, idem dicendum esse, si Sacerdos ille meminerit, se peccatum aliquod commisisse, vel excommunicationi cuicumque subjacere „ Si vero (*sunt verba ejusdem S. Doctoris*) „ ante consecrationem alicujus prædictorum sit memor, tutius reputarem, „ maxime in casu manducationis, & excommunicationis, quod Missam „ incęptam deseret, nisi grave scandalum timeretur „ -- ex quibus fortasse desumi potest, Sanctum Thomam in ea fuisse sententia, quod pœna suspensionis non incurratur a Sacerdote. qui Missam inchoatam relinquat ante consecrationem.

Casus præsenti prope simillimus propositus fuit huic S. Congregationi die 16. Decembris 1719., isque descriptus reperitur in *lib.* 69. *Decr. pag.* 604. per hæc verba -- *Placentina* -- „ Dum Sacerdos Carolus Lagurius die

„ pri-

,, prima currentis anni 1719. Festivitatis Circumcisionis Domini Nostri ,, Jesu Christi aderat in Altari Majori Parochialis Ecclesiæ Loci Rivergarii Missam celebraturus, post jam factam oblationem Hostiæ, recessit Clericus Missæ inserviens ad effectum accipiendi urceolos vini, & ,, aquæ, cumque post elapsum quadrantem horæ reditum minime fecisset, ,, idem Sacerdos ira percitus; relicto imperfecto sacrificio Missæ ab Altari ,, recessit, dicens -- Io adesso non posso più dir Messa, non sono più in ,, stato, non voglio fare un Sacrilegio -- relictisque super Altari Calice, ,, Velo, & Corporali, ad Sacristiam se contulit, exutisque vestibus sacris ab Ecclesia recessit, non sine magno scandalo, & admiratione populi, qui Missæ interfuerat. Fabricato processu per Curiam Episcopalem prætendit Fiscus, Sacerdotem Lagurium in suspensionem incurrisse ,, ipso facto in vim dispositionis *can. Nullus Episcopus* 57. *de consecr. dist.* 1. ,, Cumque Sacerdos penitus ignorans de incursu in suspensionem Missam ,, postmodum celebraverit, humiliter modo supplicat tum pro absolutione a suspensione, tum pro dispensatione ab incursa irregularitate -- ,, Sacra Congregatio, attenta relatione Episcopi Placentini, censuit, per ,, Oratorem nullam fuisse incursam suspensionem, nec consequenter irregularitatem, ac proinde committendum, prout præsentis Decreti tenore benigne commisit eidem Episcopo, ut, imposita Oratori prædicto ,, aliqua salutari pęnitentia, eum ad Altaris Ministerium iterum admittat.

Episcopus Juvenacensis, qui ratus est, Oratorem tum pœna suspensionis, tum vinculo irregularitatis innodatum esse, post relatam facti seriem superius expositam], ita concludit -- ,, Quia vero, Eminentissimi Patres, licet ,, ignorantia juris non excuset, tamen postquam rescivit Orator, se in ,, Canonis pęnam incidisse, imposterum se abstinuit a celebranda Missa, ,, & amplius temere non celebravit, & præfert cor contritum, & humiliatum, puto si ita videbitur Eminentiis VV., præfatum Sacerdotem ,, Ronca posse donari gratia absolutionis a suspensione contracta, & dispensationis ab irregularitate, quam incurrit.

Omnibus itaque perpensis, dignentur Eminentiæ Vestræ sapientissime pronunciare.

An Sacerdos Joseph Ronca incurrerit suspensionem, & irregularitatem in casu &c.

Negative, & rescribendum Episcopo, ut imposita aliqua salutari pœnitentia Oratorem denuo admittat ad Altaris Ministerium.

Sess. 23. c. 6., & 16. de ref.

SUESSANA SERVITII. Episcopus in tribus edictis ejus jussu promulgatis inter cætera vitam, honestatemque Clericorum concernentia, sancivit, ut qualescumque Clerici tam Beneficia obtinentes, quam cal bes, & conjugati singulis diebus festis sub pęna quatuor ducatorum teneantur inservire Cathedrali Ecclesiæ, Processionibus, quæ ibi peraguntur, interesse, Episcopo Pontificalia celebranti assistere, & demum Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, quo annuæ commutationis præcepto satisfit, e manibus ejusdem Episcopi Pontificaliter celebrantis Feria V. in Cęna Domini recipere.

Ab hac edictali lege reclamant quinque simplices Clerici Beneficiati, putantes nimirum, se veluti nullum a Cathedrali Ecclesia percipientes emolumentum cogi minime posse ad ea, quæ in memoratis edictis præscribuntur, potissime vero cum ipsis suffragetur consuetudo non inserviendi Ecclesiæ, juxta distinctionem, quam tradunt adducti per *Pignatel. to. 3. consult. 56. num. 6. Monacell. formular. for. Eccl. part. 2. tit. 15. formul. 4. n. 4. & seqq.*

Imo

Imo contendunt iidem Clerici, secundum ex præfatis edictis utpote post appellationem ipsorum nomine a primo interjectam, & ab Episcopali Curia admissam, quin & pendente ad hanc S. Congregationem recursu promulgatum, labe attentati infectum esse, proindeque illud postulant circumscribi.

At præstat in hac re adnotare, Summum Pontificem Benedictum XIII. redintegrata lege a Sac. Trid. Synodo sess. 23. cap. 6. indicta in novissimo Concilio Romano tit. 6. cap. 2. in hæc verba statuisse -- „ Si qui Clerici sint, „ etiam in minoribus, aut Sacris Ordinibus insigniti, qui nulli certæ Ec- „ clesiæ fuerint adscripti, Episcopi adscriptionem hujusmodi, etiam a suis „ Prædecessoribus ommissam suppleant; & pro arbitrio servitium toties, „ quoties opus fuerit, præstandum designent &c. Ita autem adscripti etsi „ Clerici sint, etiam conjugati, aut beneficia, vel officia ecclesiastica „ non obtineant, ab Ecclesiæ servitio, cui fuerint deputati, festis diebus „ singulis præsertim solemnioribus, ne absint, propria ibi munia obituri, „ alias ad altiores gradus promovendi non promoveantur, & jam promoti „ Episcoporum arbitrio pro inobedientiæ gravitate multentur „. Cui porro Conciliari Decreto inhærens Supremum hoc Tribunal in una *Alexanen. Servitii* proposita die 10. Januarii, & resoluta die 24. ejusdem mensis 1733. præcepit, servari edictum, quo Episcopus sub annum 1726. jusserat, clericos omnes, atque etiam sacris ordinibus initiatos, utpote adscriptos servitio Ecclesiæ Parochialis cunctis diebus festis eidem Ecclesiæ inservire, & functiones susceptorum Ordinum exercere, ut in *lib. 83. decr. pag. 36.*

Episcopus, qui totius est in asserenda suorum edictorum æquitate, in novissima relatione ad S. Congr. data exponit, se controversum in divinis servitium ita clericis quibuscumq; demandasse, ut eosdem clericalem habitum, & tonsuram deferentes alaicalibus gabellis, aliisque oneribus tueri valeat suffultum vero ceremoniali Episc. *lib. 2. c. 23. §. 6.* eis indixisse, ut Fer. 5. Cœnæ Domini ad Ecclesiam Cathedralem accederent, & Sac. Synaxim ex ipsius manibus reciperent, eoque magis, quia Parochi Civitatis in Ecclesiis suis Eucharistiæ Sacramentum ex veteri observantia non asservant, nec Fontem Baptismalem, nec Oleum Infirmorum retinent, sed ad Ecclesiam cathedralem pro istorum Sacramentorum administratione, quoties necessitas urget, accedere consueverunt, & ad præsens accedunt: imo subdit, retroactis temporibus omnes de clero seculari, & simplices Beneficiatos in eadem Cathedrali Ecclesia Episcopo Pontificalia exercenti assistentiam præbere, & Sacramenta frequentare non omisisse, prout ipsa die in ejus edicto designata omnes de Capitulo, Parochi Civitatis, & alii totius cætus Ecclesiastici reverenter expleverunt, quinque tantum prædictis renuentibus clericis prætextu litis in hac S. Congr., pendentis; Cæterum, ut postremo concludit, nihil super ea attentatum fuit, cum in posteriori edicto die 3. Aprilis expedito de morum correctione ageretur.

His igitur ponderatis una cum juribus circumferendis, deliberare oportet.

I. An simplices clerici, quamvis Beneficiati, sed nullum ab Ecclesia Cathedrali recipientes emolumentum teneantur eidem Ecclesiæ inservire in Divinis, publicis Processionibus intervenire, & assistere Episcopo Pontificaliter celebranti; *& quatenus negative*.

II. An constet de attentatis in casu &c.

III. An supradicti clerici teneantur in Feria V. Cœnæ Domini adimplere præceptum Paschale, recipiendo Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum per manus Episcopi pontificaliter celebrantis juxta edictum publicatum ab Episcopo die 3. Apr. 1735., sive potius possint supradicti clerici dictum præceptum Paschale adimplere in propriis Parochiis in casu &c.

Dilata ad sequentem.

SUESSANA JURIUM PAROCHIALIUM. Cum Patres Augustiniani Civitatis Suessanæ die Dominico Resurrectionis Christi Domini Nostri vertentis anni Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum ministraverint clerico Antonio de Paulo, qui post Sacramentalem Confessionem devotionis causa postulavit juxta pium ejus morem Sac. Communione in Ecclesia eorumdem Patrum refici, authumans Episcopus, licitum non esse dictis Patribus Sacram Eucharistiam die Paschatis secularibus personis ministrare, eos citari fecit ad dicendum causam quare eorum Ecclesia non deberet ecclesiastico interdicto supponi, sed ab hac interdicti comminatione iisdem Patribus Augustinianis ad hunc Sacrum Consessum reclamantibus, orta inde est occasio disputandi bina Dubia, quæ inferius describentur.

Summus Pontifex Clemens V. in Concilio Viennensi relato in Clemen 1. de privilegiis ita sancivit -- „ Religiosi, qui clericis, aut laicis Sacramentum Unctionis Extremæ, vel Eucharistiæ ministrare, Matrimoniave „ solemnizare, non hab ta super his Parochialis Presbyteri licentia speciali, aut qui excommunicatos a canone, præterquam in casibus a jure „ expressis; vel per privilegia Sedis Apostolicæ concessis eisdem, vel a „ sen entiis per statuta provincialia, aut synodal.a promulgatis, seu (ut „ verbis eorum utamur) a pœna, & culpa absolvere quemquam præsum- „ pserint, excommunicationis incurrant sententiam ipso facto per Sedem „ Apostolicam dumtaxat absolvendi, quos etiam locorum Ordinarii (post- „ quam de hoc eis constiterit) excommunicatos faciant publice nuntiari, „ donec de absolutione ipsorum eis fuerit facta fides, nullo Religiosis eis- „ dem super hoc exemptionis, vel alio privilegio suffragante.

Postmodum vero Regularibus concessum fuit, ut absque Parochi licentia omnibus Christifidelibus Sacram Eucharistiam per se ipsos, vel per alios Sacerdotes administrare possent in propriis Ecclesiis secundum privilegia eis a Summis Pontificibus Julio II., Nicolao V., Sixto IV., Eugenio IV., & Leone X. impertita, & relata per *Tamburtin. de Jure Abbat. tom.2. disput.5. quæst.3. Barb. de Paroch. par 2. cap.20. n.8.*

At, quia in memoratis Indultis expresse cautum legitur, quod Regulares nequeant Populo Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum die Paschatis ministrare, uti respondit Sacra Congregatio die 2. Martii 1619. apud *Barb.* „ *de Paroch. part.2. cap.20. n.10. circ. med.* his verbis -- „ Fuit dubitatum, an die Paschatis Fratres possint administrare populo Sanctissimam „ Eucharistiam, Sacra Congregatio censuit; non posse, stante, quod in „ privilegio Eugenii IV. hoc eis interdicitur expresse pro illa die „ -- adhuc quæstio est, num Regulares possint ipso die Resurrectionis Dominicæ Sacram Eucharistiam administrare saltem iis, qui præcepto annuæ Communionis, vel in sua Parochia jam satisfecerint, vel illud postea sint adimpleturi, itaut a Regularibus devotionis tantum causa Eucharistiam petant, negativam enim sententiam tuentur *Azor. instit. moral. part. prim. lib.7. cap.41. quæst.7. Navar. in Manuel. cap.21. num.52.*, & alii adducti per *Barbos. de Paroch. part.2. cap.20. num.10.*, affirmativam vero uti probabiliorem propugnant *Card. de Lugo disp.18. n.50. Filluc. tom.1. tract.4. cap.9. Nicol. in Fosc.ul. verb. Regulares n.30.*, & alii, quibus adhæret *Barbos. loc. cit.*

Duo super hac re prodierunt Supremi hujus Tribunalis Rescripta, alterum in *Turritana die 8. Junii 1619.* his verbis --„ Sacra Congregatio respon- „ dit, non posse seculares in ipso die Paschatis de manu Regularium Sa- „ cram Communionem accipere, etsi in alia die satisfecerint Ecclesiæ „ præcepto hac de re edito -- ut in *lib.12. Decr. pag.12.*, & alterum in *Burdagalen. 9. Julii 1644.* ita conceptum „ Sacr Congr. post maturam „ discussionem censuit, Archiepiscopum Burdagalensem non posse prohi- „ bere Regularibus habentibus privilegia Apostolica, ut a Domini-

„ ca

„ ca Palmarum usque ad Dominicam in Albis inclusive administrare non
„ valeant personis secularibus Sacramentum Confessionis, posse tamen
„ eisdem prohibere, ut personis secularibus in die Paschatis non admini-
„ strent Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, etiamsi dictæ personæ
„ seculares in alia die satisfecerint præcepto hac de re edito -- ut in lib. 17.
„ Decr. pag. 339.

Placeat igitur Eminentiis VV. rescribere.

I. An licuerit Patribus S. Augustini Civitatis Suessanæ in die Dominico Resurrectionis Domini Nostri devotionis causa administrare Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum clerico Antonio de Paulo; *& quatenus negative*.

II. An sustineatur comminatio interdicti Ecclesiæ supradictorum Patrum facta ab Episcopo in casu &c.

Dilata.

SALERNITANA CONCORDIÆ. Ad extinguendas nonnullas lites, quæ inter Patres Ven. Monasterii S. Mariæ Matris Domini intra Salernitanæ Diœcesis fines, uti asseritur, jampridem erecti sub Instituto S. Benedicti, & Officiales Soc. Sanctissimi Rosarii ibi existentis introductæ fuerant, præsertim coram Apostolico Nuncio Neapolitano super servitio, quod iidem Officiales contendebant, a dictis Patribus memoratæ Societati in ecclesiasticis functionibus præstandum esse, communi consensu Abbatis tam localis, quam provincialis, & Monachorum, necnon eorumdem Officialium sub annum 1642. inita fuit concordia, in qua Officiales se obligarunt solvere præfatis Patribus triginta tres annuos ducatos, onere tamen ab istis suscepto accedendi ad singulas processiones, quæ a dicta Confraternitate prima, & secunda die Dominica cujusque mensis peraguntur, deputandi Monachorum, qui Confratrum confessiones exciperent, & demum præter alias functiones associandi ad sepulturam Confratrum cadavera sub stipendio viginti carolenorum, qui ab hæredibus eorumdem Confratrum persolverentur. *Sess. 25. c. 11. de Ref.*

Ad tramites hujus concordiæ ab anno 1642. usque ad annum 1733. res utrinque pacifice peracta est, verum quia, defunctis sub finem dicti anni 1733. duobus Confratribus dictæ Soc. præfati Patres noluerunt eorum cadavera ad sepulturam comitari sub obtentu, quod suo instituto non congruat cadaverum associatio, nec ad id compelli possint vigore enunciatæ concordiæ utpoteque nec Beneplacito Apostolico, nec Patris Generalis assensu in Instrumento dictæ transactionis præservato communita fuerit, Officiales Societatis prædictæ contendentes, assertam concordiam uti legitime initam observandam esse, præfatosque Religiosos ad illius normam teneri cadavera Confratrum associare, alias Societatem immunem esse ab assumpto onere eis solvendi dictos annuos duc. 33. postulant, ut a Supremo hoc Consessu tria infrascripta Dubia decidantur. Archiepiscopus Salernitanus hac de re auditus, in literis, quas ad S. Congr. nuperrime dedit, præmissam facti seriem antea ab Episcopo Nucerino expositam confirmat deindeque sententiam suam aperiens ita subdit -- „ allegatam repugnantiam Institu-
„ ti Monachorum in operibus piis non credo admittendam, eo magis quia
„ Monachi nostri temporis non sunt de illis, de quibus dici possit -- Si
„ Monachus es, quid quæris per Urbem -- Sed ob defectum assensus Apo-
„ stolici, vel saltem Patris Generalis, qui ex nondum completa cente-
„ naria, & ex reservata impetratione præsumi non potest, crederem,
„ corruere totum Instrumentum, & quoad ultimum mihi videtur mani-
„ festum, caput prætensæ associationis non esse obligatorium dictorum

„ Patrum, ac proinde uti facultativum per subsecutam observantiam non „ induxisse obligationem.

Perpensis itaque juribus, quæ circumferentur, respondendum erit.

I. An sit observanda, & exequenda transactio facta de anno 1642. cum omnibus suis pactis, & conventionibus in ea concordatis; & quatenus affirmative.

II. An teneantur singulariter Patres Basiliani associare Confratres Ven. Soc. Sanctissimi Rosarii erectæ in Ecclesia S. Mariæ Matris Domini ad sepulturam in casu obitus uniuscujusque.

III, An in casu inadimplementi dictæ transactionis immunes sint Confratres, & Ven. Soc. a solutione cujuscumque summæ conventæ in casu &c.

Ad I. Affirmative. Ad II. & III. Provisum in primo, & amplius.

Sess. 24. c. 2. Sess. 25. c. 6. de ref.

CIVITATIS PROVINCIÆ COMPOSTELLANÆ JURIS MULTANDI. Capitulum Cathedralis Ecclesiæ utens prætenso jure animadvertendi in suos Capitulares, ob quoddam assertum delictum a Canonico Jo: Gonzalez Verguvio admissum, nedum eum multavit pœna tercentum triginta Regalium de Vellon, verum etiam ad biennium voce activa, & passiva, suoque stallo in choro privavit, assignata illi sede in ultimis Cappellanorum subselliis, deindeque, post habitis Decretis Vicarii Generalis, ad quem idem Canonicus reclamaverat, quin, & contemptis censuris sibi indictis, nova viginti ducatorum multa præfatum Canonicum affecit, quocirca Promotor Fiscalis ratus, sui muneris esse, Curiæ Episcopalis jura tueri, ad causam admissus eadem propugnare conatus est tam coram Metropolitano, quam coram Nuncio Apostolico, a quo tandem, suspensis censuris, controversiæ decisio remissa fuit ad Ordinarium.

Verum quia memoratus Canonicus omnes præfatas multas sibi a Capitulo impositas subinde acceptavit, atque liti ut supra introductæ amplissime renunciavit, ac si omnia a Capitulo rite, ac recte adversus eum peracta fuissent, idem Promotor Fiscalis ne imposterum aliquod ordinariæ Episcopi jurisdictioni detrimentum ex hujusmodi renunciationis actu illatum dici posset & consimiles prætensiones a Capitulo excitari contingeret, ex decreto Eminentissimi Pro-Auditoris Sanctissimi obtinuit, causam super jure multandi, quod Capitulum sibi afferit, huic Sac. Congregationi delegari.

Præter ea, quæ in hanc rem late tradunt *Scarfant. in animadverf. ad lucubr. Bavonic. Ceccoperi lib.*1. *tit.*3. *num.*39. *& seqq.* Pignattell. *consult.*131. *tom.*1. *Piton. discept. Eccl.*60. *tom.*3. *Rot. in Ilerdeno Jurismultandi super negotio principali* 23. *Januarii* 1702. *cor. Mut. & in Leonien. Jurismultandi* 9. *Januari* 1728. *cor. Crescentio*, ad decisionem quatuor Dubiorum, quæ infra describentur nonnulla spectant Sacræ hujus Congregationis rescripta mox recensenda nimirum,

In *Calaritana*. Ad instantiam Capituli discussa fuerunt hæc Dubia. I. An Archiepiscopus possit multare Canonicos in choro etiam in multa levi absque consilio Adjunctorum. II. Quatenus Archiepiscopus possit in choro multare, an multa correspondere debeat distributioni horæ, pro qua sit multa, an vero possit multando excedere dictam quantitatem. III. An Canonici possint ab hujusmodi multa in choro appellare, & ad quem. IV. An Canonici justa de causa possint Archiepiscopum recusare in dicta multa distributionis faciendæ. V. An Archiepiscopus, si non existat in choro, multare posset -- Die vero 20. Decembris 1653. responsum fuit. Ad primum Archiepiscopum sine Adjunctis multare posse Canonicos in choro. Ad secundum Archiepiscopum suo arbitrio multare posse. Ad tertium Canonicis ab hujusmodi multa non competere appellationem ad ef-

fectum suspensivum. Ad quartum non esse locum recusationi, sed posse competere recursum ad hanc Sacram Congregationem. Ad quintum Archiepiscopum etiam non existentem in choro multare posse, necnon deputare punctatorem, ut in *lib.19. Decr. pag* 295.

In Nullius Tudelæ, *seu Tirasonen.* die 13. Augusti 1729. editum fuit quoddam Decretum, quo inter cętera cautum est ,, quod reprobata consuetu-,, dine etsi immemorabili, Capitulum in futurum omnino abstineat ab im-,, positione cujusdam pœnę nuncupatæ *Modicarum*, sed tantum juxta ,, casus multare possit præbendatos pœna pecuniaria dumtaxat, nempe ,, duorum, vel quatuor, & ad summam sex ducatorum, & si casus majo-,, rem exigat pœnam, recurrere debeat ad Ordinarium ;,, ut in *lib.79. Decr. pag.*399. *& seqq.*

Et novissime in *Oriolen. Decretorum*, præpositis inter cætera hisce Dubiis, I. An sustineatur vigesimum octavum Decretum statuens, quod Capitulum non possit multare Curatos ob defectus commissos in functionibus parochialibus, sed tantum ob illos, quos commiserint circa servitium chori, & circa officia, quibus Capitulum assistit, & præsidet. II. An sustineatur trigesimum tertium Decretum mandans, quod in actibus, & functionibus, in quibus per antecedentia Decreta cautum est, præsidere debere Curatos, isti possunt etiam imponere multam, quæ tamen non excedat unum regale in casu &c. -- die 23. Januarii & 5. Junii 1734. responsum fuit -- Ad primum affirmative. Ad secundum affirmative ita tamen, ut multa erogetur in usus pios, & amplius: ut in *lib.84. Decr. pag.*41. & 120.

His igitur perpensis una cum juribus circumferendis, dignabuntur EE,VV. rescribere.

I. An Capitulo competat jus multandi Capitulares, cęterosque Ecclesiæ Ministros nedum pro levibus, sed etiam pro gravibus excessibus, & quatenus affirmative quoad primam partem, & negative quoad secundam,

II. An pro excessibus in choro, aula capitulari, & Ecclesia dumtaxat, vel etiam extra commissis.

III. An multis pecuniariis tantum, & in qua summa.

IV. An & quomomodo a multa per Capitulum imposita competat appellatio ad Episcopum in casu &c.

Ad primum affirmative quoad primam partem, negative quoad secundam. Ad secundum competere pro levibus, & casibus etiam extra chorum, & Ecclesiam commissis in functionibus tamen ecclesiasticis tantum, in quibus Capitulum procedit sub Cruce. Ad tertium affirmative in multis pecuniariis tantum, nempe duorum, vel quatuor, & ad summum sex Ducatorum juxta casus, ita tamen ut multa erogetur in usus pios. Ad quartum affirmative ad utrumque, & amplius.

CAMERINEN. PRÆBENDÆ THEOLOGALIS, ET PÆNITENTIARIÆ. San. mem. Benedictus XIII. in saluberrima Constitutione incipiente: *Pastoralis officia*: relata in Appendice ad Concilium Romanum pag. 170. post indictam formam, qua imposterum erigi, ac conferri debet Præbenda Theologalis, ita cavit :,, Quoniam vero non-,, nulli Episcopi, sicut accepimus, ut propriæ incuriæ aliquod velamen ,, obtendant, dilatæ erectionis ejusmodi Præbendæ Theologalis causam ,, in tenuitatem, ac insufficientiam præbendarum suarum Ecclesiarum ,, reiicere solent, Nos omnem de cętero prætextum, sive excusationem ,, e medio tollere, ac penitus eliminare volentes, motu, scientia, ac ,, potestatis plenitudine similibus decernimus, statuimus, atque præcipi-,, mus, *Sess.5. cap.1. & Sess. 24. c.8. de ref.*

„ mus, quod, ubi præbenda theologalis computatis etiam distributio-
„ nibus quotidianis, ad annum saltem redditum scutorum sexaginta mone-
„ tæ Romanæ non ascendat, pro summa ad hanc taxam conficiendam de-
„ ficiente, iidem Episcopi unire possint, & debeant eidem præbendæ ali-
„ quod simplex Beneficium „, cujus supplemento prædicta summa confi-
„ ciatur, primo vacaturum in quocumque mense, qualitercumque, ac
„ quomodo cumque Sedi Apostolicæ affectum & reservatum „; deindeque
circa aliam præbendam, quam vocant Pœnitentiariam in hæc verba sub-
junxit; „ Postremo quæcumque hactenus de præbenda theologali, & sa-
„ cræ Scripturæ lectione sancivimus, extendimus etiam, ac adamussim
„ observari volumus: & mandamus (congrua tamen congruis referendo)
„ quoad institutionem Canonici Pœnitentiarii in illis Cathedralibus, in
„ quibus nondum fuerit institutus, ejusque honestam sustentationem,
„ concursum, deputationem, omniaque alia ad illius officium pertinen-
„ tia, & præter illa, quæ a nobis superius disposita sunt, ea insuper, quę
„ Tridentina Synodus cap.8. Sess.24. de ref. de hujus ministri qualitate,
„ ætate, ac exemptione a servitio Chori constituit, exacte observari de-
„ cernimus, præcipimus, & mandamus.

Pontificia hac lege freti Iacobus Xaverius Mancini Canonicus Theologus, & Joannes Franciscus Flaminii Canonicus Pœnitentiarius Cathedrali Ecclesiæ, secuta quorumdam simplicium Benificiorum vacatione per obitum Annibalis Venturæ ab Episcopo postularunt, ut eadem Beneficia ipsorum respective Præbendis, quæ annuo redditu scutorum sexaginta ut supra a Summo Pontifice constituto pro erectione præbendæ tam Theologalis, quam Pœnitentiariæ carent, unire dignaretur, at contendentibus iisdem Canonicis, in dicta summa scutorum sexaginta Missarum onus, aliaque hujusmodi ipsis præbendis, & Beneficiis uniendis adnexa haud computari debere, sed eam a quocumque onere liberam constituendam esse, necnon exorta inter eos controversia, num Præbenda Teologalis, sive potius Pœnitentiaria præferri debeat in petita unione dictorum Beneficiorum, quorum annuus redditus satis est pro assignanda alteri dumtaxat ex dictis præbendis enunciata summa scutorum sexaginta, illius decisio delata fuit ad supremum hoc Tribunal, a quo die 24. Septembris labentis anni demandatum fuit, ut causa in folio describeretur.

Episcopus super hac re auditus duobus Dubiis, quæ infra proponentur, in hæc verba respondet: „ Quoad primum dubium videtur, non esse onera
„ detrahenda, attenta Resolutione Sac. Congregationis Concilii 22 Maii
„ 1734. in Asculana Cathedratici, in qua fuit propositum -- An sit detra-
„ hendum onus Missarum, & cetera onera a Beneficiis in solutione Ca-
„ thedratici -- fuit responsum -- Negative -- ad secundum Dubium:
„ Quamvis de jure sit præferenda præbenda Theologalis in erectione,
„ nihilominus in his partibus segregatis ab hæreticali pravitate magis effi-
„ cax pro animarum salute consideratur Pœnitentiarius, qui sustinet non
„ minus grave, quam continuum onus; unde tam in Cathedrali Fabria-
„ nensi, quam in insigni Oppido S.Ginesii hujus Diœcesis de tempore s m.
„ Benedicti XIII.& de mandato Sanctissimi fuit erecta Pęnitentiaria, postpo-
„ sita Theologali; ex simili mandato Sanctissimi crederem in præsenti casu
„ saltem demandandam fore unionem Beneficiorum vacantium pro me-
„ dietate præbendæ theologali, & pro altera medietate pęnitentiariæ.

Verum prætermissis iis, quæ ad prioris Dubii resolutionem a memoratis Canonicis in supplici eorum libello alias distributo late adducuntur, quod attinet ad II., præfatus Jacobus Xaverius Mancini Canonicus Theologus contendit, controversam Beneficiorum unionem, exclusa pęnitentiaria, præbendæ suæ fieri debere, ea ductus ratione, quod, sicuti præbenda theologalis quoad ejus erectionem præferenda est pęnitentiariæ, uti con-

stat

ſtat ex Reſolutione Sac. hujus Congregationis per extenſum relata ab *Eminentiſſimo Petra tom 4. in Comment. ad Conſtit.2 Innoc VI. num.17. p.246. & ſeq.* , ita præferri debeat quoad congruam Canonici Theologi ſuſtentationem, quam Sacrum Concilium Tridentinum *cap 1. Seſſ.5. de ref.* & Conſtitutio Benedictina ex Beneficiorum unione ſuppleri ſancivit.

Verum, quia, urgente neceſſitate erigendi præbendam pęnitentiariam, aut concurrente impoſſibilitate Theologalem inſtituendi, tributa quandoque fuit a Sede Apoſtolica facultas Epiſcopis, ut præbendam pęnitentiariam, poſtpoſita Theologali, erigerent, quemadmodum notat *Pax Jordan. elucubr.can. lib. 7. tit.3. num.5. tom.2. Barboſ. de Canonic. cap.27. num.5.* & patet ex Reſcripto Sacræ Congregationis edito in una *Civitatis Caſtellanæ 17. Novembris 1629. lib.14. decretor. pag 183.*, & relato per *Eminentiſſimum Petram loco citato*, unde colligi fortaſſe poſſet, multo magis in hypotheſi præbendam pœnitentiariam theologali pręferendam eſſe, præſertim ob rationes ab Epiſcopo ponderatas, idcirco idem Canonicus Theologus in id potiſsimum vires intendit, ut pluribus documentis probare ſatagat præmiſſam neceſsitatem præbendæ pęnitentiariæ in præſenti caſu ob Confeſſariorum copiam deficere, ſed ex contrario lectionem Sacræ Scripturæ utilem, quinimmo hodie neceſſariam eſſe in Civitate Camerini, ubi, licet erecta fuerit publica ſtudiorum Univerſitas, attamen Sacra Scriptura nonniſi in Cathedrali Eccleſia hactenus explanari conſuevit.

Non graventur itaque Eminentiæ VV. decernere.

I. An congrua favore præbendarum theologalis, & pęnitentialis Eccleſiæ Cathedralis ad tramites Concilii Romani tit. 1. cap. 6. ſupplenda uſque ad ſummam ſcutorum ſexaginta ſit computanda, deductis oneribus dictarum præbendarum, & reſpective Beneficiorum uniendorum in caſu &c.

II. An præbendæ theologali, ſeu potius pęnitentiali competat prælatio in unione dictorum Beneficiorum in caſu &c.

Ad primum affirmative. Ad ſecundum in caſu, de quo agitur unienda eſſe unicuique pro medietate, & amplius.

Die Sabbathi 17. Decembris 1735.



APUANA. Pluribus Dubiis pridem ſubſcriptis, quorum reſolutio die 10 Septembris labentis anni dilata fuit poſtmodum Capitulo Cathedralis Eccleſiæ id enixe petente, addere oportuit vigeſimum nonum. Ut vero ſublatis quibuslibet contentionibus, divino cultui, Eccleſiæque ſervitio hinc facile imminuto proſpiciatur, utraque pars hodie poſtulat, ut Eminentiæ VV. ponderatis juribus circumferendis, dignentur definire. *Seſſ.24. c.12. de ref.*

I. An liceat duodecim Hebdomadariis Presbyteris Sancti Petri uti titulo Capituli, & Canonicorum abſque ulla pœna.

II. An eiſdem liceat habere Crucem diſtinctam a Cruce Capitulari, aut alias collegialiter exire ſub Cruce Cathedralis abſque corpore capituli, aut præſidentia aliorum Canonicorum.

III. An

III. An eifdem liceat congregationes particulariter facere; vel potius eifdem congregationibus præfidere debeat alter ex Canonicis nomine Archiepifcopi.

IV. An eifdem liceat habere quoad fervitium Chori Punctatorem independentem, vel potius eidem Punctatori Capituli addi poffit alius Punctator arbitrio Archiepifcopi.

V. An candelæ, quæ diftribuuntur die Fefto Purificationis Beatæ Mariæ Virginis, vel alio tempore, fint diftribuendæ tam Canonicis, quam Hebdomadariis Presbyteris in eodem pondere, & qualitate.

VI. An iidem Hebdomadarii teneantur etiam non invitati intereffe proceffionibus extraordinariis Ecclefiæ Cathedralis.

VII. An iidem teneantur fatisfacere Miffis tum conventualibus, tum Defunctorum, quibus fatisfacere tenebantur Canonici ante ufum Mitræ, foluta mercede conventa in Laudo anni 1725.

VIII. An in choro recenter conftructo, feu in parte Chori, qua fedent Hebdomadarii Presbyteri, reponenda fint repagula juxta antiquam formam.

IX. An iidem Hebdomadarii teneantur quotidie choro infervire, vel potius infervire poffint per alternativam, aut tertiariam.

X. An idem fervandum fit tempore Quadragefimæ, & Adventus.

XI. An laudum, five Decretum clar. mem. Card. Archiepifcopi Caraccioli die 22. Decembris 1725. quoad ea, quæ contraria funt cæremoniali Epifcoporum, fuftineatur.

XII. An liceat Archiepifcopo Capuano pro tempore moderari ad libitum idem Laudum, feu Decretum quoad materias Rituum.

XIII. An Officium Magiftri cæremoniarum Capituli in choro exerceri debeat per perfonam diftinctam ab octo Manfionariis Cappellanis noviter erectis, *& quatenus negative*.

XIV. An, & qui deputandus fit ad hujufmodi Officium exercendum.

XV. An & quale fervitium præftari debeat in choro per eofdem octo Manfionarios Cappellanos.

XVI. An punctatura Manfionariorum adaugenda fit habita proportione cum redditibus.

XVII. An Hebdomadarii Presbyteri teneantur pro fervitio Ecclefiæ fupplere quandocumque vices octo Manfionariorum abfentium, & fic viciffim Manfionarii, abfentibus Hebdomadariis,

XVIII. An Laudibus, & Vefperis, quæ folemniter celebrantur per Canonicos, vel Dignitates affiftere debeant cum pluvialibus Hedomadadarii Presbyteri, vel potius novi Manfionarii Diaconi; & quatenus affirmative quoad Hebdomadarios Presbyteros.

XIX. An eadem affiftentia præftanda fit Canonicis, & Dignitatibus celebrantibus extra cathedralem folemniter Miffam, Vefperas, & Laudes, mercede foluta.

XX. An, celebrante Archiepifcopo, affiftere teneantur in Throno cum Pluvialibus duo ex duodecim Hebdomadariis Presbyteris, cum duobus Manfionariis Diaconis, vel potius quatuor ex octo Manfionariis Diaconis.

XXI. An Hebdomadario celebranti fine pluviali competat primum ftallum inter Hebdomadarios, & legile nudum, diffentiente Capitulo.

XXII. An Hebdomadarius faciens officium Presbyteri affiftentis fit turificandus ante Canonicos.

XXIII. An, celebrante Archiepifcopo, teneantur Canonici deferre crucem, & in die Epiphaniæ annunciare populo fefta mobilia, vel potius utrumque teneantur facere Hebdomadarii arbitrio Archiepifcopi.

XXIV. An, celebrante Canonico, teneatur alter ex Canonicis pfalmos intonare tam in choro, quam in Proceffionibus, vel potius teneantur intonare Hebdomadarii.

XXV. An

XXV. An in functionibus, in quibus Canonici non utuntur Mitra, teneantur ipsi Canonici canere in choro ex proprio stallo una cum Hebdomadariis in cantu Gregoriano, vel potius onus canendi spectet etiam tunc ad solos Hebdomadarios, & Mansionarios.

XXVI. An primicerius, vel Canonicus teneatur coactive celebrare diebus præscriptis in concordia anni 1725., vel potius onus celebrandi eisdem diebus refundi possit in Hebdomadarios, mercede soluta.

XXVII. An, translato ad diem non impeditam festo in quo, celebrare Canonicus tenebatur, teneatur adhuc Canonicus celebrare in die translationis, vel potius onus celebrandi in Hebdomadarios possit refundi, mercede soluta.

XXVIII. An liceat Canonicis aliquando incipere, aut respective inceptas prosequi, & perficere congregationes capitulares, non obstante secundo signo campanæ jam dato pro servitio chori in casu &c.

XXIX. An constet de Attentatis, & quomodo sint purganda in casu &c.

Ad primum negative sub pœnis arbitrio Archiepiscopi in casu contraventionis. Ad secundum negative, & servetur decretum Archiepiscopi. Ad tertium affirmative quoad primam partem de licentia Archiepiscopi, & negative quoad secundam. Ad quartum affirmative quoad primam partem, & quo ad secundam Archiepiscopus utatur jure suo. Ad quintum servetur concordia anni 1655. Ad sextum affirmative dummodo tempore congruo certiorentur. Ad septimum affirmative ad formam laudi. Ad octavum affirmative. Ad nonum inservire posse per alternativam. Ad decimum negative. Ad undecimum, & duodecimum providebitur in casibus particularibus. Ad decimum tertium, & decimumquartum Magistrum cœremoniarum eligendum esse de gremio Ecclesiæ arbitrio Capituli. Ad decimumquintum, decimum sextum, & decimum septimum dilata, & proponentur citatis Mansionariis. Ad decimumoctavum cum reliquis usque ad vigesimum quintum ad Sac. Congreg. Rituum. Ad vigesimumsextum affirmative quoad primam partem, & negative quoad secundam. Ad vigesimumoctavum, & vigesimumnonum negative.

CAPUTAQUEN. JURISDICTIONIS. In obsequium Rescripti, quo Sac. Congregatio sub diem 19. Novembris proxime præteriti jussit, ut causæ hujus resolutio, ita postulante Capitulo Lateranensi, ad præsentem consessum differretur, Supremo Eminentiarum VV. judicio discutiendum proponitur, *Seff.24. c.15. de ref.*

An Beneficiatis Cappellanis, & Patentatis Capituli Lateranensis existentibus in Caputaquensi Diœcesi competat exemptio ab Ordinarii jurisdictione in casu &c.

Negative.

Binæ, quæ sequuntur causæ in folio superioris Congregationis descriptæ, ad preces Episcopi hodierno examini reservatæ sunt.

SUESSANA SERVITII.

I. An simplices Clerici, quamvis Beneficiati, sed nullum ab Ecclesia Cathedrali recipientes emolumentum teneantur eidem Ecclesiæ inservire in Divinis, publicis processionibus intervenire, & assistere Episcopo pontificaliter celebranti, *& quatenus negative*. *Seff.23. c.6. de ref.*

II. An constet de attentatis in casu &c.

III. An supradicti Clerici teneantur in feria V. Cœnę Domini adimplere præceptum Paschale, recipiendo Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum per manus Episcopi pontificaliter celebrantis juxta edictum publicatum ab Episcopo die 3. Aprilis 1735., sive potius possint supradicti Clerici dictum præceptum Paschale adimplere in propriis Parochiis in casu &c.

Non proposita cum sequentibus.

Sess. 13. Can. 9. de Sanct. Eucharist. Sacr. Sess. 4. c. 13. de ref.

SUESSANA JURIUM PAROCHIALIUM.

I. An licuerit Patribus S. Augustini Civitatis Suessanæ in die Dominico Resurrectionis Domini Nostri devotionis causa administrare Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum Clerico Antonio de Paulo, *& quatenus negative*.

II. An sustineatur comminatio Interdicti Ecclesiæ supradictorum Patrum facta ab Episcopo in casu &c.

Sess. 25. c. 15. de Ref. Mon.

PISANA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. In Constitutionibus Monasterii Mulierum Pœnitentium sub instituto S. Augustini in Civitate Pisana erecti circa modum eas in dictum Monasterium recipiendi, in hæc verba præcipitur „ Che il Giovedì di passione, ed in compagnia delli „ Operari si mettino in Monistero, raccomandandole alla Madre Priora, „ e Soppriora, e le dette devino stare un' anno in abito di secolare per fare „ sperienza de' loro buoni portamenti, ed in capo dell'anno sieno messe a „ partito dalla Madre Priora, e da lei, e da tutte le altre Monache Professe, e velate sieno vinte per voti segreti secondo i meriti loro &c., e „ vestite, che le saranno, devino stare un' anno intero coll' abito monacale, e finito l'anno, di novo si mettino a partito, ed essendo vinte, „ mediante i loro buon portamenti, faccino la Professione, avendo l'età, „ secondo l'ordine del Concilio Tridentino in mano di Monsignore Arci- „ vescovo.

Hac lege posthabita, Julia Cajola dictum Monasterium ingressa in ætate septemdecim annorum post delatum spatio duorum dumtaxat mensium secularem habitum, die 30. Decembris 1711. religiosam vestem induit, subindeque, nondum completo probationis anno, solemnem professionem die 14. Novembris 1712., uti asseritur, emisit assumpto nomine Gasparę. Cum autem sub annum 1730. annuente Sacra Congregatione Episcoporum, & Regularium negotiis præposita, obtinuerit a dicto Monasterio ad aliud in Pistoriensi Civitate sub invocatione S. Mariæ Magdalenæ existens transferri, postmodum, ineunte anno 1731. supplicem Sanctitati Suæ porrexit libellum, quo petiit in integrum restitui adversus lapsum quinquennii, ut nullam, irritamque profesionem suam ostendere posset. Ejus vero precibus ad hanc Sac. Congregationem de more remisis, decidendum hodie est Dubium, quo infra describetur.

Ex duplici capite contendit Gaspara nullitatem suæ profesionis, altero; quod vi, & metu ad illam adacta fuerit, & altero, quia Tyrocinio nondum expleto, eam emiserit. Porro quod attinet ad assertas violentias, quibus ad profesionem se compulsam fuisse, affirmat, summa eorum, quę collecta ex processu in Archiepiscopali Curia Pisana confecto, atque ex formali Oratricis examine coram Episcopo Pistoriensi habito illius petitioni favere possunt, hæc esse videtur; primo, quod quidam ejus amicus, cujus familiaritate ipsa Liburni utebatur, eam ad suscipiendum habitum Religiosum impulerit, eique ad crates Monasterii vo-

catæ dixerit „ Che se mai non faceva la professione, la voleva fare am- „ mazzare „ juxta ipsius Oratricis testimonium jurisjurandi religione communitum; secundo, quod decurrente Novitiatus tempore, pluries declaraverit, se velle Monasterio egredi, quodque, petita, eique denegata a Vicario Generali licentia exeundi, non semel tentaverit inde fugam arripere uti constat ex depositione plurium Monialium, quarum una nomine Julia Cœlestis Palidori ita subdit „ E so, che la Priora di quel tempo minacciò di gastigarla, se fosse voluta uscire; „ tertio, quod virili habitu induta cum iterum e Monasterio fugere studuisset, jussu Priorissæ carceribus mancipata fuerit, ut imposterum animum fugiendi deponeret, ac tandem Religiosum Institutum amplecti statueret, & quarto demum, quod post lectam Professionem sæpius coram Monialibus diceret „ Che „ l'aveva fatta per forza, stante li detti strapazzi, minaccie, e prigio- „ nia, e che malediva, ed averebbe maledetto, chi n'era stata la cagione „ additque insuper eadem Gaspara in prædicto suo examine, decem, & octo ab hinc circiter annis, nullitatem professionis opera cujusdam amici hic Romæ proponere curavisse, sed ob impedimenta sibi a Superioribus dicti prioris Monasterii interjecta nequivisse judicium super ea intentare.

Quod vero spectat ad alterum prætensæ nullitatis caput deductum ex eo, quod probationis annus juxta sanctionem Sacri Concilii Tridentini *c.15. Sess.25. de Reg. & Monial.* completus non fuerit, in facto notandum est. id ex solo duarum Monialium, & Oratricis testimonio haberi nullo hactenus exhibito authentico documento, quod facile desumi posse videretur ex libro, in quo dies professionum describi oportet.

In jure autem, quod, sicuti ex speciali Indulto Mulieres pęnitentes in ipso ingressu, & non expectato probationis anno, possunt ad professionem valide admitti, uti rescripsit Sacra Congregatio in Neapolitana 1. Januarii 1620. hisce verbis; „ Indultum fel. rec. Julii III. non esse sublatum ejusdem Concilii Decreto *cap. 15. sess.25. de reg.*, nec Constitutiones „ sa.m. Pii IV.quæ incipit -- In Principis Apostolorum, ac proinde, si dictæ Mulieres pœnitentes, seu Convertitæ professionem Regularem statim in ipso ingressu emittere consueverint, nihil obstare, quominus „ possint etiam deinceps non expectato probationis anno, ad eamdem „ professionem admitti „ ut in *lib.12. Decr. pag.30.* ita perpendendum erit, num id locum sibi vindicare possit in præsenti casu, in quo ex peculiaribus constitutionibus d. Monasterii cautum habetur, quod dictæ Mulieres pęnitentes „ devino stare un'anno intiero coll'abito Monacale, „ e finito l'anno, di novo si mettino a partito, ed essendo vinte median- „ te i loro buoni portamenti, faccino la professione, avendo l'età, se- „ condo l' ordine del Concilio Tridentino in mano di Monsignore Ar- „ civescovo,

Neque prætereundum, quod, cum Professio licet ab initio irrita ob interruptum, aut non completum Novitiatus annum vi tacitæ ratificationis censeatur convalidari, si Professus haud ignorans nullitatem suæ Professionis munera Religioso Instituto adnexa, solisque Professis convenientia exerceat, quemadmodum sensit hæc Sacra Congregatio *in Carinen.* 14. *Decembris* 1624. *in Antuerpien. seu Ruremunden.* 10. *Julii* 1706. *in Bisuntina Restitutionis in integrum* 12. *Martii* 1718. *in Ragusina Restitutionis in integrum* 10. *Julii* 1728. *& novissime in Neapolitana Restitutionis in integrum* 4. *Decembris* 1734. in quibus petitam restitutionem in integrum denegavit, locus proinde est inquirendi, num Oratrix sufficientem de proposita nullitate scientiam habuerit, cum de cetero interrogata, quænam munera in Religione hactenus obierit, ita respondit: „ Nel Monastero di Pisa ho esercitato gli uffizj, che per grado mi s'aspet-

„ tavano , cioè Corista , Sagrestana , Cantiniera , e Dispensiera , offizj
„ tutti , che li fanno esercitare anche alle Novizie secolari ; in questo
„ Monastero di Pistoja , dove sono , non ho esercitato alcuno offizio .

Tandem ne lateat Eminentias VV. quam causam prætenderit Gaspara , ut memoratam translationem ad Monasterium Pistoriense impetraret , quibusve rationibus instructa Sac. Congregatio Episcoporum , & Regularium ejus precibus indulserit , fas est hic subjicere tum exemplar supplicis libelli illius nomine Sacræ Congregationi porrecti , tum summam eorum , quæ Archiepiscopus Pisarum , & Episcopus Pistorii super ipso auditi retulerunt . Supplex libellus hæc habet : „ Suor Maria Gaspara Costante
„ Cajola Monaca Corale nel Monastero di S. Tomaso detto delle Con-
„ vertite della Città di Pisa umilmente espone all'EE. VV. come essendo
„ bene informata della esatta osservanza , e ritiramento , in cui vivono
„ le Religiose pure Convertite nel Monastero di S. Francesco della Città
„ di Pistoja , desiderando so trarsi da quelle pericolose occasioni , che po-
„ trebbono in Pi a sturbargli la quiete dell'anima , supplica umilmente
„ l'Eminenze Vostre ad accordargli il passaggio nel sudetto Monastero
„ di Pistoja .

Archiepiscopus Pisarum , præmissis Patria , & Genitore Oratricis , atque occasione ejus adventus in illam Civitatem , retulit , habitum religiosum ab ea fuisse susceptum „ nel Mese di Gennaro 1711. e sino dal principio ,
„ che fù vestita , cominciò ad avere aversione con le altre Monache , ed
„ a tentare li modi d'uscirne giunta fino ad opporre la invalidità della
„ sua Professione , benchè fatta undeci mesi dopo di essere vestita , ma
„ non riusc tole , adesso con l'occasione d'essere state trasferite altre tre
„ Monache di questo Monastero a quello delle Convertite di Pistoja ,
„ sentendo , che queste molto contente delle tre trasferite riceverebbero
„ ancora l'Oratrice , e sarebbe loro molto cara , supplica la somma be-
„ nignità , e carità dell' Eminenze Vostre per la necessaria licenza „.
Episcopus vero Pistoriensis confirmans , Moniales Conventus in sua Civitate existentis libenti , concordique animo recepturas fore Oratricem , in hæc verba conclusit : „ Sarei di sentimento , che potesse concedersegli
„ la grazia del passaggio sudetto , poichè sarebbe di utile al Medesimo
„ Monastero tanto rispetto allo spirituale , che al temporale per le pre-
„ rogative della medesima Religiosa .

Omnibus itaque perspectis , deliberandum est .

An sit locus Restitutioni in integrum in casu &c.

Sess. 24. c. 1. de ref. Matr.

GESNEN. MATRIMONII. Cum Anna Zidovuski contendat , Matrimonium inter se , & Joannem Zagoborski initum ex duplici capite invalidum esse , nimirum ob impedimentum publicæ honestatis ortum ex assertis Sponsalibus a Joanne antea celebratis cum Marianna ipsius Annæ Matre , necnon ob vim , & metum , quibus ad controversum Matrimonium se ab eodem Joanne compulsam fuisse affirmat , proindeque non teneri Matrimonialia obsequia dicto Joanni præstare ; idcirco , præmissa utraque juris sanctione , ea scilicet , qua statuitur , Matrimonium cum impedimento publicæ honestatis initum dirimi , per Textum *in cap. Ad audientiam , de Sponsal. & Matr.* & in Sacro Concilio Tridentino *cap. 3. Sess 24. de Ref. Matr.* & altera decernente , quod ii , qui vi , & metu adacti Matrimonium contrahunt , illius vinculo non obstringantur , juxta Textum *in cap. Requisivit , cap. Gema , cap. Veniens il secondo , cap. Cum secundum , cap. De muliere , cap. Ad id. , cap. Consultationi de Sponsal. & Matr. , & in cap. Ex literis de desponsat. impuber.* in id potissimum vires intendit , ut probet , præfatum Joannem Sponsalia cum dicta Marianna

rianna contraxisse, subindeque, secuto Mariannæ obitu, ipsam pluribus illatis violentiis, ad nuptias secum ineundas coegisse.

Porro, quod attinet ad asserta Sponsalia, ex quibus contractum prætenditur publicæ honestatis impedimentum, in Processu coram Ordinario Gnesnensi confecto eadem Anna nonnullos induxit Testes, qui in eorum examine, interposita jurisjurandi religione, deposuerunt, memoratum Joannem Sponsalia cum dicta Marianna Zidovuski antea contraxisse, atque, dispensatione super tribus consuetis proclamationibus obtenta, Franciscum Dolivam suum familiarem, & aulicum, ut Mariannæ nobile servitium præstaret, ad eam misisse in signum contractorum Sponsalium, & Matrimonii secum ineundi, juxta morem inter illustres illius Regni Familias receptum, & demum testantur, famam publicam de controversis Sponsalibus viguisse, ex quibus ea satis comprobari authumat, etiamsi nulla afferatur scriptura, secundum ea, quæ late cum aliis tradit *Sanchez de Matr. lib.* 1. *dispat.* 22. *Schmalzgrueber in jus can. tit.* 1. §. 1. *n.* 77. *&* 78. & colligitur ex pluribus Resolutionibus hujus Sacræ Congregationis, & signanter *in Signina Sponsalium* 16. *Maii* 1705. *lib.* 55. *Dec. pag.* 175. *in Lucana Sponsalium* 27. *Maii* 1713. *lib.*63. *Decr. pag.* 221. *in Senogallien. Sponsalium* 12. *Maii* 1714. *lib.*64. *Decr. p.*189. *& in Bononien. Sponsalium* 4. *Julii* 1716. *lib.* 66. *Decr. pag.*135.

Violentiæ vero, quibus præfata Anna se ad Matrimonium compulsam fuisse asserit, in eo potissime versantur, quod omnia fere ejus Bona una cum Palatio Cracoviæ posito occupata fuerant sub minis pluries repetitis eam in Monasterium, ubi miserrimam vitam egisset, perpetuo detrudendi, si nuptias cum Joanne inire detrectaret, quodque hisce violentiis, ac minis perterrita, utpote puella in tenera tresdecim annorum ætate constituta, ac utroque Parente, & Fratribus orbata, vix sepulto Matris cadavere, ad Ecclesiam accesserit, ubi non minus verbis, quam lacrymis publice manifestans aversionem Matrimonium ineundi cum dicto Joanne, ac non semel objurgata, cur ad Altare accedere adhuc renueret, tandem, prolatis hisce verbis -- *cedo in sortem fortunæ* -- coram Parocho, & Testibus cum Joanne desponsata quidem fuerit, sed illico pristinum aversum animum contra hujusmodi Matrimonium pluribus signis ostendere non desierit.

Hæc sunt ea, quæ in facto nomine præfatæ Annæ proferuntur; Verum quia assertum Matrimonium initum fuit post obitum Mariannæ, ideoque tempore, quo Sponsalia cum ea celebrata jam dissoluta erant per ipsius mortem, atque idem Matrimonium prætenditur consummatum, duo in jure adnotanda sunt; primo, quod, dissolutis Sponsalibus sive communi consensu, sive obitu alterius ex Sponsis, aut ex quacumque alia causa, publicæ honestatis impedimentum inde exortum non cessat, sed perpetuo durare, sancitum est *in can. Si quis uxorem* 11. *& can. Si quis desponsaverit* 27. *q.* 2. & tradunt *Joann. Andr. in cap. Ex Sponsalibus unic. de Sponsal. in* 6. *Barbos. ibidem num.* 8. & resolvit Sacra Congregatio *in Cervien. seu Ravennaten.* 6. *Jul.*1658. *lib.*21. *Decr. p.*300. *& seq.* Secundo, quod, licet Matrimonium vi, & metu initum olim censeretur per subsequentem copulam, vel diuturnam cohabitationem approbari, ita ut ex subsecuta hac approbatione convalidaretur, juxta veterem sanctionem Textus *in cap. Is, qui fidem, & in cap. Cum adid de Sponsal.* hodie tamen *in dicta Sess.*24. *cap.*1. *de Ref. Matr.* ut Matrimonium vi, metuque contractum validum fiat, non sufficit subsequens illius approbatio, sed necesse est, ut coram Parocho, & Testibus iterum celebretur, uti omissis aliis, rescripsit hæc Sacra Congregatio *in Hispalen.* 20. *Junii* 1609. hisce verbis: „ Hodie post Tridentinum Concilium Matrimonium metu con-„ tractum, & purgato metu per cohabitationem cum consummatione, „ alios-

„ aliosque actus non convalidari, nisi iterum contrahatur, adhibita „ rursus ejusdem Concilii forma, ut in *lib.* 15. *decr. pag.* 130. *in Constantinopolitana* 16. *Decembris* 1634. *lib.* 15. *Decr. pag.* 140. *& in Vintimilien. Matrimonii* 20. *Martii*, *&* 24 *Aprilis* 1700.

Auditor Generalis ab Ordinario deputatus pro confectione Processus refert, se terminum duorum mensium partibus præfixisse ad deducendum jura sua in Sacra Congregatione, deindeque ita subdit: „ Ex his itaque depositionibus juratoriis Testium apparet impedimentum publicæ honestatis „ in primo gradu per Sponsalia de futuro juxta praxim inter Magnates „ usitatam in hoc Regno contracta cumque Marianna Zydovuski Vexillifera Cracoviensi Matre Annæ Quo vero ad exactionem, hæc per subsequentem consensum videtur abolita. Quantum vero ad maritalem „ confidentiam Joannis cum dicta q. Marianna Vexillifera Cracoviensi „ Matre Annæ, hæc de visu deponuntur.

Placeat igitur Eminentiis VV. pronunciare.

I. An constet de nullitate Matrimonii, *& quatenus negative.*

II. An cogenda sit Anna præstare obsequia Matrimonialia Joanni Zaborski in casu &c.

Sess. 24. *C.* 3. *de Ref.*

NUCERINA PAGANORUM SPONSALIUM. Sponsalibus inter Joannem Baptistam Pepe, & Cinthiam Livorano sub annum 1734. initis se opposuit in Episcopali Curia Portia Pepe asserens, Joannem Baptistam suam ei fidem multo pridem obligasse, subindeque, cum Episcopus censuerit, in Testium depositione, ceterisque documentis nomine ejusdem Portiæ allatis haud satis ponderis esse ad probanda asserta Sponsalia, ac propterea, expensis juribus in utramque partem deductis, decreverit, impedimentum per dictam Portiam oppositum præfato Joanni Baptistæ non obstare, quin Matrimonium cum memorata Cinthia contrahere posset, adversus hanc sententiam Portia reclamavit ad A. C. a quo controversiæ hujus cognitione ex Decreto Eminentissimi Pro-Auditoris Sanctissimi avocata, & ad Supremum hoc Tribunal remissa, infrascriptum Dubium ab Eminentiis VV. discutiendum proponitur.

Ex Processu in Episcopali Curia confecto, & novissime ad Sacram Congregationem transmisso habetur, præfatum Joannem Baptistam cum dicta Portia deprehensum in hæc verba allocutum fuisse -- *Tu mi sei moglie, diamoci la fede -- Questa voglio per moglie -- Questa mi è moglie*, atque, hisce verbis nondum absolutis, manum Portiæ accepisse, Portiam vero respondisse -- *Io ti accetto per marito*. Verum quia id testimonio duarum dumtaxat mulierum innixum reperitur, præcipua hujus Causæ inspectio in eo constitui videtur, num enunciata verba reipsa utrinque fuerint prolata; hoc enim posito, prætenditur, quod, licet ex verbis, quibus positivus consensus, & reciproca promissio Matrimonium in futurum contrahendi non exprimantur, vera Sponsalia non inducantur, ad tradita per *Barbos. in cap. Ex literis num.* 7. *de Sponsal. Schamalzgrueber in jus can. lib.* 4. *tit.* 1. §. 1. *num.* 49. *& seqq.* attamen in præsenti casu dicta verba verum Sponsalium contractum præseferant, attento potissimum quod Joannes Baptista, illis nondum prolatis, in signum fidei dictæ Portiæ traditæ ipsius manum statim acceperit, secundum ea, quæ ad rem notant *Sanch. de Matr. lib.*1. *disput.* 22. *num.*6. *Schmalzgrueber in jus can. lib.* 4. *tit.*1. §. *num.* 70. *& seqq. Engel. ibidem* §. 2. *num.* 8. *Pirringh. eod. loc. num.* 8. *& alii communiter*, quodque proinde idem Joannes Baptista ad nuptias cum Portia non imparis ceteroquin conditionis ineundas juris remediis, ac etiam Ecclesiasticis Censuris compelli debeat, uti per Textus expressos in *cap. Præterea*, *& in cap. Ex literis*, *il secondo de Sponsal. & Matr.* tradunt communiter Canonistæ, & resolvit Sacra

Con-

Congregatio *in Neapolitana Sponsalium* 19. *Septembris* 1722. *lib.* 72. *Decr. pag.* 366. *in Colonien. Sponsalium* 26. *Aprilis* 1732 *lib.* 82. *Decr. pag.* 97. *& in Bononien. Sponsalium*, ubi disceptatis bonis hisce Dubiis - I. An Francisco Antonio Guicciardino obstent prima Sponsalia cum Elisabeth Uberti pro contrahendo altero Matrimonio: *& quatenus affirmative* - II. An sit locus ejus coactioni etiam sub Censuris pro contrahendo Matrimonio cum dicta Uberti in casu &c. *die* 26. *Martii labentis anni rescriptum fuit* - Ad I. affirmative. Ad II. cogendum esse juris remediis.

Porro memorata Portia, præmissa juris regula, quod, ubi agitur de re difficilis probationis, sufficiant Testes etiam de jure minus idonei, inferre conatur, ad probanda controversa Sponsalia satis esse testimonium dictarum mulierum, utpote quę de eodem loco secreto, tempore, verbis, aliisque facti circumstantiis, quibus eadem Sponsalia contracta affirmantur, deponunt, *Rot. cor. Buratt. dec.* 143. *num.* 2. *& in Pampilonen. Sponsalium* 26. *Junii* 1715. §. *Nec dicatur cor. Crispo*, idque comprobari putat, tum ex eo, quod sæpius sibi invicem munera miserunt, tum & præsertim, quia verisimile non est, se voluisse ad Joannem Baptistam absque futuri Matrimonii promissione admittere ad eam familiaritatem adeo intrinsecam, & suspectam, ex qua summum dedecus suæ Familiæ obveniret, si ille ad controversas nuptias non cogeretur, uti animadvertunt *Sanchez. de Matrim. lib.* 1. *disp.* 22. *n.* 6. *in fin. Carlin. contr.* 163. *sub n.* 66. & firmavit cum aliis, *Rot. cor. clar. mem. Card. Falconer. dec.* 4. *n.* 3. *de Sponsal. & Matr.*

At adversus hæc Joannes Baptista primum excipit, dictas mulieres amicitia, & sanguine conjunctas esse præfatæ Portiæ, suoque in examine ita sibi contradixisse, ac inverisimilia deposuisse, ut neque assertum stuprum ex magnificata familiaritate deductum, neque controversa Sponsalia inde probari possint, præsertim ad effectum ipsum compellendi ad Matrimonium juxta tradita per *Panimoll. dec.* 23. *n.* 3. *& Rot. dec.* 207. *n.* 1. *par.* 1. *rec.* deinde vero exponens inimicitiam inter se, & dictam Portiam occasione hujus litis exortam, contendit, se minime posse ad controversas nuptias compelli, ne gravia inde mala promanent, sed permittendum sibi fore, ut Matrimonium cum dicta Cinthia celebret, juxta Resolutiones ab hac Sacra Congregatione editas *in Senogallien. Sponsalium* 1. *Septemb.* 1714. *lib.* 64. *Decr. pag.* 346. *in Majoricen. Sponsalium* 24. *Aprilis* 1723. *lib.* 73. *Decr. pag.* 369. *in Neapolitana Sponsalium* 17. *Aprilis* 1728. *lib.* 78. *Decr. pag.* 275. *& in Gallipolitana Sponsalium* 28. *Febr.* 1733. *lib.* 83. *Decr. pag.* 89.

Opus igitur erit Eminentiarum VV. decidere.

An constet de Sponsalibus, itaut sit locus coactioni in casu &c.

TUSCULANA CAPPELLANIARUM. In testamentariis tabulis sub annum 1687. conditis Petrus de Magistris Rectoribus Cappellaniarum, quas erigi jusserat, injunxit onus celebrandi singulis hebdomadis tres Missas lectas in Ecclesia Patrum Scholarum Piarum ad Altare Matris Dei, in hæc verba subjiciens - „ E se li suddetti Cappellani da me sopra eletti, „ e nominati non averanno la prima Tonsura, e come tali si rendessero „ incapaci di dette Cappelle, e Beneficj, in tal caso voglio, che habbino tempo due mesi dal giorno della sua morte, e respettivamente della „ nomina, che in avvenire si farà, ad ordinarsi in modo, che si rendino „ capaci, e degni di dette Cappelle, e Beneficj, e cioè seguito, voglio, „ che subito siano ammessi al possesso delle medeme Cappelle, e Beneficj, „ e possino far soddisfare tutti li pesi, oblighi, ed ordini, alli quali sarebbero tenuti essi medesimi in virtù della presente mia disposizione, *Se. 22. Dec. de obsev. & evit. in celeb. Miss.*

come

,, come Sacerdoti, al qual Sacerdozio io prego, ed esorto tutti li suddetti
,, da me nominati, e che in avvenire si nomineranno in perpetuo a farsi
,, promovere, quanto più presto possano, essendo che la mia volontà sia,
,, che detti miei Cappellani siano sempre Sacerdoti, e Cappellani perpe-
,, tui &c. e se per causa di studio, liti proprie, ed in qualsivoglia altro
,, modo fossero mai legitimamente impediti, mi contento, che possino far
,, soddisfare i loro oblighi da altri Sacerdoti.

In Codicillis autem, quos eodem anno 1686. fecit, substitutis in locum Cappellanorum, quos antea in testamento nominaverat, Paulo Crispi, Josepho Buzj, & Joanne Bernardino Bianchi, ita cavit - ,, E per essere
,, detto Bernardino uno de' già nominati Cappellani, lascio, che subito
,, seguita la mia morte, non essendo per qualsivoglia causa commodo ad
,, ordinarsi, debba, e possa vestire da Cherico, avendo tempo un'anno
,, a farsi Sacerdote, ed in quest' anno debba avere l'entrata, come
,, gl'altri con obligo di far celebrare le Messe in sodisfazione del Legato
,, a suo vantaggio.

Sequuto Testatoris obitu, cum anno 1705. Cappellani tunc temporis existentes renuerent Præsbyteratus Ordinem assumere, authumantes præfatis Cappellaniis eum minime postulari, & e converso Promotor Fiscalis Curiæ Episcopalis contenderet, eosdem cogi debere ad suscipiendum quantocitius Sacerdotium, Vicarius Generalis, coram quo judicium fuit institutum, Sententiam Promotoris Fiscalis petitioni conformem edidit; at ab ea reclamantibus memoratis Cappellanis, subindeque devoluta Causa ad A. C. in gradu appellationis, iste sententiam priori contrariam pronunciavit, quæ, cum Rei judicatæ authoritatem obtinuerit, modernus Promotor Fiscalis eamdem controversiam instaurare satagens curavit, ut, prævisa Causæ avocatione a quocumque Judice, ex Decreto Eminentissimi Pro-Auditoris Sanctissimi in Supremo hoc Tribunali discutienda proponeretur.

Rogatus itaque Eminentissimus Episcopus Sacram Congregationem hac de re instructam reddere, facti serie distincte relata, sententiam suam hisce verbis aperuit: ,, Censerem, dictas Cappellanias esse omnino Sacerdo-
,, tales, quippe juxta facti circumstantias superius expositas ex testa-
,, mento, & Codicillis a me diligenter perlectis desumptas, clare patet,
,, hanc qualitatem enixe desiderasse Testatorem in suis Cappellanis, dum
,, non solum eosdem hortatus fuit -- *a farsi promovere, quanto prima*
,, *possono al Sacerdozio*, & per verba satis aperta declaravit, suam inten-
,, tionem fuisse, *che detti Cappellani siano sempre Sacerdoti*, sed ulterius
,, in Codicillis expressit, non Promotos habere dumtaxat annum ad se
,, promovendum; proindeque ex his omnibus satis superque desumitur,
,, mentem Testatoris fuisse erigendi Cappellanias vere Sacerdotales, ut
,, tradit *Fagnan. in cap. Ut Abbates n. 76. & seqq. de ætat. & qualit. &c.*
,, Præsertim quia idem Testator jussit, suos Cappellanos teneri ad cele-
,, brationem per se ipsos, solumque in casu legitimi impedimenti con-
,, cessit iisdem facultatem celebrandi per alium, ut supra fuit animad-
,, versum, quod apertissime ostendit, voluisse Cappellanos esse Sacerdo-
,, tes, & obligatos ad se promovendum ad Sacerdotium, ut in casu indi-
,, viduo firmavit - *Rot. decis. 403. n. 3. part. 12. rec. & pluries resolvit S. Congregatio Concil. ut videre est in Resolutionibus relatis a Monacell. in supplem. ad tom. 1. pag. 24. n. 233.*

His perpensis una cum juribus, quæ circumferentur, necnon iis, quæ adnotata fuerunt in Folio diei 18. Junii labentis anni in Causa Salutiarum Cappellaniæ, rescribendum erit.

An Cappellaniæ, de quibus agitur, sint Sacerdotales in casu &c.

PERU-

Sess. 24. c. 21. de Ref.

PERUSINA PRECEDENTIÆ. Post erectas in Cathedrali Ecclesia Perusina juxta mentem Julii Oradini olim S Rotæ Decani quatuor Cappellanias *Oradinas* inde nuncupatas, Polidorus dicti Julii germanus frater aliam sub invocatione Spiritus Sancti anno 1577. ibidem fundavit Cappellaniam, cujus Rectorem, ultra onus ei impositum celebrandi Missas; & alia necessaria faciendi,, hortatur, (sunt verba fundationis) ut incum-
,, bat in audiendis confessionibus fidelium, ac in ministrando Sanctissimo
,, Eucharistiæ Sacramento &c. *adiiciens deinde* -- possit tamen, si velit,
,, intervenire ad ecclesiasticam sepulturam, mortuorum cadavera asso-
,, ciando, quando ei libuerit, necnon etiam teneatur intervenire in cho-
,, ro diebus festivis Missæ cantatæ, & Vesperis, ac Processionibus solem-
,, nibus, quando circa rem divinam in prædicta Cappella, vel circa con-
,, fessiones excipiendas, aut sacram Eucharistiam ministrandam occupa-
,, tus non fuerit, dummodo per Capitulum, & Capitulares Dominos lo-
,, cus ei assignetur immediate post Cappellanos perpetuos Oradinos, de-
,, ferendo cappam, & cottam respective, & non alias, nec alio modo.

Sacerdos Paschalis Lazzarini jamdudum Cappellaniam assequutus nuper contendit præcedere in choro, & processionibus Carolo Pilorci altera ex dictis Cappellaniis Oradinis novissime proviso; at, controversiæ decisione ex compromisso delata ad Vicarium Generalem, hic edito prius laudo petitioni ejusdem Lazzarini contrario, postmodum ad preces Canonici *Vri ris Claustrorum* nuncupati, cui ex dispositione Fundatoris competit jus nominandi ad dictam Cappellaniam de Spiritu Sancto, necnon invigilandi super adimplemento onerum ei annexorum, decretum protulit, quo commisit eidem Priori,, quatenus, facto verbo cum capitulo, assignet Pascha-
,, li Lazzarini stallum in Choro immediate post ultimum ex Cappellanis
,, Massæ adjunctis, & quandocumque adscitis, seu ad instar Massæ crea-
,, tis, & eidem adscriptis una cum aliis Cappellanis Oradinis, eodemque
,, loco, ut præfertur, assignato, dicto Lazzarini injungat interesse in fe-
,, stis diebus Missæ cantatæ,, Vesperis, & Processionibus juxta præscri-
,, ptum Fundatoris, ipsumque dictis functionibus non interessentem con-
,, suetis punctaturis, & multis urgeat, & compellat.

Reclamante autem ab hoc Decreto præfato Lazzarini, Causaque huic Sacro Consessui ab Eminentissimo Pro-Auditore Sanctissimi delegata, auditus de more fuit Episcopus, qui, confirmata facti serie hactenus exposita, refert, ultimum locum in choro, processionibus, aliisque actibus assignatum fuisse Rectoribus memoratæ Cappellaniæ de Spiritu Sancto sub annos 1577. 1589. 1603. & 1604. solumque Thomæ de Amatoriis eamdem Cappellaniam obtinenti, omnibus de Capitulo annuentibus, fuisse concessam stalli præeminentiam supra Lucam Neri unum ex Cappellanis Oradinis, non quidem,, uti Cappellano de Spiritu Sancto, sed tamquam
,, Ministro Episcopi, cujus Cancellarii gerebat officium, *deindeque sub-*
,, *dit* -- Animadversione autem dignum videtur, quod, si supradictus
,, Cappellanus considere deberet in choralibus subselliis immediate post
,, quatuor Cappellanos Oradinis juxta votum Fundatoris, locus sessionis
,, suæ non de facili posset assignari, quia Cappellani Oradini cum reliquis
,, Cappellanis capitularibus confunduntur, & inter ipsos nullum interce-
,, dit discrimen, & digniorem locum obtinet in choro, qui prior in tem-
,, pore Cappellaniam obtinet, ex quo sequitur, quod Cappellano de Spi-
,, ritu Sancto postremus assignandus esset locus, aut incertus, & semper
,, vagus videlicet post omnes quatuor Cappellanos Oradinos, quorum
,, aliquos in successivis vacationibus, & provisionibus prima, alios no-
,, vissima subsellia occupare contingeret.

Ponderatis itaque juribus circumferendis, placeat Eminentiis Vestris definire.

I. An fervanda fit confuetudo præcedendi juxta antianitatem poffeffionis inter Cappellanos refidentes in Ecclefia Cathedrali Perufina, itaut Pafchalis Lazzarinus præcedere debeat Carolo Pilorci; *& quatenus negative*.

II. An ordo præcedendi cum cæteris Cappellanis refidentibus ftatui debeat juxta antianitatem fundationum in cafu &c.

Die Sabbathi 14. Januarii 1736.



N poftrema Congregatione habita die 17. Decembris anni mox elapfi, aliarum caufarum mole, & gravitate totum tempus occupantibus, non prodiit refolutio quoad feptem inferius defcriptas, ideoque, refumpto Folio tunc diftributo, dignabuntur EE. VV. decernere.

Sefs. 23. c.6. de ref.

SUESSANA SERVITII.

I. An fimplices clerici, quamvis Beneficiati, fed nullum ab Ecclefia Cathedrali recipientes emolumentum teneantur eidem Ecclefiæ infervire in Divinis, publicis Proceffionibus intervenire, & affiftere Epifcopo Pontificaliter celebranti; *& quatenus negative*.

II. An conftet de attentatis in cafu &c.

III. An fupradicti clerici teneantur in Feria V. Cœnæ Domini adimplere præceptum Pafchale, recipiendo Sanctiffimum Euchariftiæ Sacramentum per manus Epifcopi pontificaliter celebrantis juxta edictum publicatum ab Epifcopo die 3 Apr. 1735., five potius poffint fupradicti clerici dictum præceptum Pafchale adimplere in propriis Parochiis in cafu &c.

Ad I. Affirmative moderata pœna. Ad II. Negative. Ad III. Affirmative quoad primam partem.

Seff. 13. can. 9. Sanct. Euch. Sacram. & Sefs. 24. c. 13. de ref.

SUESSANA JURIUM PAROCHIALIUM.

I. An licuerit Patribus S. Auguftini Civitatis Sueffanæ in die Dominico Refurrectionis Domini Noftri devotionis caufa adminiftrare Sanctiffimum Euchariftiæ Sacramentum clerico Antonio de Paulo; *& quatenus negative*.

II. An fuftineatur comminatio interdicti Ecclefiæ fupradictorum Patrum facta ab Epifcopo in cafu &c.

Ad I. Negative. Ad II, Ad Mentem, & amplius.

Seff. 25. c. 15. & 19. de Regul. & Mon.

PISANA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM.

An fit locus reftitutioni in integrum in cafu &c.

Dilata, & fcribatur Archiepifcopo pro meliori Informatione juxta inftructionem.

GNES-

GNESNEN. MATRIMONII. Sess. 24. c. 1. & 1. de ref. Matr.

I. An constet de nullitate Matrimonii; *& quatenus negative.*

II. An cogenda sit Anna præstare obsequia Matrimonialia Joanni Zaborski in casu &c.

Dilata, & proponatur in prima post Cineres, & ad Mentem.

NUCERINA PAGANORUM SPONSALIUM. Sess. 24. c. 1. de ref. Matr.

An constet de sponsalibus itaut sit locus coactioni in casu &c.

Negative.

TUSCULANA CAPPELLANIARUM. Sess. 22. Decr. de observ. & evit. in celeb. Miss.

An Cappellaniæ, de quibus agitur, sint Sacerdotales in casu &c.

Esse Sacerdotales habitu, & amplius.

PERUSINA PRÆCEDENTIÆ. Sess. 24. c. 12. de ref.

I. An servanda sit consuetudo præcedendi juxta antianitatem possessionis inter Cappellanos residentes in Ecclesia Cathedrali Perusina, itaut Paschalis Lazzarinus præcedere debeat Carolo Pilorci; *& quatenus negative.*

II. An ordo præcedendi cum cæteris Cappellanis residentibus statui debeat juxta antianitatem fundationum in casu &c.

Ad I. Affirmative. Ad II. Provisum in primo.

LEOPOLIEN: ELECTIONIS VICARII CAPITULARIS. Contendens Capitulum Ecclesiæ Metropolitanæ, nulliter, ac illegitime electum fuisse in Vicarium Capitularem Canonicum Samuelem Glonvinski Episcopum Hebronensem, qui pridem fuerat Vicarius Generalis, & suffraganeus Archiepiscopi nuper defuncti, ac una simul exponens, plures ab eo occasione hujusce muneris in dies patrari excessus, illumque præ cæteris non semel admisisse, ut literas dimissorias etiam non arctatis intra annum sedis vacantis concesserit, supplex a Sanctissimo Domino Nostro postulavit, ut suprema sua authoritate eumdem Canonicum, & Episcopum Samuelem ab officio prædicto removeret, ejusque in locum, ad præcavendum contentionibus, quæ facile orirentur, si ad novum electionis actum foret a Capitulo deveniendum, per Breve subrogaret alterum ejusdem Metropolitanæ Ecclesiæ Canonicum Michaelem Zlotorovictz utriusque Juris Doctorem, & novissime ab eodem Capitulo pro suis, ac in causa tuendis juribus. Sess. 24. c. 16. de ref.

Preces illæ Capituli fuerunt a Sanctitate Sua remissæ ad hanc S. Congregationem, cui e converso memoratus Samuel Glovinscki supplicem porrexit libellum, in quo referens, se valde metuere, ne ob machinationes Antonii Brzescianski Canonici, & Præpositi ejusdem Metropolitanæ jamdudum sibi infensi violenter privetur officio Vicarii Capitularis, demisse postulavit, injungi Apostolico Nuncio Regni Poloniæ, ut novationem quamcumque Capitulo inhiberet, eique præfigeret terminum, intra quem jura sua, siqua contra ipsum habere præsumeret, in hoc supremo Tribunali tenere-

neretur deducere; Quocirca datæ sunt literæ præfato Nuncio, ut super utriusque precibus S. Congregationem instrueret.

Triplici nomine authumat Capitulum. irritam fuisse controversam Vicarii Capitularis electionem; primo, quia perperam electus fuerit contra expressam sanctionem Concilii Tridentini sess 24. cap.16. de Reform. Samuel Doctoris laurea non insignitus, cum de cætero non deessent in Capitulo Canonici Doctoratus prærogativa decorati; secundo, quia electio palam, & publice peracta fuerit, non autem per secreta suffragia, uti eam fieri debere, tradit *Passerin. de elect. cap.9. quæst.8. num.53. & seqq. Nicol. in Floscul. verb. Vicarius Capitularis, Monacell. tom.1. tit.1. for.2. num.10. & 11.*, & tertio, quia electio non processerit a majori parte Capituli, sed falso, ac artificiose, extorto, quodam electionis instrumento, literæ patentes a solo ejusdem Capituli Decano subscriptæ fuerint, & postmodum promulgatæ, perinde ac si dictæ electionis actus legitime fuisset expletus.

Ad hæc subiicit plurimos ejusdem Samuelis excessus, quibus concurrentibus, seposita etiam nullitate electionis, contendit, eum esse removendum ab officio Vicarii capitularis, secundum ea, quæ tradunt *Joann. Andr. in cap. Tua de offic. Vicar., Faguan. in cap. His, quæ de majorit. & obed. num.70. Pax Jordan. elucubr. canonic. tom.2. lib.12. tit.2. de Vicar. Capit. num.12.*

Aliqua sunt hujus Sacræ Congregationis Decreta, quæ ad rem, de qua agitur, pertinere videntur. In *Tarraconen.* proposita in mense Febr.1590. ad VI. Dubium hisce verbis responsum fuit -- ,, Electionem esse nullam, si ,, ex gremio Capituli, prætermisso Doctore, alius quantumvis antiquior ,, eligatur, facultatemque eligendi devolvi ad Metropolitanum, vel viciniorem ,, -- ut in *lib.6. decr. pag.*120., & rescriptum huic simile prodiit in *Lancianen.* 18. *Augusti* 1668. ita conceptum ,, Deveniendum ,, esse ad novam electionem Vicarii Capitularis. eo quod electus non est ,, Doctor, qualis in Capitulo adest, juxta præscriptum Concilii ,, ut in ,, *lib.26. decr. pag.59.*

In *Acernen. Vicarii Capitularis*, cum Decius Oliverius Vicarius Generalis Episcopi defuncti, nulla Doctoris laurea insignitus a decem ex Capitularibus electus fuisset, alter vero nempe Vitus Freda Doctoratus privilegio decoratus a Collegio Prothonotariorum participantium Urbis obtinuisset eligi ab octo ex dictis Capitularibus, atque unusquisque eorum electionem suam propugnaret, Sacra Congregatio primum die 15. Decembris 1708. præcepit, exerceri Vicariatum per Archidiaconum nomine Sacræ Congregationis sine præjudicio ambarum partium usque ad exitum causæ, deinde vero, proposito Dubio -- *An, & quæ electio sustineatur in casu &c.*, die 27. Februarii 1709. responsum dedit -- *Neutram electionem sustineri, & satis provisum in personam Archidiaconi* -- ut in *lib.59. decr. pag.35.*

In *Sulmonen.*, proposito ad instantiam Capituli hoc Dubio -- *An constitutio Vicarii Capitularis pro illius validitate sit de necessitate facienda per vota secreta* -- die 17. Julii 1655. resolutum fuit -- *deputationem Vicarii Capitularis non esse pro illius validitate faciendam per vota secreta* -- ut in *lib.19. decr. pag.*497.

In *Assisien. Electionis Vicarii Capitularis*, exponente Joanne Baptista Presbytero Assisiensi, fuisse dudum electum in Vicarium Capitularem Hieronymum Mazlicchi Priorem Cathedralis sibi aperte inimicum, eamdemque electionem fuisse nullam; quia facta prius fuerat viva voce, & deinde per schedulas, sed non complicatas, neque in urna positas, quæ repertæ fuerant numero undecim eidem Hieronymo favorabiles, quot, ipso computato, erant Canonici, qui dictæ electioni intervenerant, ac propterea instante, vel declarari nullam eamdem electionem, vel saltem sibi deputari

tari alium Judicem pro suis causis, quæsitum fuit -- I *An electio fuerit valida*. II. *An sit locus petitæ deputationi alterius Judicis* -- & die 11. Maii 1669. Sacra Congregatio, auditis partibus, respondit -- *Ad I. Electionem fuisse validam. Ad II. Injungendum Capitulo, ut deputet alium Judicem juxta petita* -- ut in *lib.26. decr. pag.*221.

In *Panormitana*, cum disceptatum fuerit -- *An Capitulum possit ad ejus libitum Vicarium alias per ipsum electum, seu confirmatum juxta dispositionem Concilii Tridentini c.16. sess.24. de ref. amovere* -- Sacra Congregatio resolvit -- *Posse, dummodo intra octo dies alium constituat, alioquin ad antiquiorem Episcopum ex suffraganeis Metropolitanæ Ecclesiæ Panormitanæ devolvi Jus deputandi Vicarium* -- *ut in lib.*1. *decr. p.*163., cui consonant alia duo posteriora Decreta, alterum in *Taurinen.* his verbis expressum -- Ad I. Congregatio respondit: Licere Capitulo, Sede Episcopali vacante, revocare ad libitum Vicarium a se constitutum dum tamen intra octo dies alium constituat -- ut in *lib.*7. *decr. p.*48.; alterum vero in *Goana* 16. Januarii 1644. editum in hæc verba -- Dandas esse declarationes, quod Capitulum possit ad libitum amovere Vicarium Capitularem ab ipso electum, vel confirmatum, dummodo infra octo dies alium eligat -- ut in *lib.*17. *decr. p.*274.

At adversus hæc notandum occurrit, quod, licet de jure Vicarius Capitularis possit ad certum tempus constitui, & a Capitulo ad libitum amoveri, ut tradunt *Quaranta in summ. Bull. verb. Capitulum num.*4. *Garz. de benef. p.*5. *c.*7. *Ventrigl. in prax. part.*2. *annot.*15. § 2. *num.*18. *&* 19., & constat ex Resolutionibus Sacræ hujus Congregationis mox relatis; attamen pro bono Ecclesiarum regimine eum eligi debere pro toto tempore vacationis, nec posse nisi ex justa causa revocari, decrevit Sacra Congregatio Episcoporum, & Regularium negotiis præposita, uti refert *Fagnan. in cap. His quæ n.*71. *& seq. de majorit. & obed.*, & relatis nonnullis ejusdem Sacræ Congregationis Rescriptis, testantur *Nicol. in Floscul. verb. Vicarius Capitularis n.*59. *& Monacell. in formular. legal. for. eccl. part.*1. *tit.*1. *form.*2. *num.*14.

Nuncius Apostolicus refert, præfatum Canonicum Samuelem Glovvinski unanimi voto eorum, qui interfuerunt Capitulo habito die 9 Decembris 1733., electum fuisse in Administratorem, seu Vicarium Capitularem pro toto tempore Sedis vacantis: cumque idem Canonicus fuerit Vicarius Generalis Episcopi defuncti, & subinde in Episcopum Hebronensem consecratus, censet, illius electionem sustineri, tametsi Doctoratus laurea non sit insignitus; subditque præterea, eumdem Vicarium Capitularem literas dimissoriales infra annum tradidisse dumtaxat Andreæ Scibor Subdiacono, & ad Sacerdotium arctato ratione oneris Missas in Cathedrali Ecclesia celebrandi, ac semel dedisse facultatem Episcopo Camanecensi tunc temporis Leopoli commoranti, ut posset Ordines conferre Religiosis illis, qui dimissorias a suis Superioribus obtinuerant, proindeque nil relevare Decretum Capitulare, quo idem Vicarius fuit ab officio, & Beneficio suspensus.

His igitur ob oculos habitis, poterunt Eminentiæ VV. deliberare.

I. An electio Canonici Glovvinski in Vicarium Capitularem Leopoliensem sustineatur; *& quatenus Affirmative*.

II. An sit locus illius remotioni, & quomodo sit providendum in casu &c.

Ad I. Affirmative. Ad II. Negative.

DERTHONEN. DISMEMBRATIONIS. Incolæ Villarum, quæ vulgo nuncupantur *Nenno superiore, Nenno inferiore, Ripa, Caserza, Cornareto, e Canavelle*, quæve Parochiali jure suberant Ecclesiæ Sanctæ *Sess.21. c.4. de ref.*

Mariæ

Mariæ in Pago *Vaccarezza* erecta sub annum 1730. exponentes præfatas Villas a dicta Parochiali Ecclesia longe dissitas esse, viam præterea non solum valde arduam, sed etiam periculosam, hiemali præsertim tempore ob nivem, & glaciem, quæ inter obsidet, & ob Torrentem, seu Rivum, quo ea interscinditur, indeque fieri, ut neque Ecclesiastico præcepto Missam audiendi satisfacere, neque fidei rudimenta a Parocho accipere possent, sæpiusqoe etiam sine extrema Sacramentorum expiatione & Parochi assistentia decedere cogerentur, primum corã Episcopo, deindeq; remissa ex Decreto Episcopi eorum petitione *ad Curiam prout de jure*, coram Vicario Generali supplices insteterunt, ut divulsis a veteri Parochia S. Mariæ Villis mox enunciatis, in commodiori loco novam Paræciam erigeret, ejusque Rectori competentem portionem vel ex redditibus antiquæ Parochiæ ad congruam utriusque Parochi sustentationem, uti asseruerunt, idoneis constituere dignaretur, vel ad eam constituendam, si necesse foret, populum in prædictis Villis commorantem compelleret.

Cum autem petitæ erectioni novæ hujus Parochiæ contradictores se præbuissent Franciscus de Arpe Rector præfatæ Parochialis Eccleaæ, necnon præfecti societatum, quæ ibi institutæ reperiuntur, Vicarius Generalis commisit Archipresbytero Rocchefortis Vicario Foraneo, ut super iis, quæ ab Oratoribus exposita fuerunt, processum conficeret, cumque iste in sequelam hujusce commissionis processum compilasset ex depositione octo Testium, quorum duo super interrogatoriis nomine dicti Francisci de Arpe productis fuerunt examinati, illumque sic absolutum ad episcopalem curiam transmisisset, idem Vicarius Generalis citato auditoque præfato Parocho Vaccaritiæ, existimans, concurrere causas approbatas ab Alexandro III. *in cap. Ad audientiam de Eccl. ædif.*, & a Sacro Concilio Tridentino *cap.4. Sess.21. de ref.* sub diem 5. Martii 172?. definitiva sententia in hæc verba pronunciavit: „ Locum esse petitæ dismembrationi dictorum
„ Locorum, sive Villarum Nenni superioris, ac inferioris, Ripæ, Ca-
„ sertiæ, Cornareti, & Canavellarum, & aliorum Locorum, seu Vil-
„ larum adhærentium, scilicet Milleæ, Ulmi, & Sorrivi a dicta Ecclesia
„ S. Maria de Vaccaritia &c. ac pro dicto effectu erigendam esse Ecclesiam
„ sub titulo S. Annæ Loci Nenni, veluti aliis Locis, seu Villis magis
„ commodam, prout exhibito Typo delineationis omnium dictorum Lo-
„ corum, in novam Ecclesiam Parochialem cum assignatione dictorum Lo-
„ corum, sive Villarum &c. cum facultate, & juribus R. futuro Parocho,
„ seu Rectori gerendi curam dictæ Ecclesiæ, & animarum ipsorum Loco-
„ rum & exercendi eamdem curam cum honoribus, & oneribus, juribus,
„ emolumentis, & pertinentiis ad Parochum quomodolibet spectantibus,
„ & competentibus, in omnibus ad formam Constitutionum Apostolica-
„ rum, quidem independenter a dicta Parochiali Ecclesia S. Mariæ de
„ Vaccaritia, a qua dictam Ecclesiam S. Annæ dicti Loci Nenni cum me-
„ moratis Locis, & Parochianis separat, & segregat, ac separatam, &
„ segregatam, & a quavis erga ipsam, & Parochum ejusdem subjectione
„ omnino exemptam declarat.

Postmodum vero, contendentibus hominibus Villarum *Casertiæ*, & *Canavellarum*, novam Parochiam erigi debere in Ecclesiá præfatæ Villæ *Casertiæ* uti antiquiore, & magis commoda, non autem in Pago *Nenni inferioris*, memoratus Parochus, ac arrepta occasione, iterum insurrexit adversus præpictamm dismembrationem sub eo obtentu, quod habitatores Villarum *Moglia*, *Vlmo*, & *Sorrive* peractæ dismembrationi dissentirent. At Vicarius Generalis in sequelam præcedentis sententiæ ex silentio, & acquiescentia dicti Parochi, uti asseritur, in rem judicatam transactæ alteram edidit sententiam, qua constituens tam veteri quam novo Parocho congruam portionem in ea quantitate, quæ distinctę expressa fuit

fuit in eadem ſententia , ita ſubdit -- Inſuper ad prædictum effectum ta-
„ xandi , & aſſignandi dictas congruas , dicti homines teneantur etiam in
„ ſequelam oblationis per ipſos factæ conſtituere favore dicti futuri Re-
„ ctoris, ejuſque ſucceſſorum dictæ Parochialis Eccleſiæ Sanctæ Annæ
„ annuum redditum librarum 80. monetæ Genuæ, vel pro eiſdem aſſignare
„ tot Bona ſtabilia fructifera , capacia , & ſufficientia ad conſtituendum
„ veriſimiliter dictum annuum redditum librarum 80.

Poſtremo præfati homines in executionem hujus ſententiæ viſitata per antedictum Vicarium Foraneum Eccleſia S. Annæ , eaque reperta ſacris ſuppellectilibus ſufficienter inſtructa , & incolis Villarum , quæ fuerant ab antiqua Parochia diſmembratæ , commoda , prævia obligatione , qua ſe adſtrinxerunt , præſtare novo Parocho dictas annuas libras 80. , novamque Parochiam de omnibus neceſſariis providere , eamque pręterea etiam in ampliorem formam redigere , poſtularunt , ut novus Parochus deputaretur , atque in dicta Eccleſia S. Annæ inſtitueretur ; quocirca Epiſcopus , intimato prius Parocho eoque non comparente intra terminum quindecim dierum eidem præfixum , in Rectorem novæ Parochiæ deputavit Sacerdotem Hieronymum Seravalle , qui die 20. Octobris 1732 habitis conſuetis litteris , quas vocant patentes , captaque ejuſdem Eccleſiæ poſſeſſione , cæpit animarum curam adminiſtrare .

Verum quia Franciſcus de Arpe inhærens recurſui ad ſupremum hoc Tribunal habito ſub annum 1733. contendit , enunciatam diſmembrationem ex multiplici capite irritam , & injuſtam eſſe , quippe quæ facta fuerit abſque debitis ſolemnitatibus & legitima cauſa , ſeque inde læſum fuiſſe , tum quia congrua portio in ſcutis 100. monetæ Romanæ ei relicta non fuerit , tum etiam , quia nullum jus quoad præeminentias ſuper nova Parochia , illiuſque Rectore reſervatum fuerit , ideoque , poſthabita non ſolum litis pendentia , ſed etiam Epiſcopi , & hujus Sac. Congregationis inhibitione , decimas ab incolis Villarum *Moglia* ; *Ulmo* , *e Sorrive* exegit , ibique parochiales functiones peregit , datis propterea ſemel , atque iterum literis Epiſcopo Derthonenſi , ut Sacram Congregationem hac de re inſtructam redderet ; receptaqee ejus Relatione ſimul cum prædicto proceſſu , & quodam Folio ubi facti ſeries ſupra expoſita recenſetur , EE VV. rogantur , expenſis juribus late in utramque partem circumferendis , infraſcripta quinque Dubia ſapientiſſimo oraculo decidere .

I. An , ſeu de quibus Locis , ſeu Villis ſuſtineatur diſmembratio , de qua agitur , facta ab Eccleſia Parochiali Vaccaritiæ ; & quatenus affirmative .

II. An , ſuſtineatur erectio in novam parochialem Eccleſiæ S. Annæ Villæ Nenni inferioris , ſeu potius fieri debeat in Eccleſia Villæ Caſertiæ in caſu &c.

III. An , & reſpective in quibus redditibus ſuſtineatur aſſignatio congruæ facta favore novi Rectoris Villarum diſmembratarum in caſu &c.

IV. An , & quæ jura præeminentialia ſpectent , & reſpective ſint reſervanda Eccleſiæ Parochiali , & Rectori Vaccaritiæ in caſu &c.

V. An conſtet de attentatis , *& quatenus affirmative* , quomodo ſint purganda in caſu &c.

Non propoſita.

Die

Die Sabbathi 28. Januarii 1736.

Sess. 21. c. 4. de ref.



DERTONEN. DISMEMBRATIONIS. Hæc in causa superfuit in Folio postremæ Congregationis habitæ sub diem 14. labentis Mensis, ideoque, resumptis juribus tunc in utramque partem distributis, hodie decidendum erit.

I. An, seu de quibus Locis, seu Villis sustineatur dismembratio, de qua agitur, facta ab Ecclesia Parochiali Vaccaritiæ; & quatenus affirmative.

II. An, sustineatur erectio in novam parochialem Ecclesiæ S. Annæ Villæ Nenni inferioris, seu potius fieri debeat in Ecclesia Villæ Casertiæ in casu &c

III. An, & respective in quibus redditibus sustineatur assignatio congruæ facta favore novi Rectoris Villarum dismembratarum in casu &c.

IV. An, & quæ jura præeminentialia spectent, & respective sint reservanda Ecclesiæ Parochiali, & Rectori Vaccaritiæ in casu &c.

V. An constet de attentatis, *& quatenus affirmative*, quomodo sint purganda in casu &c.

Ad primum affirmative pe omnibus locis expressis in sententia Ordinarii. Ad secundum affirmative quoad primam partem, & negative quoad secundam. Ad tertium substineri excepto Prædiolo in loco Paradii. Ad quartum in casu, de quo agitur præstandam esse quolibet anno libram unam ceræ albæ. Ad quintum affirmative, & loco purgationis attentatorum restituendum esse tantum primitias exactas post Decretum diei 16. Martii 1735. & amplius.

Sess. 25. c. 5. de Ref.

MELEVITANA INDULTI. Proposita hac causa die 10. Septembris anni mox elapsi sub Dubio -- *An supplicatio indulti, de quo agitur, sit relaxanda in casu &c.* -- rescriptum fuit, *Affirmative*. Impetrato autem per Ignatium Muscat novæ audientiæ beneficio, prædicta resolutio ad novam trutinam revocatur sub consueto Dubio.

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

Suspensa Relatione Indulti, exquiratur Votum Rotæ super vacatione.

Sess. 25. c. 11. de Ref.

NUSCANA SEPULTURÆ. Resolutio hujus causæ, quæ die 19. Novembris 1735. ad petitionem Capituli Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ del Piano dilata fuit, modo ab utraque parte efflagitatur, propositis iisdem Dubiis.

I. An pro constructione novæ sepulturæ per Confratres Societatis Sanctissimi Rosarii Oppidi Montellæ factæ in Parochiali Ecclesia S. Nicolai satis fuerit licentia Episcopi, vel potius requireretur expressa licentia Capituli Ecclesiæ Collegiatæ S. Mariæ ejusdem Terræ.

II. An electio sepulturæ a dictis Confratribus Societatis Sanctissimi Rosarii fieri posset in prædicta nova sepultura specialiter constructa in dicta Parochiali Ecclesia Sancti Nicolai pro Confratribus ejusdem Confraternitatis.

III. An

III. An cadaver Salvatoris de Nenna loco depositi conditum in Sepultura veteri ejusdem Parochialis Ecclesiæ Sancti Nicolai sit exhumandum, & sepeliendum in d. nova sepultura ab eodem Salvatore electa; vel potius sit alio ferendum in casu &c.

Ad primum affirmative quoad primam partem, & negative quoad secundam. Ad secundum affirmative. Ad tertium affirmative quoad primam partem, & negative quoad secundam.

MURANA MANSIONARIÆ Cum Joseph lo Pilato ad Mansionariam *Carusianam* in Cathedrali Ecclesia erectam electus, discussis tribus hisce Dubiis -- I. An electio Josephi lo Pilato sustineatur, *& quatenus negative*. II. An admissio Presbyterorum ad Mansionariam Carusianam sit facienda juxta fundationem vel potius juxta cap. 22. Appendicis Synodi. III. An admissus ad Mansionariam Carusianam juxta fundationem, & sine peritia cantus Gregoriani, deinde admitti debeat ad Mansionariam Capitularem absque concursu, & examine super eodem cantu in casu &c. Die 19. Novembris proxime præteriti obtinuerit adversus nonnullos Presbyteros rescribi. -- Ad primum affirmative. Ad secundum, & tertium provisum in primo, -- idcirco præfati Presbyteri exoptantes jura sua, quæ tunc non deduxerunt, experiri, postulant, ut ab Eminentiis VV. pronuncietur. *An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.* Sess. 24. c. 12. de ref.

Non proposita cum sequentibus.

GUARDIEN. Exortis pluribus controversiis circa jurisdictionem, quam Episcopus asserit, sibi competere in Oppido Aquævivæ ad Commendam S. Primiani Religionis Hierosolymitanæ spectante, primum proposita fuerunt quindecim hæc Dubia. Sess. 21. c. 8. de ref.

I. An Episcopus Guardien., in visitatione Ecclesiæ S. Joannis Oppidi Aquævivæ posit etiam visitare libros parochiales ad curam animarum, & Sacramentorum administrationem spectantes scilicet baptizatorum, confirmatorum, & defunctorum.

II. An dictus Episcopus uti Sedis Apostolicæ delegatus corrigere posit Parochum, aliosque dictæ Ecclesiæ Ministros tam in actu visitationis, quam extra.

III. An possit, ut supra inquirere contra dictos Parochum, & Presbyterum non tantum in concernentibus curam animarum, & Sacramentorum administrationem, sed etiam in aliis causis civilibus, & criminalibus, & in omnibus circa morum correctionem civilibus, & mixtis, *& quatenus affirmative*.

IV. An in casu impedimenti procedere possit cum censuris contra impedientes tam Commendatarium, quam Ministros.

V. An possit mandare in actu Visitationis, ut calices, & decentia paramenta ad decorem administrationis provideantur.

VI. An cognitio status liberi eorum, qui Matrimonia contrahunt in dicto Oppido; & literas eis dare spectet ad Episcopum.

VII. An facere testamentum vulgo dictum *delle anime* juxta solitum Diœcesis spectet ad Episcopum.

VIII. An Episcopus tam in actu Visitationis, quam extra procedere possit contra Laicos, Commendatarium, & Ministros dicti Oppidi pro delictis ad Curiam Ecclesiasticam spectantibus, v. g. usuris, concubinatibus, percutientibus Clericos, inobservantia dierum festorum, usur-

 patione

patione jurisdictionis Episcopalis &c. & tali casu censuris Ecclesiasticis uti.

IX. An tueri immunitatem Ecclesiasticam in dicto Oppido spectet ad dictum Episcopum etiam adversus Commendatarios, & Ministros, itaut eos valeat declarare excommunicatos.

X. An sit manutenendus Episcopus in quasi possessione decernendi Monitoria in dicto Oppido pro deperditis.

XI. An spectet ad Episcopum præstare consensum alienationi Bonorum dictę Ecclesiæ, vel alterius Loci Pii juxta terminos cap. Terrulas. 12. quæst. 2.

XII. An possit destinare concionatorem in dicto Oppido, & cogere Communitatem ad solvendam mercedem juxta solitum Diæcesis.

XIII. An spectet ad Episcopum præstare licentiam concionandi in d.Oppido.

XIV. An Parochus dicti Oppidi sese absentare possit a Parochia ultra terminum a Sacro Concilio præfixum sine licentia Episcopi.

XV. An dictus Parochus, & cæteri Presbyteri servientes Ecclesiæ teneantur accedere ad Synodum Dioecesanam Episcopi; iisque die 5. Septembris 1693. responsum fuit: manutenendum esse Episcopum in omnibus.

Postmodum vero, cum ad instantiam Commendatarii, qui novæ audientiæ beneficium impetraverat in iis, quæ respiciebant jurisdictionem independentem a delegata circa curam animarum, die 15. Januarii 1695. discussa fuerunt alia, quæ sequuntur Dubia videlicet.

I. An Episcopus Guardien. possit inquirere contra Parochum Ecclesiæ Oppidi Aquævivæ non tantum in concernentibns curam animarum, & Sacramentorum administrationem, sed etiam in aliis causis civilibus, & criminalibus, & in omnibus circa morum correctionem civilibus, & mixtis; *& quatenus affirmative*.

II. An in casu impedimenti procedere possit cum Censuris contra impedientes tam Commendatarium, quam Ministros.

III. An dictus Episcopus tam in actu visitationis, quam extra procedere possit contra Laicos, Commendatarium, & Ministros dicti Oppidi pro delictis ad Curiam Ecclesiasticam spectantibus v. g. usuris, concubinatibus, percussione Clericorum, inobservantia dierum festorum, usurpatione jurisdictionis Episcopalis &c. & tali casu censuris Ecclesiasticis uti.

IV. An tueri immunitatem Ecclesiasticam in dicto Oppido spectet ad dictum Episcopum etiam adversus Commendatarium, & Ministros itaut valeat eos declarare excommunicatos.

V. An sit manutenendus in possessione decernendi Monitoria pro deperditis in dicto Oppido.

VI. An ad ipsum spectet præstare consensum alienationi Bonorum dictæ Ecclesiæ, vel alterius Loci pii juxta terminos cap.Terrulas 12. quæst 2.

VII. An destinare Concionatorem in dicto Oppido, & cogere Communitatem ad solvendam mercedem juxta solitum Diœcesis.

VIII. An præstare licentiam concionandi in eodem Oppido.

IX. An dare licentiam Parocho abessendi.

X. An dictus Parochus, & cæteri Presbyteri inservientes Ecclesiæ teneantur accedere ad Synodum Diœcesanum Episcopi.

XI. An literas remissoriales, & compulsoriales favore Commendatarii sint concedendæ.

Rescriptum autem fuit: Ad primum in decisis. Ad secundum affirmative. Ad tertium affirmative, exceptis Commendatario, & aliis Ministris habentibus tria requisita. Ad quartum, & quintum affirmative. Ad sextum affirmative præterquam quoad Bona Religionis. Ad septimum affirmative, & quoad

quoad coactionem ad solvendum servetur solitum. Ad octavum, & nonum affirmative. Ad decimum in decisis quoad Parochos, & Beneficiatos; quo quo vero ad alios, dilata, & ad mentem. Ad undecimum negative quoad remissoriales, & affirmative quoad compulsoriales.

Praeterea cum disceptatum fuerit: „ An Oeconomo Ecclesiae Parochialis „ S.Mariç Esther commendae S Joannis Hierosolymitani Oppidi Aquaevivae „ Collis de Cruce liceat conjungere in Matrimonium Parochianos d Ec- „ clesiae absque probatione status liberi facienda coram Episcopo Guar- „ diensi, & sine illius licentia -- die 12. Aprilis 1710 prodiit resolutio. „ Negative.

Postremo discussis quatuor hisce Dubiis.

I. An Episcopus Guardien. possit exigere subsidium caritativum ab Ecclesia Sancti Joannis Aquaevivae.

II. An dictus Episcopus possit exigere Cathedraticum, seu Synodaticum a dicta Ecclesia, ejusque Parocho.

III. An idem Episcopus in actu visitationis faciendae in dicta Ecclesia possit exigere procurationem.

IV. An dictus Episcopus in eadem visitatione possit recognoscere libros administrationis bonorum ejusdem Ecclesiae, ejusque rationem petere: sub die 14. Novembris 1733. rescriptum fuit.

Ad I., II., & III. negative. Ad IV. affirmative jure delegato.

Verum quia tam adversus postremam hanc Resolutionem modernus Episcopus, quam contra praecedentes sibi contrarias Eques Antonius Cedronius dictae Commendae possessor novae Audientiae beneficium impetrarunt, idcirco ad extinguendas contentiones, quae inter eumdem Episcopum, & Commendatarium dicti Oppidi Aquaevivae in dies excitantur, perpensis juribus, quae late utrinque proponuntur, ab EE. VV. definiendum erit.

An, quae, & super quibus Episcopo Guardiensi competat jurisdictio in Commenda, seu Oppido Aquaevivae Collis Crucis, & Parochiali Ecclesia S. Mariae Ester, itaut sit standum, vel recedendum a Decisis sub die 5. Septemb. 1693. 15. Januar. 1695., 12. Aprilis 1710. & 14. Novemb. 1733.

IMOLEN. DISTRIBUTIONUM. Faustus Stagni Canonicatum in Cathedrali Ecclesia vacantem ab Eminentissimo Episcopo assecutus sub reservatione quarumdam pensionum, subindeque in illius possessionem rite ac pacifice inductus, post septem Menses ratione dictae reservationis pensionum novam provisionem in Dataria obtinuit, expeditis desuper Apostolicis literis, quibus, declarata nulla, atque irrita priori provisione una cum omnibus inde secutis, commissum fuit Vicario Generali, ut eumdem Faustum, & Stallo in Choro, & loco in Capitulo assignatis, in novam possessionem induceret. *Sess.24. c.12. de ref.*

In executionem hujusmodi literarum memoratus Faustus primum a Cancellario Episcopalis curiae vigore Decreti Vicarii Generalis fuit in novam canonicatus possessionem immissus, deinde vero agnoscens, possessionem hanc minus tutam, & legitimam esse, institit coram Capitulo, ut alteram, & validiorem sibi traderet, at, quia Capitulum statim illius precibus non annuens, dilata petitae possessionis traditione, voluit super hac re suffragium Eminentissimi Episcopi exquirere, Faustus praedictus Romam se contulit ubi, post excitatas plures controversias in diversis Tribunalibus tandem supplicem Sacro huic Consessui porrexit libellum, quo exponens, sibi a Capitulo denegatam Canonicatus possessionem, nomen suum e Capitularium cathalogo deletum, Stallum sibi debitum alteri assignatum, & demum quotidianas distributiones sibi itidem debitas inter alios Cano-

 nicos

nicos fuisse divisas, in omnibus redintegrandi postulavit; quocirca, rogato Emo Episcopo ut Sacram Congregationem instructam redderet, post receptam ejus Relationem, restricta fuit quæstio ad distributiones quotidianas, super quibus infrascriptum Dubium supemo Eminentiarum VV. judicio discutiendum subjicitur.

Præcipuum fundamentum, quo Canonicus Faustus authumat, sibi deberi distributiones quotidianas non solum a die captæ possessionis vigore prioris provisionis ab Emo Ordinario habitæ, quo nimirum tempore Choro, & Ecclesię inservivit, verum etiam illo, quo absfuit post expeditas literas apostolicas, in eo versari posse videtur, quod Capitulum, denegando novæ possessionis traditionem, in causa fuerit, quominus choro interesset; ecclesiastici enim juris disciplina postulat, ut Canonicus a Cpitulo, vel ab alio injuste impeditus, ne cum aliis choro intersit, suoque muneri satisfaciat, quotidianas distributiones, quas alias præsentia sua percipisset, lucretur, uti advertunt *Schmalzgrueber in jus can. lib. 3. tit. 4. num. 90. §. 4. vers. Qui impeditus fuit. Lauren. qu. 412. num. 3. & 4. Zæs. de Cleric. non resid. n. 13.* & resolvit Sacra Congregatio in *Nullius*, ubi proposito dubio: „ An Canonicus, qui post possessionem Canonicatus capitulariter captam non fuit admissus de facto Capituli ad residentiam, „ quam propterea non fecit, percipere debeat fructus d. Canonicatus „ una cum distributionibus quotidianis per Canonicos residere non impeditos, & actu residentes „ die 27. Februarii 1654. rescriptum fuit „ Secundum, ea quæ proponuntur, Canonicum Oratorem percipere debere „ fructus, necnon distributiones quotidianas „ ut in *lib. 19 Decr. p* 318,

At vero Capitulum præmittens in facto, quod memorato Canonico Fausto possessionem sui Canonicatus absolute non denegaverit, sed jure, ac merito in capitulari congressu declaraverit, se velle prius hac super re suffragium Eminentissimi Episcopi, vel sui Vicarii audire, ac altero ex illis assentiente, statim petitam possessionem ei traditurum promiserit, contendit, inde inferri, præfatum Canonicum haud impeditum fuisse, quominus suæ Ecclesiæ inserviret, sed absque ulla legitima causa a residentia suæ Ecclesiæ absfuisse, itaut controversas distributiones amiserit toto eo tempore, quo, nullo sibi justo titulo suffragante, servitium Ecclesiæ neglexit, ad expressam sanctionem *Textus in cap. unic. de cleric. non resid. in 6.* innovatam a S. Conc. Trid. sess. 24. c. 12. de ref.

Nec eidem Fausto prodesse putat, quod a residentia absfuerit, ut nonnullis litibus assisteret, nam, licet Canonicus, seu Beneficiatus a residentia absens, ut liti sibi motæ invigilet, quotidianas distributiones acquirat, uti cum aliis tradit *Fagnan. in cap. Licet n. 160. de præben. Antonell. de jur., & oner. cleric. lib. 2. part. 6. cap. ultim. num. 165. Barbos. de canon. & dignit. cap. 24. num. 24.*, id tamen procedere authnmat Capitulum, duplici concurrente conditione, primo quod lis mota fuerit super juribus Canonicatus, seu Beneficii, itaut illius defensio in utilitatem Ecclesiæ, vel Beneficii, de cujus agitur residentia, vel ex natura rei, vel ex persona propria Beneficiati cessura sit, juxta Textum *in cap. ex parte il 2. de cleric. non resid.*, secundo, quod Canonicus, seu Beneficiatus ex præmissa causa absens licentiam ab Episcopo obtinuerit, uti colligitur, & Decreto Sacræ hujus Congregationis in *Cavallicen. Distributionum*, ubi disceptato Dubio -- *An Præposito, seu Canonicis absentibus causa litium concernentium interesse suarum præbendarum debeantur distributiones quotidianæ* -- die 3. Julii 1677. responsum fuit -- *Affirmative, dummodo accesserit licentia Episcopi -- ut in lib. 29. decr. pag. 506.* adeoque, cum Canonicus Faustus nullam sustinuerit litem, cujus defensio in utilitatem Ecclesiæ, vel Canonicatus cedere posset, quippe in id solum vires intendit, ut ab onere dictarum pensionum se eximeret, ac præterea debitam licentiam, ut a resi-

a residentia abesset, ab Eminentissimo Episcopo non obtinuerit, distributiones proinde tempori, quo Ecclesiæ, & Choro non inservivit, affixas, nequeat sibi vindicare.

Immo, quia idem Canonicus ad revalidandam collationem sibi factam necessarium agnovit literas Apostolicas post septem menses expedire, iisque non obstantibus novam possessionem Canonicatus hactenus obtinere neglexit, non tendit Capitulum ex eo, quod Canonicatum pacifice per annum non possederit, neque pro tempore, quo Chori, Ecclesiæque servitio incubuit, præstandas illi esse distributiones quotidianas, ex Constitutionibus enim capitularibus sub annum 1508., editis sancitum habetur -- *ne quis Canonicus ad distributiones quotidianas admittatur, nisi præbendam fuerit pacifice consequutus* -- & in additione ad Constitutiones anno 1530. sub Episcopo Scribonio promulgatas declaratum fuit -- ,, illum Canonicum fuisse pacifice consequutum præbendam, qui eamdem canonico titulo possederit per annum, antequam eidem lis super eadem præbenda ,, moveatur, & si quas distributiones quotidianas in dicto anno receperit, ,, & infra dictum annum fuerit eidem mota lis teneatur dictas distributiones quotidianas receptas restituere Capitulo ad usum Sacristiæ convertendas, pro quibus restituendis teneatur, & obligatus sit, antequam a ,, Capitulo admittatur ad osculum pacis, idonee cavere.

Eminentissimus Episcopus in sua Relatione sub diem 7. Maii anni mox elapsi transmissa post recensitam facti seriem supra descriptam, suam sententiam aperuit hisce verbis -- ,, censeo, eidem Canonico Fausto deberi distributiones a die, qua canonice ingressus præsens choro, & Ecclesiæ inservivit usque ad diem absentiæ, mihi non arridente objectione capitularium innixa statuto hujus Ecclesiæ; quo cavetur, distributiones non ,, deberi ei, qui per annum canonicatum titulo canonico pacifice non possederit; quia statutum istud intelligendum videtur de intruso, & habente vitiosum ingressum, Faustus autem habuit titulum canonicum possidendi vigore collationis factæ per Cardinalem indultarium, & quamvis ,, subinde ceciderit a jure suo propter defectum expeditionis novæ provisionis, non ideo tamen mansit Canonicatu privatus, stante gratia revalidatoria sibi concessa per Papam &c. Non sic respectu temporis absentiæ, jam enim constat de causa, propter quam absens fuit, nimirum, ut modis omnibus procuraret (prout acerrime nixus fuit) in ,, Dataria primum, subindeque apud Judicem exequutorem Bullarum super eisdem pensionibus expeditarum, & demum in plena Congregatione Signaturæ Justitiæ sese eximere ab onere pensionum, pro quarum ,, solutione sese jurisjurandi religione obstrinxerat.

In literis vero ad eamdem Sacram Congregationem nuperrime datis, idem Eminentissimus Episcopus exponens, undecim dumtaxat esse Canonicos servitio dictæ Ecclesiæ obnoxios, eorum aliquos utpote senio confectos ad cantandas Missas haud idoneos esse, propterea que Ecclesiam debito, decentique servitio destitutam reperiri, præsertim vero spatio quatuor annorum, quibus Canonicus Faustus sub multiplici prætextu differt novam canonicatus possessionem vigore literarum Apostolicarum apprehendere, ita subdit -- ,, Suppliciter ergo, ut satisfaciam muneri meo, insinuarem ,, Eminentiis Vestris, ut dignarentur occurrere huic scandalo, capiendo ,, aliquod expeditum temperamentum, veluti decernendo, quod sub brevi termino Canonicus Faustus teneatur suscipere novam canonicam possessionem vigore literarum Apostolicarum, & in stallo vacante inservire ,, Ecclesiæ sub pœnis ab Eminentiis Vestris decernendis, salvis tamen ,, semperque illæsis prorsus remanentibus quibuscumque juribus eidem ,, Canonico Fausto quoquo modo competentibus, alias quippe detrimentum servitii Ecclesiæ, & respective illius litigia finem non obtinebunt.

Jura Canonici Fausti nondum allata sunt. Ponderatis igitur iis, quæ supra deducuntur, necnon aliis, quæ nomine Capituli circumferentur, onus erit Eminentiarum VV. deliberare.

An, & a quo tempore debeantur distributiones quotidianæ Canonico Fausto Sagui in casu &c.

Sess.23. c.12. de Ref.

SPOLETANA ERECTIONIS DIGNITATUM. In postremo suæ voluntatis elogio Flaminius Renzi hæredem ex asse scripsit Mariam Victoriam unicam filiam, deindeque ita cautum reliquit „ e morendo senza fi- „ gliuoli, o facendosi Monaca, come sopra, voglio, che subito seguita „ la professione, o la sua morte senza figliuoli, in ciascheduno de' detti „ casi tutta la mia eredità, e beni &c. se ne eriggano con l'autorità dell' „ Ordinario pro tempore, o altro, che farà di bisogno, due Benefici ec- „ clesiastici nella Chiesa Collegiata di S. Emiliano di Trevi, cioè uno col „ titolo di Arcipretura e Juspatronato delli Signori Abbati miei Nipo- „ ti &c., e altro di Arcidiaconato con riserva del Juspatronato in perpetuo „ della Casa, e Famiglia Petroni.

Cum autem defuncto Flaminio Testatore subinde præfata Maria Victoria nonnullis ab hinc annis absque filiis obierit, ideoque factus fuerit locus erectioni dictorum beneficiorum in præfata Collegiata Ecclesia S. Æmiliani, Prior, & Canonici ejusdem Ecclesiæ in exequutione relatæ dispositionis supplices institerunt coram Eminentissimo Pro-Datario, ut Beneficia prædicta erigerentur; At exorta dubitatione, num ea, utpote decoranda titulis Archipresbyteratus, & Archidiaconatus, erigi possint ab Episcopo, quemadmodum contendunt Presbyteri ad ea per Testatorem nominati, seu potius illorum erectio ad Apostolicam Datariam pertineat, idem Eminentissimus Pro-Datarius jussit Sacræ hujus Congregationis suffragium exquiri.

Episcopum, prævio Capituli consensu, posse in Ecclesiis sibi subjectis antiquas dumtaxat Dignitates, quæ olim erectæ forte defecerunt, ad pristinum statum redintegrare; Summi autem Pontificis authoritatem requiri ad novæ Dignitatis erectionem, per Textum in *can. Omnes dist.*22. tuentur *Felyn. in cap. cum accessissent a num.*14. *de Constit. Lotter. de re Benef. lib.*1. *quæst.*5. *num.*15. *&* 16. *Corrad. in prax. Benef. lib.*2. *cap.*75. *num.*1. *Amayden. de stylo Datar. lib.*1. *cap.*15. §.7. *vers. Verum hæc interpretatio Eminentiss. Petra tom.*1. *ad Const.*2. *Eugenii III. sect. unic. num.*35., & alii adducti per *Barbos. de Canon. & dignit. cap.*4. *num.*1. *& seqq.*

At communiter receptum esse, quod ab Episcopo Dignitates etiam novæ in Cathedrali, aut Collegiata Ecclesia institui queant, si modo sint ex iis, quæ in similibus Ecclesiis erigi consueverint, Sacrisque Canonibus, ut ajunt, cognitæ existant, ad differentiam earum, quæ prorsus novæ, & inusitatæ essent, distinguendo tradunt *Zabarell. in cap. Cum accessissent num.*5. *de Constitut.*, *Fagnan. in cap. Perniciosam num.*70. *de offic. Ordinar.*, *& in cap. Dilecto num.*26. *de præben. Barbos. de offic. & potest. Episcop. alleg.*68. *num.*12., *& de Jur. Eccles. lib.*1. *cap.*21. *num.*5. *Gambar. de potest. Legat. lib.*5. *tit. de potest. erigendi nova Beneficia n.*12. *&* 13. *Ricc. in prax. part.*4. *resol.*361. *num.*2. *Monet. de commut. ultim. volunt. cap.*11. *num.*328. *Selva de Benef. part.*1. *quæst.*4. *num.*18.. *& p.*4. *quæst.*7. *num.*120. *cas.*116. *Zerol. in prax. Episc. in verb. Benef. part. prim. fol.*24. *Monacell. in Formular. legal. for. Eccl. part.*4. *in supplem. ad t.*2. *num.*314., & juxta præmissam distinctionem pluries respondit Sacra hæc Congregatio, & signanter in *Sabinen. 26. Novembris* 1695. *lib.*45. *decr. pag.*603.

Porro

Porro, quod attinet ad Beneficium sub titulo Archipresbyteratus non in Cathedralibus tantum, sed etiam in Collegiatis Ecclesiis passim reperiri compertum est, quin etiam ruralibus quoque Ecclesiis præficiendum esse Archipresbyterum, statuitur *in cap. Ut singulæ de offic. Archipresbyt.* Sola igitur difficultas inesse videtur circa Beneficium sub nomine Archiediaconatus erigendum, cum Archidiaconus, qui oculus Episcopi dicitur, juxta *Gloss. Verb. oculi in can. Diaconi 93. distinct.*, & refert S. Concil. Trident. *sess.24. c.12. de Reform.*, nonnisi Ecclesiam Cathedralem decere videatur, inspectis præsertim muneribus, quæ ad eum pertinere recensentur *in Decret. sub tit. de offic. Archidiac.* Verumtamen, quia constat, etiam in quibusdam Collegiatis Ecclesiis dignitatem sub titulo Archidiaconatus existere, proposita in hac S. Congregatione sub diem 24. Aprilis 1717. in qua agebatur de Archidiaconatu erecto in Collegiata Ecclesia Oppidi Seminariæ, necnon ex *Brundesina Servitii* in hac Sacra Congregatione pendente, in qua disputatur de servitio præstando per Archidiaconum Collegiatæ Ecclesiæ in Oppido Liberano erectæ, idque innuere videntur *Bald. cons. prim. in fin. lib. prim. Federic. de Sen. cons.80. num.2. vers. Consideratur ergo, Card. Tusch. conclus.685. num.6.*, & cum aliis *Barbos. de Canonic. & Dignit. cap.4. num.5.* ubi firmant, Archidiaconatum, & Archipresbyteratum Collegiatæ in Dignitatem de jure communi resonare, idcirco ponderandum erit, num ex eo, quod prorsus novum, & inusitatum non sit Beneficium sub titulo Archidiaconatus in Ecclesiis Collegiatis, Episcopi authoritas pro ejus erectione sufficiat.

His igitur una cum Episcopi Relatione, quæ circumferentur, ponderatis, onus erit EE. VV. decidere.

An erectio Beneficiorum, de quibus agitur, fieri debeat ab Episcopo, seu potius ad Apostolicam Datariam pertineat in casu &c.

Sess.22. Dec. de obser. & evit. in celeb. Missæ.

ROMANA UTENSILIUM. Cum Rectores quinque Cappellaniarum, quas Princeps Joannes Baptista Pamphilius paternæ dispositionis obsequens in Ven. Ecclesia S. Agnetis erigi curavit, ad utensilium solutionem ex Decreto hujus S. Congregationis fuerint adstricti, œconomus ejusdem Ecclesiæ contendit, ea quoque præstari debere a Rectore, & Præfecto Collegii Pamphiliani, qui binas Cappellanias ab ipso Joanne Baptista sub annum 1703. ibidem ære suo institutas obtinent, quo circa controversia inde exorta supremo ejusdem S. Congreg. judicio sub infrascripto Dubio discutienda proponitur.

Rationum momenta, quibus memorati Rector, & Præfectus dicti Collegii authumant, se minime teneri controversa utensilia persolvere, videtur potissimum niti Relationi Eminentiss. Aldrovandi præfatæ Ecclesiæ Protectoris, qui summatim exposita facti serie, suam sententiam in hæc verba aperuit „ crederem prædictas duas Cappellanias a Rectore, & Præfecto possessas non debere esse obnoxias oneri utensilium. Moveor autem „ ex ea potissima juridica ratione, quia re vera prædicti Rector, & Præfectus Collegii Alumnorum respectu Ecclesiæ fovere videntur titulum „ onerosum, & correspectivum, ratione cujus debent juste esse exempti „ ab onere utensilium per Ecclesiam prætenso, qui sane titulus onerosus, & correspectivus fundatur in eo, quia iidem Rector, & Præfectus „ præter promiscuam communionem aliorum onerum habent quoque adnexam directionem, instructionem Collegii Alumnorum, qui pro ministeriis subalternis Ecclesiasticarum functionum sunt pariformiter addicti servitio ipsius Ecclesiæ. Unde, sicut cessante eorumdem Alumnorum ministerio, utique Ecclesia opus haberet alios ab extra assumere „ sub-

„ ſubalternos Miniſtros pro Eccleſiaſticis functionibus , & quidem ſub
„ congruo ſtipendio , ita facile patet , quod eadem Eccleſia ex facto,
„ & cura Rectoris & Præfecti relevatur ab onere aliunde aſſumendi hu-
„ juſmodi ſubalternos Miniſtros, adeoque ex hoc capite ad evitandam
„ utenſilium ſolutionem, recte poſſunt relative ad ipſam Eccleſiam alle-
„ gare hanc ſpeciem tituli oneroſi, ſeu correſpectivi, quo eo converſo
„ ſunt undequaque deſtituti alii Cappellani ipſius Eccleſiæ, qui fuerunt
„ ad eamdem ſolutionem obſtricti.

At adverſus hæc opponitur, primo, quod omnes, & ſinguli Beneficia, ſeu Cappellanias ſub perpetuo Miſſarum onere obtinentes utenſilia Sacrario Eccleſiæ, ubi Miſſarum celebrationem peragunt, perſolvere teneantur, communem Eccleſiarum praxim, de qua teſtantur *Monacell. in formular. for. Eccl. part.* 4. *n.* 118. *pag.* 107. & ex recentioribus *Vrſaya to.* 4 *part.* 2. *diſcep.* 22. *n.* 67. *tom.* 5. *part.* 2. *diſcept.* 26. *n.* 14. *Piton. de contr. Patron. alleg.* 54. *n.* 56. *& alleg.* 100. *n.* 165. Secundo, quod Cappellaniis a Principe Joanne Baptiſta inſtitutis fuerunt in limine fundationis adjecta ea omnia onera, quibus gravantur Cappellaniæ a Principe Camillo ordinatæ, adeout, ſicuti harum Rectores tenentur aſſerta utenſilia præſtare, ita ad ea ſolvenda compelli quoque debeant memorati Rector, & Præfectus, qui dictas binas Cappellanias ſunt aſſecuti, & tertio demum impugnatur aſſertus titulus oneroſus, & correſpectivus, quo prætenditur præfatos Cappellanos controverſo utenſilium oneri haud obnoxios eſſe.

Et quamvis ex Decretis tempore Urbani VIII. ab hac Sacra Congregatione editis ſuper Miſſarum celebratione cautum habeatur „ permittendum non
„ eſſe ut Eccleſiæ, ac Loca Pia, ſeu illorum Adminiſtratores ex elee-
„ moſynis Miſſarum celebrandarum ullam utcumque minimam portionem
„ retineant ratione expenſarum, quas ſubeunt in Miſſarum celebratione,
„ niſi cum Eccleſia, & Loca Pia alios non habent redditus, quos in
„ uſum earumdem expenſarum erogare licite poſſint, & tunc quam por-
„ tionem retinebunt, nullatenus debere execedere valorem expenſarum,
„ quæ pro ipſomet tantum Miſſæ Sacrificio neceſſario ſunt ſubeundæ, &
„ nihilominus eo etiam caſu curandum eſſe, ut ex pecuniis, quæ ſuper-
„ ſunt, expenſis ut ſupra deductis, abſolute tot Miſſæ celebrentur, quot
„ præſcriptæ fuerint ab Offerentibus eleemoſynam „ attamen præfatus œconomus, id in præſenti caſu haudquaquam obſtare tuetur, tum quia hujuſmodi Decreta loquantur dumtaxat de Miſſis manualibus, & adventitiis, non autem de quotidianis, & perpetuis, uti notavit *Rot. dec.* 463. *n.* 5. *&* 6. *cor. Molin.* tum etiam, quia Eccleſia S. Agnetis in eo non reperitur ſtatu, quo dives reputari poſſit, nulloſque redditus, habet, quos in uſum expenſarum pro Miſſarum celebratione eroget, & demum, quia hac non obſtante exceptione, alii quinque Cappellani ad hoc idem onus fuerunt adſtricti.

Petitionem œconomi confovere videtur Reſcriptum Sacræ Congregationis in *Auximana*, in qua, cum ageretur de Eccleſia Cingulana peculiares habente redditus pro Sacris Supellectibus inſtruendis, propoſito Dubio -- An Rectores Beneficiorum, Cappellani, aliique celebrantes in Eccleſia Collegiata Cinguli teneantur ſolvere utenſilia Capitulo dictæ Eccleſiæ, & pro ſumma in caſu &c. -- die 23. Februarii 1726. reſponſum fuit -- Rectores Beneficiorum, Cappellanos perpetuos, Canonicos obtinentes ultra Canonicatuum Cappellanias perpetuas, & ipſum Capitulum pro rata onerum perpetuorum teneri ad ſolutionem utenſilium Sacriſtiæ ad rationem unius obuli pro qualibet Miſſa, exceptis tantum a ſolutione utenſilium Miſſis adventitiis -- *lib.* 76. *decr. pag.* 95.

Hæc

Hæc sunt, quæ in utramque partem ponderari possunt. Dignabuntur itaque Eminentiæ VV. rescribere.

An pro Cappellaniis erectis anno 1709. in Ecclesia S Agnetis debeantur ab earum possessoribus eidem Ecclesię utensilia pro celebratione Missarum in casu &c.

TARRACONEN. RESIDENTIÆ. Cl. m. Card. Cervantes Archiepiscopus Tarraconensis, cum Parochialis Ecclesia in Oppido de Tamarit jampridem erecta longe dissitos haberet limites, atque a Locis nuncupatis de la Riera, & Virgilii, ei subjectis medio Flumine Gaja interscinderetur, adeout illius Rector non posset spiritualibus Populi necessitatibus prompte accurrere, sub annum 1573., ita postulantibus dictorum Locorum Incolis, decrevit, ut nova Ecclesia una cum Baptismali Fonte, & Domo in Pago de la Riera, utpote commodiore deberet construi, eaque erecta, deputaretur Vicarius, qui ibidem residens animarum curam exerceret. *Sess. 22. c. 3. de ref.*

Ad tramites hujus Decreti memoratus Vicarius, prævia nominatione dictorum Incolarum, & consensu Rectoris Parochiæ de Tamarit consuevit ab Archiepiscopo ad curam animarum in præfata nova Ecclesia exercendam deputari, eoque in Pago de la Riera residens spirituali animarum saluti incumbere; Rector vero Ecclesiæ de Tamarit Parochialem Domum inhabitans Sacramenta Hominibus commorantibus semper administravit cæteraque Parochialia munia per se ipsum obivit.

Verum, quia Præfecti Communitatis ejusdem Oppidi de Tamarit Felicem Perez modernum Parochum detrectantem ibi ob aeris intemperiem residere, contendentemque, se posse, relicto apud Parochialem Ecclesiam Cappellano, qui ejus vices quoad exercitium curæ animarum suppleat, in Loco de la Riera moram trahere, in judicium vocarunt coram Ordinario Tarraconensi, & ab eo decretum obtinuere, quo tributa sibi fuit manutentio in possessione habendi Parochum, qui Parochialem Domum inhabitando resideret in dicta Villa de Tamarit, quique per se ipsum Sacramenta administrare teneretur, ac subinde sententiam huic Decreto conformem a Sacræ Rotæ Tribunali reportarunt, prævia Decisione, quæ circumfertur; idcirco præfatus Felix Perez supplicem Sanctissimo Domino Nostro porrexit libellum, quo exponens, se usque ab anno 1729. ab Archiepiscopo Burgensi, qui tunc Tarraconensem Ecclesiam regebat, fuisse ab Ecclesia Roccherfortis ad dictam Parochialem translatum sub conditione, quod posset in Loco de la Riera intra limites suæ Parochiæ existente residere, quin tenerentur in Oppido de Tamarit aeris intemperie infecto commorari, ob hujus peculiaris circumstantiæ momentum humillime petiit, obtinuitque, causæ cognitionem, prævia illius avocatione a Sacræ Rotæ Auditorio, ad supremum hunc Consessum remitti.

Jussus itaque Archiepiscopus Burgensis Sacram Congregationem de statu hujus controversiæ edocere, literis suis sub mensem Aprilis mox elapsi anni datis retulit, se ab Ecclesia Roccafort ad sæpedictam Parochiam promovisse præfatum Felicem, ut „ haud vulgares ejus dotes remunerarentur, *deindeque ita subdit* -- At vero timui, non admissurum, si cogerem ibi-
„ dem commorari; erat enim constans, & longa experientia certissimum,
„ illum cœlum grave fore, siquidem fere singulis quibusque annis unus,
„ vel alter moribus suos Incolas infestabat, ita ut, vel ipsorum non pau-
„ cos compulerit etiam natale solum deserendo commigrare; quapropter
„ durum admodum visum fuit mihi, si premerem Rectores virtute, lite-
„ ris, & prudentia præstantiores, ut ibi necessario essent, ubi hac quasi
„ fatali necessitate, ita dixerim, mortem immaturam sibi prudenter time-
„ rent, præsertim cum ego ipse expertus fuissem, Marium Cortes, quem

,, ex meritis elegi in illam Ecclesiam, intra annum e vivis excessisse, ta-
,, metsi ætate, & viribus, vel robustissimus foret, & non multum absi-
,, mile accidit prædecessori ipsius viro Doctori optime merito Laurentio
,, Gaso, qui fere semper infirma valetudine vixit: His, & aliis experien-
,, tiis doctus quasi sævitiam judicavi novum Rectorem Felicem Perez ad
,, has ærumnas imo ad necem exponere, propterea que rem ipsam flagita-
,, re, ut vel ex charitatis officio mansionem aliam non ita calamitosam as-
,, signarem intra terminos tamen ipsius Parochiæ, quæ diversis Oppidu-
,, lis constat, ex quibus unum est Riera, quod nec duo tentum milliaria
,, distat a Tamarit; illud assignavi, ut præsens Rector morari posset ad
,, tempus, videlicet durante aeris infirmitate; illius enim in primis cœli
,, temperies benigna est, situs commodior, quippe, qui in medio totius
,, Parochiæ, Incolæ multo plures, recursus Parochianorum Tamarit ad
,, proprium Parochum, seu Rectorem facilis, quandocumque illo opus
,, habeant, præcipue cum apud illos perpetuo sit Vicarius, qui, si peri-
,, culum, aut necessitas urgeat, eis præsto subvenire possit, ut pro more
,, faciunt aliæ Diœcesis Ecclesiæ, cui Vicario fas erit a Tamarit exire,
,, cum viderit saluti ejus nocere, ne in morbum incidat, ut reipsa incide-
,, runt non pauci, qui hac de causa e periculo sibi iminenti evaserunt, quod,
,, si opus fuerit, præsens Rector Instrumentis comprobabit.

E converso autem modernus Archiepiscopus Tarraconensis itidem hac de re auditus, in ea manens sententia, quod prædictus Felix teneatur in Oppido de Tamarit residere, & Sacramenta Incolis ejusdem Oppidi per se ipsum administrare, pluribus argumentis in sua relatione expositis præfatum Oppidum ab impicta vitiosi aeris insalubritate vindicare satagit, indeque concludit, haudquaquam licere illius Ecclesiæ Rectori ab onere in Parochialibus ædibus commorandi sese eximere, neque sine magno animarum periculo permitti posse, ut Parochi absentia Vicarii ministerio suppleatur.

Præterea, quæ ad rem late deducta fuerunt in memorata Decisione Rotali, quæque nomine præfatæ Communitatis iterum coram Sacra hac Congregatione proponentur, præstat referre nonnulla Decreta ad controversiæ decisionem pertinentia. In *Ravennaten.*, cum a Vicario Generali quæsitum fuisset, num Parochus teneretur in ædibus Parochialis Ecclesiæ, seu intra limites Parochiæ residere, & an ad restitutionem fructuum esset adstrictus Parochus ille, qui nunquam sic resedit, licet eidem Parochiali Ecclesiæ in Divinis inservierit, Sacra Congregatio censuit -- non teneri, sed cogendum esse imposterum residere in Domo Ecclesiæ, vel si Ecclesia eam non habet, in alia propinquiore intra limites Parochiæ -- ut in *lib.2. decr. p.110. & seq.*

In *Nullius 6.* Aprilis *1606.* S. Congregatio his verbis rescripsit -- Ad I. Hujusmodi Rectorem debere habitare in ædibus Parochialis Ecclesiæ, si ipsa ædibus non careat. Ad II. Si intra limites Parochiæ non tamen in ædibus Parochialis Ecclesiæ habitaverit, fructus tamen facere suos, nec in aliam pœnam incidere, quam eam, quæ præcepto episcopi ad inhabitandas illum Parochialis ædes urgentis contineantur -- ut in *lib.10. decr. p.148.*

In *S. Agathæ Gothorum* 16. Martii *1641.* Rescriptum prodiit in hæc verba -- Intemperiem, & insalubritatem aeris non excusare a residentia -- ut in *lib.16. Decr. p.513.*, & in *Nicien.* 4. Augusti *1645.* Rescriptum huic simile editum fuit his verbis -- Aeris intemperiem non excusare Parochum a residentia -- ut in *lib.18. Decr. p.206.*

Sæpius vero Parochos ob aeris insalubritatem obtinuisse Indultum ad certum tempus, non solum commorandi in ædibus non Parochialibus, sed etiam residendi extra Parochiam, relicto idoneo Vicario, qui illius nomine animarum curam exerceret, constat ex pluribus Sacræ Congregationis Decre-

Decretis, & signanter in *Turritana 7. Julii* 1703. *lib.53. decr. pag.325. in Algaren. 19. Aprilis* 1704, *lib.54. decr.pag.179. in Lucana 6. Jun.* 1705. *lib.55. decr. pag.*214. *&* 16. *Maii* 1716. *lib.66. decr.pag.*231. *in Bosanen.* 28. *Martii* 1716. *lib.66. decr. p.166.*

Partes igitur Eminentiarum VV. erunt statuere.

I. An Parochus Villæ de Tamarit teneatur residere in ædibus Parochialibus Villæ, & Loci de Tamarit, non obstante asserta licentia Archiepiscopi Antecessoris residendi in loco della Riera intra limites dictæ Parochiæ; *Et quatenus affirmative.*

II. An, & quomodo sit providendum in casu &c.

Die Sabbathi 3. Martii 1736.



Olium superioris Congregationis habitæ sub diem 28. Januarii currentis anni Eminentissimi Patres resumere non graventur, & Dubia, quæ in sex sequentibus causis ob temporis angustiam tunc proponi non potuerunt, Sapientissimo Oraculo definire.

MURANA MANSIONARIÆ.

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c. *Sess.24. c.12. de ref.*

Prævio recessu a decisis Cappellaniam spectare ad Seniorem in Ordine, qui in examine faciendo coram Episcopo reperiatur sufficienter versatus in cantu Gregoriano.

GUARDIEN.

An, quæ, & super quibus Episcopo Guardiensi competat jurisdictio in Commenda, seu Oppido Aquævivæ Collis Crucis, & Parochiali Ecclesia S. Mariæ Esther, itaut sit standum, vel recedendum a Decisis sub die 5. Septembris 1693., 15. Januarii 1695., 12. Aprilis 1710., & 14. Novembris 1733. *Sess. 21. c. 8. de ref.*

Prævio recessu a Decisis die 14. Novembris 1733. In reliquis in decisis.

IMOLEN. DISTRIBUTIONUM.

An, & quo a tempore debeantur distributiones quotidianæ Canonico Fausto Stagni in casu &c. *Sess.24. c.12. de ref.*

Deberi a die captæ possessionis pro tempore tantum, quo inservivit, & amplius.

SPOLETANA ERECTIONIS DIGNITATUM.

An erectio Beneficiorum, de quibus agitur, fieri possit ab Episcopo, seu potius ad Apostolicam Datariam pertineat in casu &c. *Sess. 22. c. 3. de ref.*

Non proposita cum sequentibus.

Sess.21. Decr. de observ. & evit. in celeb. Miss.

ROMANA UTENSILIUM.

An pro Cappellaniis erectis anno 1709. in Ecclesia S. Agnetis debeantur ab earum possessoribus eidem Ecclesiæ utensilia pro celebratione Missarum in casu &c.

Sess.24. c.1. de Ref.

TARRACONEN. RESIDENTIÆ. Deductis in memorato Folio respicientibus residentiæ onus, quo gravantur Parochi, præstat adjicere Decretum ab hac Sacra Congregatione editum anno 1573. occasione, qua Episcopus Regensis eamdem consulens super pluribus Dubiis ad Parochorum residentiam spectantibus inter cætera sciscitatus est -- „ Se l' aere fosse „ nel luogo della Cura tanto mal sano, che senza gran pericolo della vita „ non vi potesse habitare alcuno, se non fosse originario di quel luogo, „ se potrebbe il Rettore habitare altrove? *Responsum autem fuit in hæc* „ *verba* -- Sacra Congregatio Concilii censuit, non posse -- Si tamen Re„ ctor infirmus esset, & in loco Parochialis curari non posset defectu Me„ dicorum, vel Medicinarum, tunc posse ab Ordinario dari dilationem „ trium, aut quatuor mensium, ut in locis vicinioribus maneat recupe„ randæ sanitatis causa, posito interea ab ipso Ordinario in Parochiali „ idoneo Vicario cum congrua portione ex redditibus ejusdem Parochialis; „ ut ex *lib.1. decr.pag.52*.

Partes igitur Eminentiarum VV erunt statuere.

I. An Parochus Villæ de Tamarit teneatur residere in ædibus Parochialibus Villæ, & Loci de Tamarit, non obstante afferta licentia Archiepiscopi Antecessoris residendi in Loco della Riera intra limites dictæ Parochiæ; *& quatenus Affirmative*.

II. An, & quomodo sit providendum in casu &c.

Sess.24. c.12. de Ref.

OSNABRUGEN. DISTRIBUTIONUM. Joannes Balduinus Chorus exponens, se a viginti circiter annis provisum de Vicaria simplici Beneficio residentiali Ecclesiæ Cathedralis Osnabrugensis, Chori, Ecclesiæque servitio, quousque potuit, diligentissime incubuisse, sed infirmitate correptum ex Medicorum consilio, & prævia licentia Capituli, & Decani Cathedralis Ecclesiæ, relicto altero ex Vicariis ejusdem Ecclesiæ, qui ejus vices conventa mercede suppleret, Aquisgranum patriam suam fuisse profectum, nedum, ut aere nativo frueretur, verum etiam, ut usu thermarum saluti suæ consuleret, apud Sacram hanc Congregationem conquestus est, quod cæteri Vicarii eum ad fructuum, & distributionum participationem admittere detrectarent.

Sacra autem Congregatio, attenta Relatione Nuncii Apostolici Coloniensis; primum die 22. Septembris 1725. censuit „ deberi Oratori ex prædicta „ causa infirmitatis omnes ejus fructus, & distributiones quotidianas „ pro præterito, quam pro futuro tempore ad annum proximum tan„ tum, si tandiu infirmitas duraret, dummodo tamen per alium Vica„ rium Cathedralis onera sibi incumbentia suppleret -- deindeque, , cum Capitulum, & Vicarii præfatæ Ecclesiæ adversus hoc Rescriptum reclamaverint sub obtentu potissimum, quod exposita a præfato Joanne non subsisterent in facto, propositis binis hisce Dubiis „ I. An sit standum, vel re„ cedendum a Decisis in casu &c. „ die 20. Septembris 1727. rescripsit „ „ Ad I. In Decisis. Ad II. Indultum, de quo agitur, præfato Joanni „ Balduino Chorus ad annum prorogavit, & interim committendum Or„ dinario ut Processum conficeret super qualitate infirmitatis, illumque „ ad Sacram Congregationem transmitteret cum suo voto - ut in lib.77. Decr. pag. 577.

In

In executionem hujus postremi Rescripti memoratus Joannes Balduinus curavit expediri adversus prædictos Vicarios mandatum non solum pro solutione fructuum præbendalium, sed etiam pro quotidianis distributionibus, ceterisque emolumentis tam præteritis, quam futuris, Vicarius autem Generalis sub mense Aprilis anni 1728. demandatum processum inchoavit, illumque tandem absolutum ad Sacram Congregationem transmisit simul cum sua Relatione, qua recepta, Communitas Vicariorum authumans, nullas distributiones usque ab anno 1728. deberi Joanni Balduino, quinimo eumdem veluti a sua Ecclesia tot per annos sine legitima causa absentem privandum esse dicta Vicaria, instat, decidi duo Dubia, quæ infra describentur.

Præcipua quæ instituitur quæstio, ea est, num Joannes Balduinus revera laboraverit infirmitate, pro qua curanda necessarium sibi foret, in patriam secedere, & num etiam nunc eadem ita vexetur, ut sine vitæ periculo nequeat Civitatem Osnabrugensem Ecclesiæ deservitur us repetere.

Bina ille super statu ægræ suæ valetudinis produxit testimonia Medicorum Aquisgrani degentium, quorum alter sub diem 9. Aprilis 1753 in hæc verba deposuit „ Attesto iterato &c. jurato &c Domino Chorus Vicario „ Ecclesiæ Cathedralis Osnabrugensis solitæ curæ continuationem omnino „ necessariam esse, ne rursus in graviora mala relabatur „ alter vero sub diem 27. ejusdem Mensis ita se expressit „ Attestor, Domino Chorus aquarum nostrarum usum continuum pro sua cura adeo necessarium esse, ut „ earumdem potum tam propter initam sexagesimi tertii anni ætatem, „ quam propter malum plusquam inveteratum intermittere nequeat.

Verum adversus hæc multo plures Medicorum attestationes profert Universitas Vicariorum, ex iis probari contendens, assertum morbum, si Balduinus illo reapse afficeretur, facile curari posse in Civitate Osnabrugensi, cujus aer eidem debellando aptissimus foret, sed contra rei veritatem putat, magnificari ægritudinem, quippe quia ex nonnullis Testium depositionibus habetur, Joannem Balduinum in Civitate Aquensi Monialibus Ursulinis, annua recepta mercede, veluti ordinarum ipsarum Presbyterum inservire, quin etiam temporalibus negotiis ita sese addicere, ut manifestum bonæ valetudinis argumentum præbeat, unde concludit, eumdem Joannem Balduinum utpote sine legitima causa absentem non solum quotidianas distributiones ab anno 1728. lucratum non fuisse, sed propter diuturnam adeo, & contumacem absentiam ipsa quoque Vicaria privandum esse, juxta ea, quæ per *Text in can. placuit. 21. quæst.2. cap. Pervenit. de appellat. & in cap. Ex tuæ de Cleric. non resid. tradunt Gonzal. in cit. cap. Ex tuæ num.2. Garz. de Benef. p.3. cap.2.*

Immo quia in Cathedrali Osnabrugensi viget consuetudo, quod Canonici, & Beneficiati, seu Vicarii extra locum Cathedralis decumbentes quotidianas distributiones non lucrentur, uti constare prætenditur ex pluribus allatis documentis, eamdem Vicariorum Universitas propugnat, controversas distributiones minime præstandas esse Joanni Balduino, etiamsi causa infirmitatis, & cum debita licentia a sua Ecclesia abesset, licet enim Canonico, seu Beneficiato extra locum Cathedralis, in qua Canonicatum, vel beneficium obtinet, ægrotanti præstandæ sint distributiones pro toto tempore, quo ea de causa Divinis interesse nequit, uti rescripsit Sacra Congregatio sub annum 1624. *lib.*12. *Decr. pag.*159., attamen id sibi locum non vindicat, ubi contraria vigeat consuetudo, quæ sit legitime præscripta, juxta Decretum ejusdem Sac. Congregationis editum in *Nullius Distributionum*, in qua cum disceptatum fuerit. „ I. An „ distributiones quotidianas lucretur Canonicus, seu Beneficiatus, qui „ solitus ceteroquin inservire a Civitate legitimæ vacationis tempore discedens in vicinum Oppidum (unde sub finem dictæ vacationis potest „ oppor-

,, opportune reverti ad inserviendum Ecclesiæ) se contulit, ibique supervenientis infirmitatis corporalis impedimento ita detinetur, ut ad Civitatem redire, & Choro interesse non valeat, *& quatenus affirmative*. II. An hoc locum habeat, quamvis in ea Ecclesia vigeat contraria consuetudo -- die 18. Decembris 1666. prodiit Rescriptum -- Ad primum lucrari. Ad secundum non habere locum, si consuetudo sit legitime præscripta ,, ut in *lib.* 25. *Decr. pag.* 190.

Vicarius Generalis in sua Relatione confirmans ea, quæ superius in facto exposita sunt, subdit, Joannem Balduinum a Decano Cathedralis excitatum fuisse, ut ad suam residentiam revertetur, sed eum nondum comparuisse, quinimo cuidam Beneficio, quod Aquisgrani obtinuit, neglecta Vicaria, ita laudabiliter inservire, ut credi non possit, eum morbo aliquo detineri, quo circa, his omnibus ob oculos habitis, dignabuntur EE. VV. deliberare.

I. An, & a quo tempore debeantur distributiones quotidianæ.

II. An, & quomodo sit providendum in casu &c.

Sess. 24. c. 17. de ref.

AUGUSTANA BENEFICII. Anno 1663. Ordinarius Augustanus duo Beneficia in Oppido Gemphing. sub onere residentiæ, ac sub reservatione Iurispatronatus favore Monasterii S. Vvalburgæ Eustadii jampridem erecta, quorum alterum *Præbenda*, alterum *Primissaria* nuncupabantur, sub obtentu, quod eorum annui redditus ob temporum injuriam adeo decrevissent, ut congruæ illa obtinentium substentationi non sufficerent, in administrationem, seu œconomiam concessit Rectori pro tempore Parochialis Ecclesiæ ibidem existentis, lege tamen adjecta, ut juxta assertam consuetudinem Diœcesis Augustanæ quolibet anno licentiam ea administrandi ab Episcopali Curia impetrare teneretur.

Hæc eadem Beneficia sub annum 1712. Vitus Christophorus Schillingh Rector præfatæ parochialis, occasione istam cum alia permutandi, cessit Benedicto Grienuvald; qui promisit alterum ex dictis Beneficiis *Præbendam* nuncupatum ad nutum, & dispositionem Abbatissæ memorati Monasterii veluti eorum Patronæ intra decennium dimittere. Verum quia, elapso jamdudum decennio, pollicitam Beneficii dimissionem Benedictus explere neglexerat, eum Vicarius Generalis in Pastorali visitatione anno 1734. peracta dicto Beneficio privavit, subindeque ad præsentationem Abbatissæ illud contulit Præsbytero Antonio Merkl, qui licet ejus possessionem capere curaverit, nullos tamen fructus, utpote a præfato Benedicto violenter, ut asserit, occupatos, adhuc percipere potuit: Quapropter bina Dubia, quæ inferius describentur, in hodierno Consessu postulat definiri.

Momentum Causæ in eo versari videtur, num controversum Beneficium re ipsa vacans dici posset eo tempore, quo collatum fuit Antonio Merkl; hoc enim posito, contenditur, valide potuisse a Vicario Generali conferri, Benedictum vero nedum teneri ad restitutionem fructuum decursorum a die collationis seu institutionis habitæ ab Antonio, verum etiam ad extradendos illos omnes, quos sibi usurpavit post dictum decennium, veluti mala fide perceptos juxta Textus in *cap. Cum vos. de Offic. Ordinarii, cap. Præsenti, & cap. Quia sæpe eodem tit. in 6.*

Duplici autem nomine prætenditur, hoc Beneficium tunc temporis vacasse. Primo, quia adnexum habens ex lege fundationis onus residentiæ ab ejus Titulari explendæ foret omnino incompatibile cum alio quocumque Beneficio residentiali, adeoque sine dispensatione Apostolica retineri non posset cum Ecclesia Parochiali, sed ipso jure vacaverit ex Sacrorum Canonum sanctione *in cap. De multa. De Præben.*, & ex lege Tridentini Concilii *Sess. 7. cap. 4.*, *& Sess. 24. cap. 17. de Ref.*

Secun-

Secundo, quia tempore, quo Benedictus obtinuit parochialem cum duobus memoratis Beneficiis, istorum annui redditus jam essent eo usque adacti, ut unumquodque eorum ad congruam vitæ sustentationem sufficere posset, proindeque Ordinarius, qui non duo tantum, sed tria uni Benedicto contulit Beneficia nulliter id peregerit, adversante potissimum Tridentino *d. Sess.*24. *cap.*17. *de ref.*, cui consonant Synodales Constitutiones Diœcesis Augustanæ *cap.* 5. *num.*4.; Præsertim vero, cum Episcopus tertium Beneficium conferre nequeat Clerico possidenti alia duo, licet istorum conjuncti proventus impares sint ejus sustentationi, uti decisum fuit ab hoc supremo Tribunali in *Aquilana* 14. Augusti 1632. per hæc verba: „ Sacra Congregatio respondit ad primum; Episcopum habenti unum simplex Beneficium non sufficiens ad illius sustentationem posse aliud simplex conferre, sed non posse plura, quamvis simplicia, usque ad ejus sufficientem sustentationem eidem conferre -- ut in *lib.*14. *Decr. pag.*653. „ *& in Curzolen.* 13. Maii 1651., re sic exposita -- Episcopus supplicat pro resolutione infrascripti Dubii -- An ab Episcopo absque dispensatione Apostolica possit permitti retentio trium Beneficiorum simplicium de jurepatronatus laicorum sub eodem tecto non existentium, & quorum redditus non sufficiunt ad congruam sustentationem? „ Sacra Congregatio respondit -- Episcopum permittere non posse --, ut in *lib.*19. *Decr. pag.*125.

Præterea ne adversus præmissa excipi possit, Beneficia, de quibus agitur, unita, seu incorporata fuisse Ecclesiæ Parochiali, Promotor Fiscalis Curiæ Ecclesiasticæ, qui collationem *Præbendæ* factam Antonio Merckl tueri nititur quamcumque eorum unionem satis excludi putat, tum quia Parochus Antecessor in enunciata permutatione declaravit, se cedere Parochiam cum prædictis duobus Beneficiis *alias non incorporatis*, tum quia ipsemet Benedictus eorum cessionarius sese palam obstrinxit, alterum ex eis veluti a Parochia separabilibus libere post decennium dimittere; quo posito, contendit, suffragari non posse Benedicto neque Regulam de triennali, juxta ea, quæ tradit *Fagnan. in cap. de multa a n.*48. *ad* 52. *de Præben.* & rescripsit Sacra Congregatio in supracitata *Aquilana*, ubi, cum fuisset pariter quæsitum -- An præsumpta Dispensatio, in qua fundatur Regula „ de triennali, habeat locum contra Decreta Sacri Concilii Tridentini „ cap.4. sess.7., & cap.17. sess.24., & cap.15. sess.25. de ref.; itaut possidentes Beneficia contra dispositionem dictorum Decretorum ex tali præsumpta dispensatione suam possessionem tueri valeant -- rescriptum fuit -- „ Non habere locum contra omnia dicti Concilii Tridentini Decreta „; ut in *lib.*14. *Decr. pag.*653.

At opponit Benedictus, agi de Beneficio usque ab anno 1663. Parochiali Ecclesiæ unito proindeque ejus unionem veluti supra quadraginta annos peractam, suumque effectum plene sortitam non potuisse ab Ordinario rescindi, quemadmodum inferri putat ex Decreto Sacri Concilii Tridentini *sess.*7 *c.*6. *de ref.* Præterea, cum ipse sub annum 1712. legitime institutus fuerit de dicto Primisseriatu, inde contendit, seclusa etiam illius unione Ecclesiæ Parochiali, se nequivisse ab eo destitui, nisi prævia re judicata, quæ declarasset, ipsum incurrisse penam privationis ejusdem Beneficii.

Ceterum existimat, sibi nequaquam officere, quod in actu præsentationis obtentæ ab Abbatissa Monasterii San. Vvalgurgę adjecta fuerit conditio dimittendi intra decennium alterum ex memoratis Beneficiis Parochiali unitis tum quia hujusmodi lex neque a Patrono, neque ab Ordinario apponi potuerit, cum Sac. Canones vetent Beneficium perpetuum ad certum tempus conferri, ut docet *Gloss. in can. Pastoralis* 7. *q.*1. *Verb. gubernare*, ibique notant *Geminian. n.*3. *Bellamera sub. num.* 1. *vers. Istud valde*, *Turrecremat. num.*7. *Archidiac. num.*3., & distinguendo late tradit *Piton. de*

contr.

*contr. Patron. alleg.*24.; tum quia controversa dimissio alterius ex dictis Beneficiis conventa fuerit quoad *Prebendam*, non autem quoad *Primisseriatum*, de quo nunc agitur. Pariterque asserit, nihil ad hujus causæ decisionem conferre, quod ipse juxta consuetudinem Diœcesis Augustanæ quolibet anno limitatam receperit commissionem ab Episcopali Curia administrandi Parochiam una cum Primisseriatu, quippe quia commissiones ejusmodi relaxari consuetæ pro exigendis certis emolumentis ad commodum Curiæ Ecclesiasticæ non probant Beneficia, pro quibus illæ recipiuntur, non esse perpetua; secus enim Parochia quoque dicenda foret ad nutum amovibilis contra idipsum, quod de omnibus Beneficiis Ecclesiasticis, & præsertim de Ecclesiis Parochialibus cautum habetur in Constitutionibus Synodalibus Augustanæ Diæcesis, & tandem ad evitandum objectum pluralitatis Beneficiorum sibi appositæ profert liberculum quemdam, ex quo probari authumat consuetudinem in dicta Diœcesi Augustana vigentem retinendi plura Beneficia, quæ alioquin essent incompatibilia.

Jura circumferuntur. Onus itaque erit EE. VV. rescribere.

I. An institutio Beneficii facta in personam Antonii Merckl sustineatur in casu &c.

II. An, & quinam fructus sint restituendi in casu &c.

Sess.21. c.4. Sess.24.c. 13. de ref.

VERULANA FONTIS BAPTISMALIS. Cum in Oppido Castri, quod tribus Parochialibus Ecclesiæ constat unus dumtaxat reperiretur Fons Baptismalis in Archipresbyterali Ecclesia S. Olivæ pridem erectus Episcopus Verulanus agnoscens, plura inde oriri mala, quippe quia grave nimis, & incommodum sit populo æque, ac Parochis aliarum Ecclesiarum, qui a pluribus annis Infantes suorum Parochianorum ibi baptizare consueverunt, eamdem Ecclesiam in angulo Oppidi positam adire, jussit, ut novus fons in Ecclesia Sanctæ Mariæ altera ex dictis Parochiis erigeretur.

Mandatis Episcopi obsequens Hiacynthus Bernola Rector ejusdem Ecclesiæ S. Mariæ novum fontem construxit; at, huic erectioni sese opponente Paulo Nucci moderno Archipresbytero præfatæ Ecclesiæ S. Olivæ sub eo potissimum fundamento, quod Ecclesia sua aliarum Parochiarum sit matrix, quodque proinde Infantes tam sub ea, quam sub dictis aliis Parochiis nati, vel ab ipso Archipresbytero, vel si a proprio eorum Parocho; prævia tamen Archipresbyteri licentia, baptizari consueverint, & e converso eamdem erectionem tamquam justam, & validam tuente præfato Hiacyntho, qui assertam matricitatem Ecclesiæ S. Olivæ pluribus argumentis impugnat; idcirco rogantur Eminentiæ VV., ut, ponderatis juribus in utramque partem afferendis, nec non iis, quæ ad hanc rem novissime adfuerunt in Folio Congregationis habitæ die 23. Aprilis superioris anni in *Guardien. Fontis Baptismalis*, pronunciare non dedignentur.

An sit locus erectioni Fontis Baptismalis in Ecclesia Parochiali S. Mariæ Terræ Castri in casu &c.

Die

Die Sabb. 24. Martii 1736.



Ubia ſex cauſarum, quas temporis anguſtia vetuit diſcuti in poſtrema Congregatione habita ſub diem 3. hujus Menſis, hodie tandem a ſapientiſſimo Eminentiarum VV. oraculo definitionem expectant.

SPOLETANA ERECTIONIS DIGNITATUM. *Seſs. 22. c. 3. de Ref.*

An erectio Beneficiorum, de quibus agitur, fieri poſſit ab Epiſcopo, ſeu potius ad Apoſtolicam Datariam pertineat in caſu &c.

Poſſe fieri ab Epiſcopo.

ROMANA UTENSILIUM. *Seſſ. 22. Dec. de obſ & evit. in celeb. Miſ.*

An pro Cappellaniis erectis anno 1709. in Eccleſia S. Agnetis debeantur ab earum Poſſeſſoribus eidem Eccleſiæ utenſilia pro celebratione Miſſarum in caſu &c.

Affirmative, & amplius.

TARRACONEN. RESIDENTIÆ. *Seſs. 23. c. 1. de ref.*

I. An Parochus Villæ de Tamarit teneatur reſidere in Ædibus parochialibus Villæ, & Loci de Tamarit, non obſtante aſſerta licentia Archiepiſcopi Anteceſſoris reſidendi in Loco della Riera intra limites dictæ Parochiæ; *& quatenus affirmative*.

II. An, & quomodo ſit providendum in caſu &c.

Ad primum, affirmative. Ad ſecundum, attentis facti circumſtantiis pro conceſſione Indulti ad Triennium, & ad Mentem.

OSNARRUGEN. DISTRIBUTIONUM. *Seſs. 23. c. 1. de ref.*

I. An, & a quo tempore debeantur diſtributiones quotidianæ.

II. An, & quomodo ſit providendum in caſu &c.

Ad primum, deberi uſque ad annum 1728. Ad ſecundum, Epiſcopus procedat prout de Jure ad formam Concili.

AUGUSTANA BENEFICII. *Seſs. 24. c. 17. de Ref.*

I. An inſtitutio Beneficii facta in perſonam Antonii Merckl ſuſtineatur in caſu &c.

II. An, & quinam fructus ſint reſtituendi in caſu &c.

Ad primum, affirmative. Ad ſecundum, affirmative a die inſtitutionis Antonii Merckl, & amplius.

Sess. 21. c. 4. Sess. 24. c. 13. de ref.

VERULANA FONTIS BAPTISMALIS.

An sit locus erectioni Fontis Baptismalis in Ecclesia parochiali S. Mariæ Terræ Castri in casu &c.

Affirmative.

Sess. 24. c. 2. de ref.

MATHERANEN. ET ACHERUNTINA SYNODI. Cum Sacra hæc Congregatio ad consultationem Archiepiscopi Matheranensis, & Acheruntini in Relatione status suarum Ecclesiarum postulantis, sibi locum, ubi Diæcesanam Synodum celebraret, designari sub annum 1734. in hæc verba rescripserit: „ Synodum tam provincialem, quam Diæcesa- „ nam, ubi commode fieri poterit, celebrare non prætermitto. „ Idem Archiepiscopus huic Rescripto obsecuturus in Locis utriusque Diæcesis celebrationem Diæcesanæ Synodi sub proxime futurum Mensem Aprilis in Civitate Matheræ habendam induxit.

At, contendente postmodum Capitulo Cathedralis Acheruntinæ in sua Ecclesia Synodum celebrari debere, tum quia Diæcesis Acheruntina sit distincta ab Ecclesia Matheranensi, ac eidem æque principaliter unita, tum etiam quia Synodus Diæcesana in Cathedrali Acheruntina antea convocari consueverit, & demum quia Sacra Congregatio prædicto Rescripto jusserit quidem Synodum congregari statim, ac commode id fieri posset, non autem impertita fuerit Archiepiscopo facultatem eligendi locum magis comodum, eique benevisum. Archiepiscopus enixe flagitat, ut duo, quæ infra describentur Dubia, supremo Sacræ Congregationis oraculo decidantur.

Summa rationum, quibus innixus præfatus Archiepiscopus authumat, se posse controversam Synodum in Civitate Matheranensi celebrare, atque ad eam Clerum Diæcesis Acheruntinæ convocare, eumque detrectantem eidem Synodo interesse, juris remediis compellere, ad normam Sacri Concilii Tridentini *Sess. 24. cap. 2. de ref.* hæc esse videtur; primo, quod quilibet Episcopus duas habens Diœceses, quæ inter se sunt æque principaliter unitæ, possit Diœcesanam Synodum in alterutra celebrare, & utriusque Clerum ad eam, ubi voluerit, convocari uti per *Text. in can. Abbates 18. qu. 2. tradunt Frances de Eccles. Cathedral. cap. 8. n. 370., Gratian. discept. 655. n. 29. & seqq. Card. de Luc. de jurisdict. disc. 56. sub n. 6. in fin. Massobr. de Synodo cap. 2. dub. 8. per tot.*, secundo, quod præfata Civitas Matheræ Clero, & populo frequentior, atque pro Synodo celebranda sit ita commodior, ut hactenus pleræque Synodi fuerint ibi convocatæ, uti satis constare prætenditur ex iis, quæ sub annos 1652., 1673. & 1684. editæ fuerunt, & tertio denique in medium adducitur nedum enunciatum Rescriptum, ac alterum ad petitionem Archiepiscopi in hæc verba prolatum. „ Die 3. Junii 1628. Sacra Congregatio Cardinalium „ Concilii Tridentini Interpretum respondit electionem loci celebrandæ „ Synodi provincialis ad Archiepiscopum pertinere, verum pro nunc „ probavit, ut in Civitate Matheranensi convocetur, cum illa pro hujus- „ modi celebratione aptior, & commodior supponatur; „ Verum etiam Decretum Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium negotiis præpositæ, coram qua, disceptato hoc Dubio; „ An Canonici, & Clerici „ Civitatis Acheruntinæ delinquentes debeant ibidem carcerari, & in „ causis civilibus ibidem coram Vicario conveniri, vel potius conveniri „ possint in Curia Matheranen. & respective transportari ad carceres ejus- „ dem Civitatis Matheræ -- die 16. Aprilis 1706. prodiit Resolutio -- „ Negative quoad primam partem, affirmative vero quoad secundam.

Verum quia adversus hæc nihil hactenus allatum est nomine Capituli Acheruntinæ-

runti-

runtini, & in facto admitti videtur, præfatas Diœceses Matheranensem, & Acheruntinam fuisse æque principaliter unitas, idcirco præter ea, quæ fortasse in causæ propositione nomine dicti Capituli adducentur, quæque, differendo de hisce Cathedralibus unitis, doctissime notat *Eminentissimus Pet. ad Const.5. Inn.4. sect. un. n.12. & seq. to n.3.* opportune indicanda sunt nonnulla Rescripta, quæ alias in simili quæstione ab hac Sac. Congregatione prodierunt.

In *Ampurien. Synodi* ita habetur: ,, Approximante tempore celebrationis ,, Synodi, Episcopus, stante, quod Ampurensis Diæcesis unita sit æque ,, principaliter Civitatensi Diœcesi, nulla in hac parte suffultus consue- ,, tudine supplicat ab Eminentiis VV. edoceri.

I. An ipse teneatur celebrare Synodum in utraque Diœcesi, *& quatenus negative*.

II. An, renuentibus Civitatensibus accedere ad Cathedralem Ampuriensem, eos juris remediis ad accessum, & ad Synodi observantiam compellere possit.

Sacra vero Congregatio 8. Maii 1694. respondit. Ad primum affirmative alternatim. Ad secundum negative, ut in *lib.44. Decr. pag.212.*

In *Pennen. & Adrien.* 12 *Aprilis* 1625. primum editum fuit Decretum ita conceptum -- ,, Sacra Congregatio, Partibus auditis, ac Sanctissimo ,, Domino Nostro approbante, censuit, Episcopum Pennensem, & Adrien- ,, sem debere primam Diœcesanam Synodum, cum ultima in Civitate ,, Pennensi coacta fuerit, in Adriensi Civitate indicere, ac celebrare, ,, ad quam celebrandam præscripsit eidem Episcopo Dominicam Sanctissi- ,, mæ Trinitatis proxime futuram, nec ad eam Synodum censuit ullate- ,, nus admitti posse, aut debere Archidiaconum, Canonicos, & Capi- ,, tulum Pennen., nec e converso Archidiaconum Canonicos, & Capi- ,, tulum Adrien. ad Synodum postea celebrandam in Civitate Pennensi; ,, sed quoad hoc perpetuis futuris temporibus esse observandas literas in ,, forma Brevis san. mem. Clementis VIII. editas die 3. Maii 1598., qui- ,, bus hac in parte, quatenus opus sit, Sanctitatis Suæ authoritate Sacra ,, Congregatio expresse derogavit, Clerum vero Diœcesanum censuit, ,, debere eidem Synodo interesse absque præjudicio divisionis Diœcesis, li- ,, tis super hoc pendentis, ac jurium utriusque partis, tam in petitorio, ,, quam in possessorio judicio ,, ut in *lib.12. decr. pag.276.*

Postmodum vero die 27. Julii 1647., eadem Sacra Congregatio rescripsit -- ,, Synodum ab Episcopo congregatam, & celebratam in Civitate Pennen., ,, quæ ratione alternativæ celebranda erat in Civitate Adriensi non esse ,, abolendam, sed acriter corripiendum Episcopum, & faciendam de- ,, clarationem, quod hujusmodi celebratio nullo modo prajudicet Civi- ,, tati Adriensi ratione d. alternativæ, prout hæc S. Congreg. declarat ,, ut in *lib.18. decr. pag.367.*

Postremo in *Geruntinen. & Cariaten. Synodi, & Gravaminum*, cum Capitulares, & reliqui de Clero Geruntinen. ad Synodum per Episcopum indictam, & in Civitate Cariatensi habitam non accessissent, tum ob itineris incommodum, tum etiam, quia Ecclesiæ Geruntinen, & Cariaten. fuerint inter se accessorie unitæ, reservata tamen præeminentia Geruntinensi, inter cætera disceptata fuerunt hæc Dubia -- I. An Synodus ab Episcopo celebrata in Cathedrali Cariaten. sustineatur; *& quatenus affirmative*. II. An liget Diœcesim Geruntinam. III An censuræ ab Episcopo fulminatæ contra Canonicos Geruntinos sustineantur -- & Sacra Congregatio die 2. Octobris 1706. respondit -- Ad I. Affirmative. Ad II. & III. Negative -- sed reproposita causa sub Dubio -- An, & in quibus sit standum, vel recedendum a Decisis sub die 2. Octobris 1706. in casu &c. die 1. Februarii 1708. rescripsit -- Ad I. In Decisis. Ad II. Prævio recessu a

Decisis, Affirmative. Ad III. usque ad ultimum: In Decisis -- ut in *lib.58. decr. pag 53.*

Partes itaque Eminentiarum VV. erunt deliberare.

I. An licitum sit Archiepiscopo Materanensi, & Acheruntino convocare Synodum Diœcesanam in Civitate Matheræ pro utraque Diœcesi, seu potius eam celebrare teneatur in Civitate Acheruntina; *& quatenus affirmative ad primam partem, & negative ad secundam.*

II. An idem Archiepiscopus compellere possit ecclesiasticos dictæ Civitatis, & Diœcesis Acheruntinæ ad interveniendum prædictæ Synodo in casu &c.

Dilata non retardato pro hac vice interventu Cleri Acheruntini Synodo jam indictæ in Civitate Matheranensi S. P. Jurium ambarum partium.

Sess.23. c.18. de ref. TRICARICEN. ADMINISTRATIONIS SEMINARII. Episcopus Tricaricensis inhærens Decreto S. Concilii Tridentini sess 23 cap. 18. de Reform. consuetos Seminarii Deputatos elegit, œconomica ejusdem Seminarii administratione ipsis tributa; at, cum subinde deprehenderit, eosdem Deputatos concredito munere minus recte perfungi, adeo ut juxta sententiam ejus jussu editam a Canonico Nicolao Pagetti comperti fuerint Seminarii debitores in summa ducatorum 1195. 1. 19., ulteriorem ipsius Seminarii administrationem eis interdixit, indeque orta est occasio disceptandi Dubia, quæ inferius describentur.

Episcopus, cujus tantum jura hactenus allata sunt, propugnat, primo œconomicam Seminarii administrationem per se ipsum non autem per dictos Deputatos exerceri debere juxta mentem ipsius Sacri Concilii Tridentini cit. cap.18. sess.23. de ref.; Secundo constare de sufficienti redditione rationis administrationis per dictos Deputatos exercitæ, eo quia reliquum pecuniæ una cum capsa depositi penes ipsos existentis non restituerint; & tertio denique Canonicum Joseph Filliucci unum ex præfatis Deputatis ob plures, quos in dicta administratione patravit excessus, ab officio Deputati esse removendum.

Quædam S. hujus Congregationis Decreta, quæ ad decisionem primi, & secundi Dubii nonnihil conferre videntur, præstat innuere.

In *Oscen.* proposita sub mensem Octobris 1585. ita habetur -- „ Alias Sacra „ Congregatio ad interpretationem Decreti cap.18. sess.23. censuit, Episcopum Oscen. cum consilio Deputatorum teneri tam circa institutionem, disciplinam, & mores clericorum; quam circa temporalium rerum administrationem providere, sufficere tamen, quod Episcopus hujusmodi consilium requirat eorumque consilio adhibito, posse Episcopum statuere, & deliberare, quæ pro prudentia sua magis expedire judicaverit, exactionem vero, quæ fit pro Seminario, ad solum Episcopum pertinere. Dubitatur modo, mortuo Episcopo, & in Sede vacante ad quem pertineat erectio, & administratio dicti Seminarii, & videtur, quod pertineat ad Capitulum, quia, Sede vacante, Capitulum fungitur vice Episcopi tam in spiritualibus, quam in temporalibus „ *cap.penult. & ult. de supplem. neglig. prælat. in 6. & cap. is, cui de el. & in 6.* -- Sac. Congregegatio censuit, *pertinere ad Capitulum* -- ut in *lib.4. decr. pag.* 84.

In *Curien.* anno 1594. editum fuit hoc Rescriptum -- „ Sacra Congregatio „ censuit, omnes quatuor Deputatos adhibendos esse in consilio in tota temporali administratione Seminarii, præterquam in exactione, quæ ad solum Episcopum spectat „ ut in *lib.8. decr. pag.65.*, & consonat „ Resolutio, quæ prodiit in *Nullius* sub annum 1595. hisce verbis -- „ Sa-

„ Sacra Congregatio censuit, omnes quatuor Deputatos, de quibus agi-
„ tur in cap.18. sess.23. vers. Et quia, adhibendas esse in consilio in ad-
„ ministratione rerum ipsius Seminarii, præterquam in compulsione ad
„ portionem Seminario debitam, cujus facultas ad solum episcopum
„ spectat „ ut in *lib*.8. *decr.p*.97.

In *Salernitana*, propositis ad petitionem Capituli Cathedralis inter cætera hisce Dubiis -- An duo Canonici electi ab Archiepiscopo ad constituendam educationem puerorum Seminarii possint pro libito Archiepiscopi mutari. II. An eorum consilium adhibendum tam in constituendis regulis universalibus Seminarii, electione singulorum puerorum introducendorum, electione Magistrorum, librorum legendorum, Confessoris punitione, discolorum expulsione, visitatione, & similibus. An alii quatuor sint deputandi, & deputati adhibendi sint in consilio tantummodo in taxatione, contributione fructuum ex unione Beneficiorum, ut in aliis difficultatibus ob quas Seminarii instructio, vel conservatio impediretur, aut perturbaretur, an etiam in exactione, & temporalium administratione tam dicti Seminarii, ut puta, deputatione, vel expulsione Ministrorum, & Famulorum temporalium, expensis quotidianis, provisionis bladorum, quam etiam Bonorum quorumcumque, & reddituum ipsius Seminarii etiam ex Beneficiis unitis, ut puta locationibus, concessionibus, aliisque contractibus, litibus. IV. An hi quatuor Deputati sint perpetui, vel etiam amovibiles, servata tam ratione Concilii in eorum electione, & dicta electio spectet ad Capitulum -- responsum fuit -- Ad I. Non posse amoveri, nisi ex legitima causa. Ad II. In omnibus his esse adhibendos. Ad III. Teneri Episcopum adhibere Deputatorum consilium tam circa institutionem, disciplinam, & mores, quam temporalium rerum administrationem. Ad IV. esse perpetuos -- ut in *lib.6. decr.p*.22. *& seq.*

In *Papien*. 7. Julii 1591. eadem Sacra Congregatio censuit „ Canonicos ab
„ Episcopo electos ad Seminarii administrationem ad præscriptum cap.18.
„ sess.23. vers. Quæ omnia, esse perpetuos, nec posse amoveri nisi ex ju-
„ sta, & legitima causa -- ut in *lib.7.decr.pag*.14., & in *Sarzanen*. 25.Ju-
„ nii 1639. rescripsit -- Oratorem ab Episcopo electum ad Seminarii ad-
„ ministrationem juxta præscriptum Sac. Conc. cap.15. sess.23. vers. Quæ
„ omnia, non posse amoveri nisi ex justa, & legitima causa -- ut in *lib*.16.
„ *decr.p*.221.

In *Fundana* denique *Deputationis Officialium Seminarii*, inter cætera fuerunt discussa duo hæc Dubia -- I. An Episcopus potuerit, & possit deputare Rectorem, aliosque Officiales Seminarii absque consilio Deputatorum a Capitulo. II. An Episcopus in revisione, & solidatione computorum dicti Rectoris debuerit sequi consilium eorumdem Deputatorum -- die vero 26. Martii 1689. responsum fuit -- Ad I. Negative. Ad II. Teneri adhibere consilium, sed non sequi -- ut in *lib*.39. *Decr.p*.129. *& seq.*

Placeat igitur Eminentiis VV. rescribere.

I. An administratio œconomica Seminarii exerceri debeat per episcopum, vel potius per Deputatos.

II. An constet de sufficienti redditione rationis administrationis exercitæ per Deputatos Seminarii.

III. An sit locus remotioni Canonici Filliucci Deputati Seminarii in casu &c.

Ad I. Administrationem competere Episcopo cum consilio Deputatorum, præter quam in exactione, quæ spectet ad solum Episcopum. Ad II. Negative, & Episcopus procedat prout de jure contra Debitores. Ad III. Affirmative.

MA-

Sess. 22. c. 9. de Ref.

MACERATEN. CONFRATERNITATIS. Cum Societas S. Sepulchri erecta in Civitate Maceratæ, post obtentas anno 1707. literas aggregationis Ven. Archiconfraternitati Sacrorum Stigmatum S. Francisci de Urbe, reportasset ab Episcopo Decretum, quo præcipiebatru, ut ab ejus Confratribus, servarentur in omnibus Regulæ dictæ Archiconfra- „ ternitatis, & deducerentur ad praxim„ memorati Confratres in hujus Detreti executionem, nova confecerunt Statuta deinde ab Episcopo sub annum 1730. approbata, quibus se conformantes Regulis, & Ritibus ejusdem Archiconfraternitatis titulum, & habitum queis illa utitur, assumpserunt.

Verum quia, optantibus nonnullis eorum ab Oratorio S. Sepulcri recedere, dictamque Confraternitatem ad illam Ecclesiam transferre, major pars obstitit, capta sub annum 1733. resolutione, qua declaratum fuit, locum non esse própositæ translationi, subindeque Patres Barnabitæ, ad quos spectat dictum Oratorium, in quodam folio exhibito Congregationi eorumdem Confratrum habitæ die 30. Novembris 1734., exposuerunt a singulis deferendum esse una cum signo S. Sepulcri, insertum stemma Sacrorum Stigmatum, septendecím ex iis novi hujus stemmat is delationi non acquiescentes ad Ecclesiam S. Caroli se transtulerunt, cumque non leves inde orirentur contentiones, Vicarius Generalis ad eas compescendas, Decreto edito jussit per modum provisionis, Confraternitatem in duas ita dividi, & separari, ut earum altera sub invocatione S. Sepulcri in dicto Oratorio permanens, Statuta jamdudum a clar.mem. Card. Fabritio Paulutio olim Episcopo Maceratensi approbata servaret, altera vero, cui assignavit Ecclesiam S. Caroli ibidem expleret opera propria Confraternitatis Sacrorum Stigmatum juxta regulas novissime sub d. annum 1730. constitutas.

At reliqui Confratres, qui in numero 7?. a præfatis septendecim dissentientes arbitrati fuerant, memoratum stemma, juxta modum ut supra propositum, deferendum esse, quique sedem suam in Oratorio S. Sepulcri apud Patres Barnabitas retinuere adversus præmissum Vicarii Generalis Decretum appellarunt ad A. C. a quo cum ex Decreto Eminentissimi Pro-Auditoris Sanctissimi avocata fuerit Causa, ejusque cognitío ad hunc supremum Consessum remissa, postulant modo sub tribus infrascriptis Dubiis irritam declarari divisionem Confraternitatum a Vicario Generali peractam; sibique dumtaxat licere uti nomine, signis, & privilegiis Confraternitatis Sacrorum Stigmatum, proindeque omnes actus a dictis septendecim Confratribus extra Oratorium S. Sepulcri gestos penitus circumscribi.

Præcipua hujus causæ inspectio circa I. Dubium in eo constituitur, num Confraternitas degens in Oratorio S. Sepulcri esset una dumtaxat, vel potius dicendum sit, duas ibidem stetisse Confraternitates simul unitas, quarum altera sub titulo S. Sepulcri altera vero sub invocatione Sacrorum Stigmatum S. Francisci fuerint erectę, si enim una tantum Societas S. Sepulcri ibi instituta erat, quemadmodum ex pluribus facti circumstantiis, & documentis constare, putant Confratres in præfato Oratorio perseverantes, concludi posse videretur quod ea a Vicario Generali in duas scindi nequiverit, secundum ea, quæ per *Text. in cap. Cum non liceat de præscript. & in cap.1. §. Conventiculas de pac. jur. firm.* ad rem cum aliis tradit *Capyc. Latro lib.2. dec.169.* Secus vero, si binæ jampridem fuerunt sodalitates inter se distinctæ, uti ostendere conantur prefati septendecim Confratres, tum ex diversitare Constitutionum, & differentia habitus, piorumque operum, quibus unaquæque utitur, ac sese exercet, tum & præsertim ex eo, quod enunciata aggregatio concessa, & directa fuit dumtaxat Confraternitatis Sacrorum Stigmatum Maceratæ, itaut sodalitas

S. Se-

S. Sepulcri impetraverit a ſan. mem. Clem.XI. peculiares indulgentias pro ſe ipſa tantum, eaſque publicari curaverit, tametſi in Apoſtolico Brevi cautum legeretur, ut eædem indulgentiæ ſuffragari non poſſent, ſi eadem ſocietas alteri Confraternitati aggregata jam eſſet, hoc enim caſu conroverſam Confraternitatum diviſionem fieri potuiſſe, conſtat ex iis, quæ ad rem notant *Frances de Eccl. Cathedral. cap.25. num.245. & 264. Barboſ. de jur. Eccl. lib.2. cap.11. num.77., Baſſ. de ſodalit. qu.4. ſub num.1. Monacell. Formular. for. Eccl. tom.1. tit.6. for.11. num. 9* & colligitur ex Reſcripto hujus Sacr. Congreg. in *Pacten. Confraternit.* 5. *Junii* 1734.

Quod attinet autem ad II. Dubium, in quo diſceptari contingit an Confratres Oratorii S. Sepulcri poſſint uti nomine, ſignis, & privilegiis, quibus potitur Archiconfraternitas Sacrorum Stigmatum Urbis, præminentes illi. ſocietatem ſuam rite, & valide aggregatam fuiſſe dictæ Archiconfraternitati juxta Privilegia a Summis Pontificibus eidem tributa, contendunt, ſibi licere in vim hujus aggregationis uti iiſdem nomine, ſignis, & Privilegiis, quibus fruuntur ſodales ipſius Archiconfraternitatis aggregantis, per ea, quæ late firmavit *Rot. in Savonen. Aggregationis 9. Januarii 1699. §. Quo vero cor. Pio, & 13. Junii* 1701. §. *Ad remotionem cor. Anſaldo*.

E contra memorati ſeptendecim Confratres ſibi dumtaxat uti vere, & legitime aggregatis Archicofraternitati Sacrorum Stigmatum aſſerentes jus utendi controverſis nomine, ſignis, & privilegiis, potiſſimum opponunt, ſocietatem S. Sepulcri utpote ſub diverſo titulo, & inſtituto erectam non potuiſſe dictæ Archiconfraternitati aggregari, contra Conſtitutionem 115. *ſan. mem. Clem. VIII.* §.7. uti tradunt *Capon. diſc.276. num.50 & Pignatell. conſult.18. num.2. tom.4.*, ideoque ſæpedictam aggregationem, non poſſe ſuffragari iis, qui ſocietati S. Sepulcri fuerunt adſcripti.

Num vero exceptio hæc ſatis diluatur ex eo, quod uni Confraternitati duplicem titulum aſſumere permiſſum ſit, juxta praxim, de qua teſtatur *Vrſaya tom.1. part.2. diſcept.21. num.42. & ſeq.*, & colligi videtur ex Decretis a Sac. Rit. Congregatione editis in *Romana Confraternitatum 9 Decembris 1724.*, *& in una Sanctæ Severinæ Præcedentiæ* 24. Septembris 1712., & relatis per eumdem *Vrſaya loc. cit.* inſpecta potiſſimum Relatione Vicarii Generalis; qui referens facti ſeriem ſupra deſcriptam in eo totus eſt, ut ſuum Decretum vindicet, ponderandum erit ab Eminentiis VV. quæ rogantur pronunciare.

I. An diviſio, & ſeparatio Confratrum, de quibus agitur, ſuſtineatur, ita ut etiam impoſterum ſit ſervanda.

II. An Confratribus exiſtentibus in Oratorio S. Sepulcri liceat uti nomine, ſignis, & Privilegiis Confraternitatis Sacrorum Stigmatum, *& quatenus negative ad ſecundum Dubium*.

III. An, & qui actus expleti per Confratres exiſtentes in Eccleſia S. Caroli ſint circumſcribendi in caſu &c.

Ad primum, affirmative. Ad ſecundum, negative. Ad tertium, proviſum in primo.

Die

Die Sabbathi 14. Aprilis 1736.

Se.22. Dec. de obsev. & evit. in celeb. Miss.



ANUEN. CAPPELLANIARUM. Cum Joannes Augustinus Cappellus in Codicillis sub annum 1654. conditis nonnullas Cappellanias erigi jusserit in Oppido Vulturis, reservato jure ad eas nominandi Patribus Provinciali, & Priori Carmelitarum Excalceatorum ejusdem Oppidi sub lege hisce verbis concepta „ Se nella Famiglia Cappella de linea masculina vi fossero descendenti del qu. Bernardo Cappello, e questi fossero Sacerdoti debbano esser preferiti a tutti gli altri per la carica di dette Cappellanie, e se vi fossero di detta linea Chierici secolari, possano ordinarsi a titolo di d.Cappellanie &c. Similmente i putti di dette scuole, se saranno Cherici secolari, possano essere ordinati e promossi agli Ordini Sacri a titolo di dette Cappellanie, valendosi de' frutti, come di patrimonio, durante la vita di essi respettivamente, se così parrà al detto Provinciale, e Priore, di consentirli su la detta opinione, che avranno della vita, e buoni costumi di detti Cherici &c. Se non vi fossero descendenti per linea mascolina del detto qu. Bernardo Cappello, ne Cherici della scuola vuole d Codicillante, che si possano ordinare al titolo di dd. Cappellanie per gli Ordini Sacri, come per patrimonio li descendenti della nobile Benedetta Donga sua sorella „; prædicti Religiosi sub annum 1728. extincta jam linea masculina Bernardi Cappelli, ad unam ex assertis Cappellaniis nominarunt Bartholomæum Pescettum, qui primis tantum literarum rudimentis ad breve tempus in schola Vulturis instructus, alia postmodum Grammaticæ, & Rethoricæ studia in Civitate Januæ ab anno 1720. coluerat.

Verum, huic nominationi sese opponente Familia Donga tertio loco ad prędictas Cappellanias invitata, non solum quia idem Bartholomæus Pescettus non esset actu Clericus Scholari in Gymnasio Vulturis, sed etiam, quia ejus nominatio non esset, uti prætendebatur, a labe simoniæ immunis, quippe quæ facta diceretur intuitu præcedentis donationis favore dictorum patrum ab Amita Nominati emissæ, die 3. Decembris 1729. discussa fuerunt in Sacra Congregatione hæc bina Dubia.

I. An nominatio Clerici Bartholomæi Pescetti facta a PP. Provinciali Provinciæ Januen.. & Priore Conventus Vulturis ad Cappellaniam, de qua agitur, sustineatur in casu &c.

II. An ad eamdem Cappellaniam, ceterasque fundatas per Joannem Augustinum Cappelli sint nominandi in futurum filii descendentes a qu. Benedicta Donga de Cappellis in casu &c. prodiitque rescriptum.

Ad primum, affirmative. Ad secundum, quoad Cappellaniam, de qua agitur, negative, & in reliquis habebitur ratio in casibus particularibus.

At subinde, proposito sub diem 28. Julii 1730. consueto Dubio -- An sit standum, vel recedendum a Decisis --, responsum fuit: „ Prævio recessu a Decisis. Ad primum, negative. Ad secundum, quoad Cappellaniam, de qua agitur, affirmative, & in reliquis habebitur ratio in casibus particularibus „ ut in *lib.* 80. *decr. pag.* 101.

Hac edita resolutione, porrectus fuit nomine Aloysii Ferdinandi, & Jo. Antonii fratrum de Donghis ex præfata Benedicta descendentium supplex libellus, quo postulabatur, ut Aloysius Ferdinandus titulo d Cappellaniæ, Joannes Antonius vero ad titulum alterius ex memoratis Cappellaniis

niis ordinari possent; eo quia nullus esset Clericus, qui tunc temporis in Schola Vulturis literarum studio incumberet; Sacra autem Congregatio die 19. Julii 1732 censuit scribendum esse Archiepiscopo, qui referret ,, An Cappellaniæ essent tunc vacantes, vel an, & a quibus obtinerentur, & an amovibiliter, vel in titulum, & an Missæ eo usque celebratæ fuissent, & an Cappellani haberent onus celebrandi per se ipsos, ,, vel residendi in loco Voltri, auditis in omnibus Patribus Carmelitis.

Sacræ itaque Congregationis mandatis obsequens Archiepiscopus rescripsit, quatuor ex dictis Cappellaniis possideri a totidem Sacerdotibus Secularibus Terræ Vulturis, quintam vero, cui adnexum est onus docendi Grammaticam, prævia nominatione dictorum patrum, collatam fuisse Sacerdoti Francisco Mariæ Paganetto licet ex dicto Oppido non oriundo, cum nullus Sacerdos dicti loci, nullusque ex dictis quatuor Cappellanis voluerit hujusmodi onus subire, Solum Andream Sorba obtinuisse Cappellaniam in titulum Patrimonii, quatuor vero reliquos esse ad nutum amovibiles, neque hactenus Missarum celebrationem ab eis fuisse neglectam, & postremo ita subdit: ,, Quantum attinet ad onus celebrandi per seipsos, vel ,, residendi in dicto loco Vulturis, EE VV. suprema eorum censura decernere poterunt. Certe videtur Testator prospexisse ad commodum ,, inibi Habitantium, præter cultum Divinum; etenim demandavit, unam ,, ex dictis Missis quotidie celebrari ad Auroram per girum in gratiam ,, pauperum, & rusticorum; Insuper, quod Cappellani eligendi essent ,, de Loco Vulturis, quod referunt dicti patres ad obligationem celebrandi personalem atque etiam peroptando, ut iidem inserviant Officiis, quæ celebrantur in Ecclesia parochiali præmemorati Loci, necnon ,, eorum quilibet etiam, qui esset ordinatur ad titulum Patrimonii, eleemosynam accipiat de manu PP. Provincialis, & Prioris, prout geminatim in dicto Codicillo præcipit dictus Testator. Hæc omnia adstipulantur ad inducendam saltem verosimiliter obligationem personalem.

Postmodum memorati Fratres de Donghis, qui jus sibi afferunt ad præfatas Cappellanias, contendere cæperunt primo earum Rectoribus nequaquam injunctum fuisse a Testatore onus celebrandi per se ipsos, proindeque Aloysium Ferdinandum Neapoli degentem, si ad titulum unius ex illis, uti postulat; ordinetur, posse celebrationi Missarum eidem Cappellaniæ adnexarum per Sacerdotem a se eligendum satisfacere, secundo nominationem Sacerdotis Francisci Mariæ Paganetti in Cappellanum, & ludi Magistrum a dd. PP. Provinciali, & Priore factam utpote alienigenæ non sustineri, tertio ad eamdem Cappellaniam a prædicto Francisco Maria modo retentam, vel ad alteram ex memoratis Cappellaniis veluti ad nutum amovibilibus instituendum esse Joannem Antonium de Donghis præfati Ferdinandi Aloysii germanum fratrem Neapoli pariter commorantem, & quarto demum patres Carmelitas retineri sibi non posse, uti hactenus consuevisse asseritur, annua scuta decem ex dote earumdem Cappellaniarum; sed ea inter Cappellanos debere distribui, quapropter ad dirimendas partium contentiones inde exortas quatuor infrascripta Dubia hodie proponuntur.

Fratres de Donghis, quorum maxime interest, ut declaretur, Rectores Cappellaniarum, de quibus agitur, gravatos non esse onere celebrandi per se ipsos, ad id assequendum consentanee ad quæstionem, quæ instituitur in primo Dubio, nituntur potissimum vulgatæ regulæ, juxta quam Cappellanus Missas per se ipsum celebrare non adstringitur, nisi a Testatore expresse id cautum fuerit, ut late firmat *Rot. cor. Merlin. dec.*825., quam pluries amplexa est hæc sacra Congregatio, ac præsertim in *Romana Cappellaniæ 29. Augusti* 1722. *lib.*72. *decr. pag.*415., eidemque regulæ eo

fortius putant adherendum esse in hypothesi, dum constat, Andream Sorba unum ex dictis Cappellanis plurium annorum spatio ab Oppido Vulturis absentem celebrationi Missarum sibi incumbentium per alium satisfecisse.

E contra vero patres Carmelitæ, injunctum fuisse onus Cappellanis prædictis celebrandi per se ipsos, prætendunt, elicitum ex illis verbis a Testatore adjectis ibi: ,, Primieramente debbano pagare ogn'anno il provento di Luoghi dieci di essi ad un sacerdote da essi eligendo &c, che dovrà celebrare ogni giorno all'alba per commodità della povera gente, & inferius - quando stimassero, che quel sacereote, che dirà d. Messa non avesse sufficienza, o genio per far detta scuola &c. -- tum ex aliis ibi - dicendo però la Messa quotidianamente, ed offerendo il sacrificio -- tum denique ex postrema lege iisdem Cappellanis sic indicta, -- Li suddetti sette Cappellani, che tanti sono, compreso quello della scuola, dicano a vicenda un Mese per uno la Messa dell'Alba per non dare sem re questo incommodo al Maestro della scuola, e quelli sei di essi, che non avranno carico della scuola, debbano servire anco nell'Officiatura della chiesa, mentre però le sian dati i loro luoghi, ed anco le porzioni degli emolumenti quotidiani, che accadono in detta chiesa, e senza questo possano servire in detta Officiatura a loro arbitrio, ma resti solamente fermo l'obligo della Messa ,,; ex his enim omnibus authumant satis colligi, Testatorem voluisse, ut cappellani Missas per seipsos celebrare teneantur, proindeque non posse ab iis huic oneri per alios satisfieri, secundum ea, quæ copiose tradit *Fagnan. in cap. Ut Abbates a num. 70. ad 89. de ætat. & qualit.*, & rescripsit eadem Sacra Congreg. *in Civitatis plebis 15. Decembris* 1708. *&* 29. *Martii* 1710., *& in Romana Cappellaniæ 13. Martii* 1709., *& in Bononien. Cappellaniæ 1. Junii ejusdem anni*.

Quæ supersunt in aliis Dubiis examinanda, dependent potissimum ex facti circumstantiis utrinque enucleandis, adeoque inspectis juribus, quæ circumferentur, onus erit Eminentiarum VV. definire.

I. An Aloysius Ferdinandus de Donghis ordinandus in titulum unius ex cappellanis in Loco Vulturis a Joanne Augustino Capelli funeatis possit celebrare per alium a se ipso eligendum in casu &c.

II. An nominatio sacerdotis Francisci Mariæ Paganetti in cappellanum, & Ludi Magistrum amovibilem ad nutum facta a PP. Provinciali Carmelitarum excalceatorum Januen., & Priore conventus Vulturis sustineatur in casu &c.

III. An Joannes Antonius de Donghis sit instituendus ad eamdem Cappellaniam, vel ad unam ex aliis amovibilibus ad nutum ejusdem Testatoris in casu &c.

IV. An a prædictis PP. Carmelitis possint retineri annua scuta decem ex dote earumdem Cappellaniarum, vel sint distribuenda inter Cappellanos ejusdem Testatoris in casu &c.

Ad primum, & secundum affirmative. Ad tertium negative quoad primam partem, & affirmative quoad secundam arbitrio PP. Carmelitarum. Ad quartum negative quoad primam partem, & affirmative quoad secundam.

Ses. 25. c. 43. de ref. PISANA CANONICATUS. Cum Antonius Conforti Rector Parochialis S. Viti, ac unus ex Cappellanis Primatialis Ecclesiæ Pisanæ postulasset a Capitulo facultatem erigendi in eadem Primatiali Ecclesia novum Canonicatum cum dote annui redditus scutorum 60., capitulum, inspecta

cta dotis tenuitate primum renuit petitam fundationem admittere, deinde vero, quia Antonius obtulit, se in fundatione dispositurum, quod post suum, suique nepotis obitum Canonicatus conferri deberet antiquiori dictæ Ecclesiæ Cappellano, ea nimirum mente, ut electus in Canonicum lucrans distributiones Cappellanis debitas canonicalem gradum honestius sustinere posset, Oratoris petitioni annuit, hac tamen adjecta lege, quod
„ semper, & quando post factam fundationem, a Sanctissimo Domino No-
„ stro non concederetur dispensatio dicto Fundatori, ut una cum dictis
„ Canonicatu, & præbenda posset retinere in eadem Ecclesia Cappella-
„ niam prædictam, & Ecclesiam curatam S. Viti, ac etiam inserviendo
„ dictæ Ecclesiæ percipere distributiones, quas percipiunt Cappellani, ta-
„ lis fundatio pro nulla, & non facta haberetur, & cassata, & annullata
„ remaneret.

Verum, quia hujusmodi Apostolica dispensatio numquam fuit impetrata, & subinde Sacra hæc Congregatio rescripsit, tradendas imposterum non esse Canonicis, qui antea fuerant Cappellani, quotidianas distributiones Cappellanis dumtaxat debitas; idcirco, vacante sub annum 1717. præfato Canonicatu, Capitulum exponens, ejus possessorem ob sequutam fructuum diminutionem in aliorum Canonicorum dedecus necessaria sustentatione carere, proposuit coram Ordinario invaliditatem ipsius erectionis, institque, ut Canonicatus iste, prævia ejus suppressione, reduceretur ad simplex Beneficium, quod deinceps Cappellano omnium antiquissimo ad nominationem patronorum conferri deberet.

At Vicarius Generalis, opponentibus se huic petitioni Prioribus, seu Præposito Pisarum, qui vigore juris nominandi eisdem a Fundatore reservati ad controversum Canonicatum præsentaverant Petrum Raynerium de Corrazzis, definitiva sententia pronunciavit -- „ manutenendos fore tam
„ Priores, seu præpositum dictæ Civitatis Pisarum in possessione, vel
„ quasi juris eligendi, ac præsentandi ad Canonicatum, & præbendam
„ vulgo detta de' Conforti, quemadmodum Cappellanos in possessione,
„ vel quasi juris sibi quæsiti, seu acquisiti ratione dicti Canonicatus, &
„ præbendæ sitæ, ac erectæ in prædicta Ecclesia primatiali, & propterea
„ Petrum Raynerium de Corrazzis instituendum fore ad eosdem Canoni-
„ catum, & præbendam &c., reservatis juribus Capitulo super præten-
„ sa, & opposita nullitate erectionis dictorum Canonicatus, & præbendæ,
„ seu suppressione in alio judicio legitime exponendis.

Ad tramites istius sententiæ volens Capitulum experiri jura sibi præservata, instantiam pridem coram Ordinario propositam sapientissimo Sacræ hujus Congregationis judicio subiiciendam censuit, eamque modo duplici sub fundamento prosequitur; primo, quod invalida fuerit erectio memorati Canonicatus, tum quia non interfuit authoritas Summi Pontificis, sine qua eam perfici non potuisse, asserit, cum ageretur de erigendo novo canonicatu in Ecclesia, ubi canonicorum numerus antea præfinitus fuerat, tum quia neque constat saltem accessisse Ordinarii approbationem, quæ pro valida canonicatuum, aliorumque Beneficiorum erectione requiritur, ad tradita per *Innoc. in cap. Cum prudentiam de offic. delegat. & in cap. Cum consuetudinis de consuet. Card. de Luc. de Jurep. disc. 68. num. 10. Amost. de Caus. pias lib. 5. cap. 5. num. 33.*; tum etiam, quia impetrata numquam fuit Apostolica dispensatio retinendi in eadem Ecclesia Cappellaniam, & Ecclesiam curatam S. Viti una cum dicto Canonicatu, adeoque defecerit etiam Consensus capituli utpote ab ipso præstitus sub ea lege, quod dispensatio prædicta impetrari deberet, alias asserta, fundatio pro nulla, & non facta haberetur, & cassata, & annullata remaneret.

Secundo, quod annui proventus dicti canonicatus ita imminuti sint, ut illius possessor nequeat ex eis congrue sustentari, cumque id redundet in
 alio-

aliorum canonicorum dedecus, præstet propterea eumdem canonicatum ad simplex beneficium reducere, secundum ea, quæ ad rem tradunt *Fagnan. in cap. Cum accessissent n.7. de Const. Barbos. de Canon. & dignit. cap.42. num.13. Pax Jordan. de re Benef. part.12. cap.1. num.2. Lotter. eod. tract. lib.1. quæst.28. num.80. Card. de Luc. de Canon. disc.36. num.8. Scarfant. ad Ceccoper. lucubr. Canon. lib.3. tit.3. n.65.*

Universitas autem Beneficiatorum dictæ primatialis Ecclesiæ, necnon Senatus Pisanus petitæ canonicatus suppressioni refragantes præter ea, quæ proferunt pro sustinenda validitate ejus controversæ erectionis, præmissa juris censura, quod Beneficia quæcumque nonnisi, concurrente legitima causa, ac prævio patronorum consensu, supprimi, & ad inferiorem statum, reduci queant, juxta notata per *Corrad. in prax. Benef. cap.8. n.13. & seqq. lib.2. Lotter. de re Benef. lib.1. quæst.28. num.78. Garz. part.12. cap.2. num.113. Turricell. de union. cap 7. num.6.*, non solum contendunt, ex documentis nomine Capituli allatis minine probari, annuum dicti canonicatus redditum adeo imminutum fuisse, ut juxta ejus assertione vix ad scuta 33. ascendat, verum etiam tueri satagunt, ipsum quoque annuum redditum scutorum 33. non esse ita tenuem, ut justam præbeat causam decernendi illius suppressionem, attento præsertim, quod in eadem Ecclesia erecti reperiantur plures alii canonicatus, qui redditum longe minorem scutis 33. habeant.

Archiepiscopus post relatam facti seriem supra descriptam, in hæc verba concludit -- „ ego vero crederem, petitam canonicatus suppressionem in „ nullum Ecclesiæ detrimentum cessuram, eo quod præter sexaginta plusquam cappellanos, suppressa hac præbenda, adhuc viginti octo supersunt Canonici, qui debito cum decore divina ministeria, sacrasque functiones peragere possunt; Fieri etiam potest, & de facto contingit, ut „ conditiones in fundatione requisitas habeant ex Cappellanis homines „ quidam novi, Civitate novissime donati, quorum humiles tum natales, „ tum affinitates, & ab antiquissimi Capituli splendore videntur abhorrere, cæteroque canon eorum despectum posse facile in eos excitare. Huc „ accedit, quod suppressio dictæ Præbendæ Cappellanis magis profutura, quam nocitura est, cum antiquior ex Cappellanis, qui uti Canonicus distributionibus non gauderet, supradicta Præbenda una cum „ distributionibus fructus Præbendæ absque ullo onere lucrabitur.

Oportet igitur ex juribus utrinque circumferendis decidere.

An sit locus suppressioni Canonicatus Conforti erecti in Ecclesia Primatiali Pisana, itaut sit reducendus ad simplex Beneficium in casu &c.

Negative.

Sess.23. c.18. de ref.

VIGILIEN. Pompejus Sarnellius Episcopus Vigiliensis sub diem 14. Maii 1715. præmissa in Chirographo declaratione, se velle de ducatis mille, & quingentis, quos a duobus circiter annis investiendos tradiderat Primicerio Sergio Baldini, in constructionem novi Seminarii pro recta puerorum educatione disponere, hanc legem adjecit -- „ quod dicti ducati mille, & „ quingenti, & aliæ summæ perveniendæ ex fructibus, & implicandæ, „ ut supra, non possint amoveri, nec modo quocumque disponi, aut distrahi pro causa constructionis prædicti Seminarii, nisi post nostrum „ obitum, ex eo quia omnes dictas summas, & quantitates in quocumque „ tempore nobis reservavimus, prout reservamus facultatem disponendi „ pro nostris necessitatibus ad nostrum libitum, voluntatem, & beneplacitum, prædicta assignatione non obstante, quæ summæ intelliguntur „ applicatæ pro effectu prædicto post obitum nostrum, & non aliter, nec alio

,, alio modo &c. & *infra* post obitum nostrum tam proprietates, quam fru-
,, ctus prædictorum capitalium existentium consolidari debere ad dictum
,, Seminarium construendum, si aliter in cursu nostræ vitæ naturalis non
,, fuerit per nos dispositum ,, -- deindeque parem omnino destinationem
,, de aliis ducatis quingentis eidem Primicerio Baldini postmodum consi-
gnatis expressit in altero chirographo, quod die 14. Augusti 1716. exa-
ravit.

In codicillis autem sub annum 1724. conditis inter cætera ita cautum reli-
quit -- ,, Item dichiara, come gli anni passati impiegò detti ducati due
,, milla, perchè intendeva applicarsi per la fondazione di un Monastero
,, de' Padri delle Scuole Pie, ed altri docati seicento sessant' otto di ter-
,, ze anco impiegati in capitali, vuole però, che, quante volte non ve-
,, nisse a perfezzione detta fondazione per mancanza de' Padri di dette
,, Scuole Pie frà il termine di tre anni numerandi dal giorno di sua morte,
,, delli docati due mila seicento sessant'otto de' capitali, e sue terze de-
,, corse, e decorrende ne lascia jure legati, e di ogni altra miglior forma
,, alla Confraternita delli Gloriosi Santi Martiri Patroni, e Protettori di
,, detta Città docati mille di capitali con le terze decorse di trè anni di
,, detti docati d' applicarsi per detta Confraternita ogn' anno il frutto di
,, detti docati mille alla Festa di detti Gloriosi Santi in disparte del Capi-
,, tolo della Cattedrale, che detta Festa si celebra alli 30. del mese di
,, Luglio, altri docati cinquecento al Monastero delle Monache di Santa
,, Croce di detta Città con li tre anni delle terze decorse di detti docati
,, cinquecento da impiegarsi per fondo di detto Monastero con peso di
,, una Messa cantata ogn' anno nella loro Chiesa in perpetuum per l'ani-
,, ma sua, e la restante somma di detti docati due mila seicento sessant' ot-
,, to di Capitali con le terze decorse, e decorrende a beneficio della Sa-
,, grestia della sua Chiesa Cattedrale, deputando il detto Primicerio Bal-
,, dini ad esiggere detti annui censi, affrancare, impiegare come da detti
,, mandati, perchè questa è sua volontà.

Sequuto præfati Episcopi obitu, Deputati, quos modernus Episcopus illius immediatus successor ad curandam novi Seminarii erectionem constituerat, exponentes huic Sacræ Congregationi, Seminarium ob inopiam Civitatis, & deficientiam congrui redditus nullo modo erigi posse, humillime postularunt, ut ejus loco publicum Grammaticæ, cantus, aliarumque scientiarum Gymnasium, assignatis eidem redditibus per dictum Episcopum Sarnellium relictis, aperiri posset, cumque auditus Episcopus Deputatorum precibus fuerit in sua Relatione suffragatus, Sacra Congregatio die 21. Augusti 1734. Episcopi arbitrio petitam facultatem indulsit. At quia Capitulum Cathedralis Ecclesiæ, cæterique Legatarii memorati Episcopi Sarnelli contendunt dispositionem, seu destinationem enunciatæ pecuniæ ab illo factam pro erectione novi Seminarii, veluti per ejus codicillos revocatam nullo in pretio habendam esse, bene vero servandam fore posteriorem ipsius dispositionem in præfatis codicillis contentam, propterea discutere oportet tria Dubia, quæ inferius describentur.

Momentum causæ in eo videtur constitui, num ex priori memorata destinatione pecuniæ ab Episcopo Sarnellio in suis chirographis declarata pro constructione novi Seminarii satis conijciatur, eum de pecunia prædicta per actum, qui dicitur inter vivos, absolute, ac irrevocabiliter disposuisse.

Cum enim quilibet Episcopus de redditibus intuitu Ecclesiæ suæ comparatis libere per actum inter vivos disponere possit, juxta communiorem sententiam, quam tuentur *D. Thom.* 2. 2. *quæst.* 185. *per tot. Gonzal. in cap. Cum olim num.* 6. *de privileg. Barb. de offic. & potest. Episc. alleg.* 114. *num.* 20. *Piton. discept. Eccl.* 102. *tom.* 4., & doctissime *Eminentiss. Petra tom.* 3. *ad Constit.* 11. *Clem. IV. num.* 13. *pag.* 438., inde Promotor Fiscalis

Curiæ

Curiæ episcopalis, qui authumat ex memoratis chirographis compertam reddi perfectam voluntatem Episcopi Sarnellii erogandi controversias pecunias in erectionem Seminarii, deducit, primævam illam dicti Episcopi dispositionem sustineri, minime vero posteriorem in ejus codicillis expressam, præsertim quia Episcopo in ultimis vitæ periodis constituto de bonis ratione Ecclesiæ acquisitis etiam ad causas pias disponere vetitum est per Textus in *cap. Episcopus cap. Sint manifesta cap. Cum officiis*, *& cap. Ad hæc de testam.*

E converso Legatarii, qui jura sua ex codicillis metiuntur, præfatam pecuniarum destinationem penes Seminario in chirographis expositam prætendunt, conditionatam fuisse, neque per eam Episcopum Sarnellium a se abdicasse illarum Dominium, itaut postmodum sibi licuerit de iisdem aliter disponere in suis codicillis, quorum validitas asseritur impræsentiarum controverti non posse, cum ea fuerit in alia causa adversus eumdem modernum Episcopum ab Auditorio Rotæ approbata.

Ponderatis itaque juribus, factique circumstantiis in utramque partem proponendis, dignabuntur Eminentiæ VV. deliberare.

I. An dispositio, seu destinatio pecuniarum facta ab Episcopo Sarnellio pro erectione Seminarii sustineatur in casu &c.

II. An sit standum, vel recedendum a decisis sub die 21. Augusti 1734. in casu &c.

III. An sustineatur dispositio facta ab eodem Episcopo Sarnellio in suo codicillo in casu &c.

Ad I. Affirmative. Ad II. In decisis, donec fieri possit erectio Seminarii, & si quid ex fructibus quotannis supererit, investiatur in eamdem causam. Ad III. Negative.

Sess. 25. c. 5. de Ref.

FLORENTINA CAPPELLANIÆ. Lucas Albertus, & Dinozzus de Lippis exoptantes, Cappellaniam perpetuam, quam anno 1713. sub reservatione Jurispatronatus favore suorum descendentium fundarunt ad Altare publici Oratorii proprio ære constructi, in manualem, & ad nutum amovibilem commutari, precibus suis in hunc finem S. Congr. porrectis, ob duas facti circumstantias potissimum exaudiri confidunt.

Prima est, quod iidem Oratores in limine fundationis, casu, quo filiis carent, sibi reservarunt facultatem „ di poter sempre, ed in ogni tempo ampliare, ed estendere la vocazione di detto Juspatronato, variare, e dichiarare, bisognando, come più a loro parrà, e piacerà liberamente, e tanto per disposizione inter vivos, quanto ancora ex dispositione mortis,„ sicuti autem ex retenta ejusmodi facultate fortasse possent Oratores ipsi propositam Cappellaniæ immutationem statuere, secundum ea, quæ ad rem tradunt *Alphons. de Leon. de offic. Cappell. quæst.4. part.6. a num.*101. *Corrad. in prax. Benef. lib.*2. *cap.*10. *num.*150 *& seq. Piton. discept. Eccles.*25. *num.*9. *in fin.*, & in simili casu resolvit S. Congreg. in una *Montis Pellusii die* 12. *Martii* 1714. ita putant, eam facillime admittendam fore ab hoc Supremo Senatu, cujus auctoritatem, ut res firmior evadat, se provide implorare declarant.

Altera est, quod Cappellania prædicta, quam veluti laicalem, nec Regulis Cancellariæ Apostolicæ obnoxiam voluerunt, juxta verba fundationis „ sia sempre, ed essere debba laicale, e non sottoposta alle regole della Cancellaria Apostolica &c. per obitum ejus primi Rectoris novissime sequutum impræsentiarum est vacans, adeoque ejus variatio de perpetua in amovibilem, nedum ulli detrimentum non afferet, sed in ejusdem Cappellaniæ commodum cessura prætenditur, quippe quia futuri Recto-

Rectores tum celebrationi Missarum, tum aliis defungendis oneribus, ne ab illa amoveantur, majori sedulitate incumbent. Hanc autem ob causam eo magis authumant Oratores, petitioni suæ annuendum, quo certius est, licere Fundatoribus etiam post absolutam Cappellaniæ erectionem novas apponere conditiones, & qualitates in ejusdem Cappellaniæ beneficium tendentes, quoties istæ juris dispositioni non adversantur, juxta notata per *Vivian. de Jurepat. lib.2 cap.8. num.*10. *in fin. Monacell. form. legal. for. Eccles. par.*1. *tit.*2. *form.*1. *num.*10., & consonant Decreta ab hac S. Congregatione edita in *Ferentina Cappellaniæ* 10. *Aprilis* 1683. *l.*33. *Decret. pag.*109. *& sequent. & in Caputaquen.* 17. *Aprilis* 1728. *lib.*78. *Decr. pag.*176.

At Archiepiscopus, quem Sacr. Congregatio super precibus Oratorum voluit audire, confirmans de cætero facti seriem ab ipsis expositam, hisce verbis sententiam suam aperuit -- „ Qua de re, si Sanctissimas Concilii Tridentini leges animadvertimus, hæ omnino supplicantium instantiæ adversantur. In Sessione etenim 25. cap. 5. de Reform. expresse cavetur, minime derogandum esse qualitatibus in lege fundationis, seu institutionis Beneficiorum appositis, etiam de consensu patroni; idemque tenet Barbos. ibidem num. 11. In nostro enim casu agitur de derogando perpetuitati Beneficii, quæ est intrinseca qualitas ejusdem met Beneficii can. Sanctorum dist. 70, atque adeo de facili minime admittenda; Alias hujusmodi Cappellaniarum mutationes de perpetuis in manuales fuerunt ab Eminentiis Vestris denegatæ „ ut in *Ferentina* 14. *Martii* 1682. *lib.*32. *decr. fol.*264. *in Gerunden.* 18. *Apr.* 1693. *lib.*43. *decr. fol.*182. *& in Nullius Farfen. Cappellaniæ* 24. *Sept.* 1707.

Toto itaque negocio perpenso, inspectisque potissimum verbis instrumenti fundationis, ac ejus declaratione postmodum ab ipsis fundatoribus exarata, placeat Eminentiis VV. respondere.

An sit locus mutationi Cappellaniæ, de qua agitur, in Cappellaniam ad nutum amovibilem in casu &c.

Negative, & amplius.

MAJORICEN. DISTRIBUTIONUM. Christopharus Ferrer Beneficiats parochialis Ecclesiæ existentis in Portu nuncupato *di Mahone* a laicis Ministris exilio proscriptus, eo quia detrectaverat rationem coram ipsis reddere de quibusdam ecclesiasticis redditibus, nocturno tempore ad Vicarium Generalem confugit, indeque Romam se transferens, exhibitis commendatitiis literis, quibus idem Vicarius Generalis testatur: „ Christophorum Ferrer esse presbyterum, ac in sacris Ordinibus constitutum, & a præsenti Minoricarum Insula (licet coactum cum exilio a Regiis Ministris magna cum illius vexatione, & oppressione, injustisque, palliatis, ac falsificatis motivis, & causis, ut nobis legitime constitit, publice successit) recessisse „: postulavit ab hac Sac. Congregatione decerni, ut fructus omnes sui Beneficii una cum quotidianis distributionibus sibi præmissam ob causam absenti traderentur, ejusque petitioni annuens Sacra Congregatio die 28. Augusti 1728. rescripsit Vicario Generali, ut, „ veris existentibus expositis, durante impedimento Oratori solvi mandaret omnes fructus, & quotidianas distributiones, perinde ac si esset præsens, & Ecclesiæ inserviret.

Sess.6.cap.1. Sess.24.c.12. de ref.

Verum quia huic Rescripto contradictores sese præbuerunt ceteri Beneficiati contendentes, præfatum Christophorum a dicta parochiali Ecclesia non ex Laicorum Ministrorum persecutione, sed culpa sua abesse, ideoque neque fructus, neque distributiones quotidianas lucrari, secundum ea, quæ distin-

ſtinguendo tradunt *Joan. Andr.*, *Franc.*, & *Ancharan. in cap. unic. de Clerico non reſident. in 6. & Ciarlin. contr. forent tom. 3. cap. 227. fere per tot.*, præfixo uſque ab anno 1729 dictis Beneficiatis congruo termino duorum menſium ad deducenda jura ſua in Sacra Congregatione, hodie tandem infraſcriptum Dubium ſupremo Eminentiarum VV. judicio diſcutiendum proponitur.

Conatur Chriſtophari non alii ſunt, quam ut pluribus documentis oſtendat, ſe ab Eccleſia ſua coactum fuiſſe abſcedere ob injuſtam dictorum Miniſtrorum vexationem, & alioquin, donec ſibi licitum fuit apud eam reſidere, diligens eidem ſervitium præſtitiſſe. Hoc enim præmiſſo putat, ſibi favere claram juris cenſuram, qua cavetur, Canonicum, ſeu Beneficiatum a reſidentia ſuæ Eccleſiæ abſentem vel ob inimicitias adverſus eum ibi exortas, aut ob Principis indignationem, vel propter aliam injuſtam moleſtiam lucrari fructus omnes ſui Canonicatus, aut Beneficii, nec non quotidianas diſtributiones una cum cæteris emolumentis, dummodo antea Chori Eccleſiæque ſervitio incumbere conſueverit, uti per Textum *in cap. unic. de Cleric. non reſiden. in 6.* tradunt *Joannes Andr.*, *Ancharan.*, *Prob. ad Monach. n. 2. & ſeq.*, *Franc. num. 2 & 4. Monet. de diſtributionibus quotid. par. 2. quæſt. 5. num 49. Ciarlin. d. cap. 227. Piton. tom. 1. diſcep. Eccl. 34. num. 4.*, & 24. reſolvit Sacra Congregatio in *Arianen. 28. Aprilis 1635. in Anagnina 23. Auguſti 1631. in Theatina Diſtributionum 19. Novembris 1707.*; *in Caputaquen. 18. Auguſti 1731.*, & *noviſſime in Fundana Diſtributionum, & Fructuum 3. Julii 1734.*

Nomine Univerſitatis Beneficiatorum nihil hactenus deductum eſt; quocirca, perpenſis iis, quæ tam in facto, quam in jure ſummatim mox expoſita ſunt, dignabuntur Eminentiæ VV. definire.

An, & a quo tempore debeantur diſtributiones in caſu &c.

Deberi a tempore diſceſſus ob illatum impedimentum.

Seſſ. 21. c. 1. de ref.

NOLANA DISMEMBRATIONIS. Communitas Oppidi Turris Annunciatæ poſtulans, ut Nova Parochialis Eccleſia ibidem ſuis ſumptibus erigatur, in ſupplici libello Sacræ Congregationis ſub initium elapſi anni porrecto expoſuit Patres Cœleſtinos animarum curam ſibi ex Apoſtolica conceſſione commiſſam adeo negligere, ut infirmi ſine extrema Sacramentorum expiatione, & abſque Parochi aſſiſtentia in dies obire conſpiciantur, populumque præterea ita nuper adauctum fuiſſe, ut unus Rector nequeat eccleſiaſticis Sacramentis miniſtrandis, divinoque cultui peragendo ſufficere.

At memorati Patres huic petitioni ſeſe opponentes primo in ſui vindiciam proferunt non ſolum teſtimonium plurium Sacerdotum, & Parochorum, qui conterminis præſunt Eccleſiis, ſed etiam proceſſum quemdam ſuperiori anno confectum, unde ſatis conſtare videtur, eoſdem Religioſos in Eccleſia ſui Monaſterii, & Parochiali dicti Oppidi ſedulo, & laudabiliter animarum curam gerere, neque in adminiſtrandis populo Sacramentis unquam deeſſe, quin vero ſumma charitate, & vigilantia infirmis jugiter aſtitiſſe, ita ut in hanc uſque diem neminem ex Parochianis ob negligentiam, vel imperitiam dictorum Patrum ſine Sacramentis obiiſſe, fuerit deprehenſum.

Deinde vero, ut excludant amplificatam populi multitudinem, oſtendantque nulla concurre ex illis cauſis, quæ ad juſtam, & validam veteris Eccleſiæ parochialis diſmembrationem, & novæ erectionem requiruntur juxta Reſcriptum Alex. III. in *in cap. ad audientiam de Eccleſ. æd.* comprobatum a Sac. Tridentino Concilio *cap. 4. ſeſſ. 21. de ref.* innituntur potiſſime

tissime relationi Vicarii Generalis, qui supplendo vices Episcopi tunc absentis ad Sacram Congregationem in hæc verba rescripsit:,, obsequenter ,, significare authumo, Parochialem Ecclesiam prænarratæ Universitatis, ,, quæ confusæ ad præsens 1070. componitur numero animarum ab anno ,, 1498. die 29. mensis Novembris Pontificatus Alexandri VI. sub Patrum ,, Cœlestinorum administratione, & cura adesse, cui ultra Patrem Prio- ,, rem Parochum tres alii vocant Patres Confessarii ab hac Curia appro- ,, bati, nec in eadem prædicta Curia, quam in Sacra Visitatione ejusdem ,, Universitatis querulas voces ad meas aures, & Domini mei Episcopi ,, pervenisse.

Ex parte Communitatis erectionem novę Parochiæ postulantis præter quasdam simplices Testium fides cum simplici libello ejus nomine jampridem exhibitas nil aliud hucusque delatum est.

Patres igitur Eminentiarum VV. erunt pronunciare.

An sit locus dismembrationi, seu erectioni novæ Parochiæ in casu &c.

Negative.

ROMANA TAXÆ SEMINARII. Carolus Grandulfus Rector Cappellaniæ, quam Comes Ferdinandus Montemarte jussit erigi in Venerabili Ecclesia Sanctissimi Nominis Jesu, cum post edictum novissime sub annum 1733. promulgatum circa Taxam Seminario Romano a singulis Beneficiis præstandam gravatus fuerit onere solvendi eidem Seminario annua scuta quatuor, & obulos nonaginta, postulavit ab hoc supremo Consessu, ut saltem ex æquitate, donec ipse viveret, ab enunciato onere eximeretur; idque sub triplici fundamento, primo, quod sibi nulla facta fuerit peculiaris citatio, qua vocaretur ad deducendum jura sua in Congregatione particulari a Sanctissimo Domino Nostro deputata super Taxa dicto Seminario præstanda; secundo, quia annuus redditus præfatæ Cappellaniæ tempore illius erectionis non excedebat annua scuta undecim, & modo attingat summam scutorum biscentum ob plura melioramenta ære suó facta in Domunculis a memorato pro fundo dictæ Cappellaniæ relictis, & tertio denique, quia Cappellania, de qua agitur, fuerit supra alias quascumque prægravata. *Sess. 23. c. 18. de ref.*

Rogatus Eminentissimus Urbis Vicarius de hac re Sacram Congregationem instruere ait primum se nescire, qua fronte Orator legitimam sui interpellationem præcessisse controvertat, cum post plura edicta in hunc finem promulgata, in quibus nomina Taxatorum exprimebantur, ipsemet statum suæ Cappellaniæ proprio caractere conscriptum in Secretaria illius Tribunalis produxit, deindeque referens, annuos ejusdem Cappellaniæ redditus fuisse quidem adauctos usque ad summam scutorum biscentum quadraginta, id tamen processisse, inquit, non ex aliqua dotis accessione a moderno Cappellano facta, sed ex restauratione Domorum pro fundo Cappellaniæ a Testatore relictarum, quam, prævio Sacræ hujus Congregationis beneplacito, curavit fieri Orator ea sub conditione, ut suspenso interim onere Missæ quotidianæ, quo affecta reperitur Cappellania unam tantum quolibet Mense celebrare teneretur, donec de pecuniis omnibus in reparationem earumdem Domorum impensis redintegraretur, indeque factum esse, ut Orator ipse, jamdudum illis receptis; Missam quotidianam pluribus ab hinc annis celebrare porrexerit, tanto quidem sui compendio, ut, detractis omnibus oneribus, modo ex dicta Cappellania annua scuta 140. percipiat.

Quibus ita se habentibus, in hæc demum verba concludit,, procul dubio non ,, videntur exaudiendæ preces Oratoris, præsertim in præjudicium Alu- ,, mno-

„ mnorum , & Seminarii , quod ut mihi conſtitit ex viſitatione , & „ revolutione librorum introitus , & exitus , ære alieno prægravatur .

Verum quia idem Carolum exoptans jura ſua experiri enixe flagitavit, ut Cauſa in folio deſcriberetur, idcirco perpenſis juribus , quæ ejus nomine circumferentur , reſcribendum erit .

An , & in qua ſumma hodiernus Rector Cappellaniæ , de qua agitur , teneatur ad ſolutionem Taxæ Seminarii in caſu &c.

Teneri ad formam Taxæ .

Seſ. 25. c. 13. de ref.

TRIVENTINA JURIUM PAROCHIALIUM . Cum in concordia ſub annum 1724. inter Archipresbyterum Eccleſiæ S. Mariæ , & binos alios Rectores Eccleſiarum S. Petri , & S. Angeli in Oppido Fruſinonis exiſtentium inita , ſubindeque ab Epiſcopo in Sacra viſitatione approbata expreſſum inter cetera fuerit , Eccleſiam S. Mariæ eſſe aliarum matricem, ejuſque Archipresbyterum in ſubalternis Eccleſiis extra dicti Oppidi mænia erectis juriſdictione potiri, pluribus quoque eidem attributis prærogativis , quæ, uti aſſeritur , antea ex ſola dictorum Rectorum conniventia, & urbanitate illi permittebantur e converſo autem Parocho, & Clero Eccleſiæ S. Petri prohibitum ſit , ne impoſterum occaſione Feſtivitatis Aſſumptionis B. Virginis Eccleſiam S Mariæ proceſſionaliter adirent, neve ibi amplius Parochiales actus exercerent , Bernardinus Colaneri modernus Rector dictæ Eccleſiæ S. Petri obtendes , enunciatam concordiam uti debitis ſolemnitatibus , & legitima cauſa deſtitutam prorſus irritam eſſe , eaque ſepoſita , licitum fore ſibi æque , ac Rectori S Angeli independenter ab Archipresbytero S. Mariæ tam in ſuis parochialibus , quam in Eccleſiis extra menia dicti Oppidi ſitis , & Parochiæ S. Petri ſubjectis functiones parochiales explere , humillime poſtulat , ut ea , quæ ſequuntur Dubia , ſapientiſſimo Eminentiarum VV. oraculo reſolvantur .

I. An ſuſtineatur concordia inita de anno 1724. inter Archipresbyterum de Pago , & Rectores Joannem de Chriſtophano , & Hieronymum de Alena ; *& quatenus negative* .

II. An liceat Rectoribus Curatis Terræ Fruſinonis libere exercere actus Parochiales , & omnes Functiones Eccleſiaſticas independenter ab Archipresbytero Sanctæ Mariæ ejuſdem Terræ in caſu &c.

III. An Rector Eccleſiæ S. Petri exercere valeat actus Parochiales in Eccleſiis , & Locis ſitis extra mænia in parte Territorii correſpondente diſtrictui dictæ Parochiæ Sancti Petri intra mænia in caſu &c.

Non propoſita cum ſequentibus .

Seſſ. 22. Dec. de obſ & evit. in celeb. Miſ.

ROMANA CAPPELLANIÆ . Pius Teſtator , inſtituta Hærede Congregatione Muſicorum Urbis , hanc ei legem adjecit : „ di far celebrare „ perpetuamente &c. nella Chieſa di S. Carlo de' Catenari di Roma &c. „ Meſſe quattro perpetue la ſettimana , ed il Sacerdote che dirà , o celebrarà dette Meſſe ſia Muſico , o Cantore , Violiniſta, o pure Inſtromentiſta con elemoſina di bajocchi quindici per Meſſa &c., e l'elezione . „ e nomina del Cappellano voglio , ed ordino , che perpetuamente ſpetti „ alli Signori Guardiani pro tempore di detta Ven. Congregatione &c. e „ ſeguita tale elezione del Cappellano &c. voglio , ed ordino , che detto „ Cappellano non ſia amovibile , nè in lui , nè meno ne gli altri , che „ hanno da ſuccedere , ma che la tenghino fino , che vivono , ed in caſo „ di mancanza , o di morte , o di rinunzia del Cappellano allora li ſo-

„ pra-

„ pradetti Guardiani pro tempore ne faccino l'elezione, e nomina dell'al-
„ tro subito, facendo sodisfare dell'elemosina ogni mese, o pure ogni anno
„ e quando vorrà il suddetto Cappellano.

Ejusmodi Cappellaniam, prævia nominatione Custodum prædictæ congregationis, assecutus nuper fuit Joannes Franciscus Silvi clericus in minoribus tantum Ordinibus constitutus, qui serenitate conscientiæ suæ consulturus duo ab hoc supremo Senatu declarari postulavit: Primum, an Cappellania præfata gradum Sacerdotalem ita requirat, ut ei solum, qui actu Presbyter sit, non autem simplici clerico conferri queat, & alterum, an illius possessor Missas per se ipsum celebrare teneatur.

Eminentissimus Urbis Vicarius rogatus super hac re sacram Congregationem instruere, suamque aperiri sententiam, expendens verba testamentariæ dispositionis mox relata censuit, enunciatam Cappellaniam esse sacerdotalem actu; tum quia Testator agendo de iis, qui ad illam nominandi essent, usus fuit nomine, *Sacerdote*; tum etiam quia eidem sic electo jussit, ut sacrum certis diebus cujuslibet hebdomadæ celebraret; credidit tamen, eumdem Cappellanum non teneri Missas celebrare per se ipsum, ex ea potissimum ratione, quod, dum Testator id expresse non dixit, grave hoc onus haud facile ex conjecturis sit inducendum, eoque minus, cum hactenus a Cappellanis Antecessoribus Missarum celebratio per alios adimpleri consueverit.

Rescriptum declarans Possessorem hujus Cappellaniæ non gravatum onere celebrandi per se ipsum latis ulnis exciperet Joannes Franciscus; at quia putat, eodem ferme jure sustineri posse, Cappellaniam non esse actu sacerdotalem, enixe rogat Eminentias VV., ut, libratis rationum momentis, quæ in utramque partem ponderanda occurrunt, quæque ipsa ob inopiam curare nequit, ut ab aliquo Jurisperito afferantur, rectissimum de more judicium, quo perpetuus ejusdem Cappellaniæ status firmabitur, pronunciare dignentur.

Ad causæ Decisionem, præter ea, quæ late notant *Pignattell. consult.* 2. *num.* 10. *tom.* 7. *Piton. de controvers. Patron. alleg.* 28. *Panimol. tom.* 3. *dec.* 150. *num.* 1. *& seq.*, qui tueri videntur, Cappellaniam dici non posse actu sacerdotalem, nisi dispositio concepta sit verbis negativis, quibus nempe Testator jubeat, nonnisi Sacerdotem esse præsentandum, vel saltem ita expressis, ut denotetur tempus, seu actus præsentationis, quo requiratur ordo Presbyteratus, plurimum conferre possunt deducta in *Salutiarum Cappellaniæ* 18. *Junii*, & novissime in *Tuscaulana Cappellaniarum* 17. *Decembris mox elapsi anni*. Verba autem in tabulis Testamentarii, quæ ad rem faciunt, non alia sunt, quam superius transcripta.

Iis igitur perspectis, vestrum erit, Eminentissimi Patres, statuere.

I. An Cappellania, de qua agitur, sit actu Sacderdotalis, vel saltem habitu in casu &c.

II. An Cappellanus teneatur Missas celebrare per se ipsum in casu &c.

Die Sabbathi 28. Aprilis 1736.



Se.22. Dec. de obser. & evit. in celeb. Miss.

OMANA CAPPELLANIÆ. Causa hæc resolutionem, quæ in postrema Congregatione habita die 14. labentis Mensis non prodiit, modo sub eisdem Dubiis expectat.

I. An Cappellania, de qua agitur, sit actu Sacerdotalis, vel saltem habitu in casu &c

II. An Cappellanus teneatur Missas celebrare per se ipsum in casu &c.

Ad primum negative, quoad secundam partem, & affirmative quoad secundam. Ad secundum negative,

Sess.24. c.12. de ref.

CAPUANA. Cum in pluribus ex viginti novem Dubiis, quæ sub diem 17. Decembris superioris anni in hac causa proposita fuerunt, succubuerint Hebdomadarii Metropolitanæ Ecclesiæ Capuanæ, idcirco, impetrato novæ Audientiæ beneficio, hodie postulant, ut ab EE. Vestris rescribatur.

An, & in quibus sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

Quod ad 15. 16. & 17. proponantur separatim; Quoad reliqua in Decisis, & amplius.

Can.2. Sess.7.

TARVISINA BAPTISMI. Inter supplices libellos relatos in Congregatione habita diebus 7. Maii, & 9 Julii superioris anni primum a Sacerdote Petro Collegari, deindeque nomine Lauræ Dolphinæ expositus fuit casus, cujus circumstantiæ ut accuratius perpendi possint, hic sub eisdem verbis exscribetur „ Petrus Dolphino Tarvisinus in statu libero „ profectus a Patria, prout a fratribus suis asseritur, militaribus copiis „ Reipublicæ Venetæ adscriptus Orientem petiit plagam, ibique Matri- „ monium, ut supponitur, iniit, & procreavit puellam postea Lauram nun- „ cupatam, ut ex epistola infra apposita, quæ quo in loco nata sit, igno- „ ratur. Captus, ut supponitur, in bello Peloponesiano a Turcis, apud „ ipsos in Tartaria obiit. Laura suprascripta duorum, vel trium annorum, „ ut creditur, ætate constituta, a Matre, cujus origo; conditio, & Re- „ ligio omnino ignoratur, Venetia deferenda traditur cuidam Nautæ „ filio Antonii Caligo octavo Idus Junias 1717., ut apparet ex dicta Epi- „ stola, ut Aviæ suæ committeretur una cum commendatitiis, & testimo- „ nialibus Matris epistolis. Avia, quæ mulier Tarvisina erat, quamvis „ Venetiis moram ageret servitiis addicta nobilis Familiæ Cocco, puel- „ lam ipsam a Nautis acceptam Tarvisium misit enutriendam, & educan- „ dam in Nosocomio pauperum. Hinc, exactis annis pluribus, Laura „ ipsa jam grandis effecta viro Tarvisino nupsit, apud quem vixit. & „ vivit moribus ornata Christianis, pluribus dubitans vicibus (nihil ha- „ bens certi, nisi subscriptam epistolam) num lustralibus undis Baptismi „ fuerit abluta. Consulit itaque Eminentias VV., an denuo pro salute „ sua debeat saltem sub conditione baptizari?

Integer autem tenor epistolæ superius enunciatæ, cujus ferme singula ver- ba

ba ponderanda sunt, sic habet -- „ Alle mane della Signora Laura Dolfina -- Carissima Signora Madonna, vi saluto. Mi spiace portarli la nova, qualmente vostro Figliuolo è morto in Tartaria, e sua Figlia raccomandata, e consegnata gli lo invio la Puttella per il figlio di Antonio Caligo, il quale gli sodisfarete il viaggio, perchè anco io mi trovo in miseria, che non posso sodisfarlo, io, e alla Puttella in Mariner gli fa le spese, che vi prego sodisfarle, e vi saluto con tutti di casa. Di V. S. -- Il suo nome della Putella è chiamata Laura Dolfina. Corfú li 6. Zugno. Affezzionatissima Niora Maria Francesca Moglie di Pietro Dolfin.

Ad ineundam deliberationem de eo, quod in hac causa sit rescribendum, de more datæ fuerunt literæ ad Episcopum, qui, cum retulerit, hunc ipsum casum theologalis, & canonistis propositum fuisse, necnon transmiserit formale examen duorum Testium, qui ab eadem Laura Oratrice inducti super dubio de ejus Baptismo, confirmata facti specie superius descripta, deposuerunt, Lauram, uti a suis consanguineis dicitur, esse filiam dicti Petri Dolphini, natam in Fortalitio Patrassi tempore obsidionis Civitatis, tantamque post ejus adventum Venetias de illius Baptismo apud nobiles viros invaluisse dubitationem, ut ibi sub conditione fuisset baptizata, nisi statim ab ea Avia Tarvisium transmissa fuisset. post Matrimonium vero ab ea initum cum præfato Dominico Grandi famam cæpisse disseminari, quod esset filia illegitima cujusdam Laurentii Caliman, indeque plura exorta inter conjuges dissidia, & contentiones, idcirco, receptis Episcopi literis una cum dicto Testium examine, Sacra Congregatio die 10. Septembris superioris anni præcepit „ ut causa proponeretur in folio, & interim scriberetur Episcopo Tarvisino, ut significaret, qua ratione Lauræ permissum fuerit, Matrimonium inire, non docto de ejus Baptismo, necnon an dicta Laura docuerit de suscepto Confirmationis Sacramento, addito etiam, quod transmitteret vota theologorum. & canonistarum.

Mandatis itaque Sac. Congregationis obtemperans id in Episcopus, ut distinctus eam hac de re certiorem redderet, hanc facti seriem summatim recensuit -- „ Laura Dolphina Oratrix Eminentiarum Vestrarum usque de anno 1717. duorum, vel trium annorum circiter ætate constituta Corcyra Venetias transvecta, deinde Tarvisium missa, ut aleretur, & educaretur de anno 1728. 23. Maii a me sacro Chrismate delibuta fuit in hac mea Ecclesia Cathedrali, suscepta a Catharina filia quondam Joannis Mariæ Caliman hujus Civitatis, de anno vero 1731. nupsit Dominico Grandi, exhibita mihi pro attestatione sui Baptismatis, de quo tunc non dubitabat, epistola matris in calce illius precum registrata, ex qua satis præsumpsi de Baptismo illi collato, attenta educatione, & mora continua dictæ Lauræ habita in hac pariter Civitate. Ab anno circiter Venetias profecta, & allocuta fratrem Petri Dolphino patris sui, ab eoque in dubium revocato Lauræ Baptismate, cæpit ipsa quoque de suo Baptismate, & de validitate Matrimonii dubitare, & modo nedum Laurea, verum etiam alter conjux de validitate matrimonii inter eos initi dubitant, & in separatione a bimestri circiter perdurant.

Tres ex dictis octo theologis, & canonistis, quorum suffragia ab Episcopo Sacræ Congregationi transmissa fuerunt, nituntur in facto constabilire, Mariam Franciscam Lauræ matrem fuisse mulierem catholicam, idque putant satis colligi posse ex nomine, quo ipsa nuncupabatur, necnon ex illo Lauræ Oratrici imposito ex loco catholico, nedum ubi commorabatur tum, cum sæpedictam epistolam scripsit, verum etiam ex illo, ad quem filiam transmisit, & demum ex eo, quod in eadem epistola se uxorem Petri Dolfini subscripsit, dictamque epistolam Lauræ, tamquam suæ Nurui, & Aviæ ejusdem Oratricis Venetiis degenti direxit, hoc enim retento, inse-

inferunt, Lauram uti ex utroque parente catholico natam, & inter Catholicos fideliter conversatam, atque educatam, neque sub conditione inaugurandam esse Baptismo, tametsi nullum de collato Baptismate testimonium proferat, nec in Parochialibus libris reperiatur descripta, uti respondit Innocentius III. *in cap. Veniens de Presby. non baptizat.* -- *ibi* „ certe de „ illo, qui natus de christianis parentibus, & inter christianos fideliter „ conversatus, tam violenter præsumitur; quod fuerit baptizatus, ut „ hæc præsumptio pro certitudine sit habenda, donec evidentissimis forsitan „ argumentis contrarium probetur „ - præsertim vero, quia Baptismus non debet sub conditione iterari, nisi quando probabilis de eo subsit dubitatio, uti explicans Decretum Alexandri III. *in cap.2. de Baptism.* advertit Rituale Romanum *tit. de Baptism.* hunc in modum -- „ Hac ta„ men conditionali forma non passim, aut liviter uti licet, sed prudenter, „ & ubi, re diligenter pervestigata, probabilis subest dubitatio -- & mo„ net Cathechismus sub eodem tit. de Sacram. Baptism. pag 191. hisce „ verbis -- ea Baptismi forma in illis tantum permittitur, de quibus, re „ diligenter perquisita; dubium relinquitur, an Baptismum rite susce„ perint, aliter vero numquam fas est etiam cum adjunctione Baptismum „ alicui iterum administrare -- & conferunt tradita per Eminentissimum „ Petram in suis Doctissimis Commentariis ad Constit.14. Clementis IV. „ num.27. tom.3 Smalzgrueber in jus canonic. lib 3. tit. 42. num. 57. „ ubi sic habet. Quid tenendum, quando de Adulto aliquo dubi„ tatur, an Baptizatus sit, vel non? Respondeo, si ex fidelibus pa„ rentibus natus, & inter fideles educatus sit quamvis de ipsius Ba„ ptismo non certo constet, nihilominus baptizatus præsumitur, idque „ tam violenter, ut hæc præsumptio pro certitudine habenda sit, „ donec evidentissimis argumentis contrarium probetur &c Neque in „ tali periculum damnationis subest, si forsan revera baptizatus non es„ set, quia per Baptismum Flaminis salvatur, si verum desiderium Baptis„ mi habeat, sicut ille, qui baptizari desiderans, morte prævenitur, de „ quo S. Augustinus relatus in cap. Apostolicam tit. cit. Baptismus (in„ quit) invisibiliter ministratur; quem non contemptus religionis, sed „ terminus necessitatis excludit.

At alii quinque theologi, & canonistæ oppositam sententiam propugnantes, nimirum Oratricem, ut spirituali illius saluti consulatur, sub conditione baptizandam esse, juxta expressos *Textus in can. Parvulos in can. Placuit in can. Cum itaque, in can. Si nulla de consecr. dist.4. & in cap 2. de Bapt.* probabiliter, & prudenter posse de Baptismo ejusdem Oratricis dubitari, dessumunt ex eo potissimum, quod nullum hactenus allatum est documentum, cui inniti possit moralis certitudo de Baptismate a Laura suscepto, quodque ullum fundamentum constituti nequeat in memorata epistola, tum quia in ea nihil de nativitate Lauræ, de controverso Baptismo, de Patrinis, & loco, ubi nata, & baptizata fuerit, habetur, tum etiam, quia Maria Francisca se dicit uxorem Petri Dolfini, cum de supposito Matrimonio nullum extet vestigium, sed illud excludi videatur, ex quo non constat, eumdem Petrum umquam accepisse attestationem libertatis sui status, omnino ad Matrimonium ineundum necessariam, & de asserto hoc Matrimonio Lauram, aut alios Propinquos certiores umquam reddidisse.

Sententiam hanc confovere videtur S. Leo in epist.37. cap.1. ita scribens -- „ In primis itaque providere debemus, ne, dum speciem quamdam cau„ tionis tenemus in damnum generandarum incidamus animarum. Quis „ enim ita sit suspicationibus suis deditus, ut verum esse definiat, quod, „ omni manifestatione cessante, ex opinione ambigua suspicatur? Cum „ itaque baptizatum se, nec ille recordetur, qui regenerationis est cupi„ dus

,, dus, nec alter atteſtari de eo poſſit, quod neſciat conſecratum, nihil ,, eſt, in quo poſſit, obrepere eum in hac parte conſcientiæ ſuæ, nec ille ,, reus ſit, qui conſecratur, nec ille, qui conſecrat -- & in epiſt 92. ,, cap.15. ad Ruſticum Epiſcopum Narbonenſem -- Si nulla exiſtant indicia ,, inter propinquos, aut familiares, nulla inter clericos, aut vicinos, ,, quibus his, de quibus quæritur, baptizati fuiſſe doceantur, agendum ,, eſt, ut renaſcantur, ne manifeſte pereat in quibus, quod non oſtenditur geſtum, ratio non ſinit, ut videatur iteratum. Qui autem poſſunt ,, meminiſſe, quod ad Eccleſiam veniebant cum parentibus ſuis, poſſunt ,, recordari, an quod eorum parentibus dabatur, acceperint. Sed ſi hoc ,, etiam ab eorum memoria alienum eſt, conferendum eis videtur, quod ,, collatum eſſe neſcitur, quia non temeritas intervenit præſumptionis, ,, ubi eſt diligentia pietatis.

Nihil præter ea, quæ hucuſque expoſita ſunt, nomine Oratricis circumfertur. His igitur ponderatis una cum Reſolutionibus Sacræ Congregationis allatis in Folio diei 12. Decembris 1733. in cauſa *Ripana*. Dignabuntur EE. VV. reſpondere.

An Laura Dolfini baptizari debeat ſub conditione in caſu &c.

Dilata, & ſcribatur Archiepiſcopo Corcyrienſi juxta inſtructionem.

NULLIUS ORBETELLI. Parochialem Eccleſiam S. Mariæ Loci Orbetelli Prioratum nuncupat clar memor Cardinalis Farneſius Abbas Commendatarius Monaſterii Sanctorum Vincentii, & Anaſtaſii ad Aquas Salvias anno 1582 in Collegiatam erexit, eamque conſtare voluit ex uno Priore Archipresbytero,, qui inibi caput exiſteret, & principaliter curam animarum hujuſmodi exerceret, *necnon ex quatuor Canonicis*, qui ,, ſimul cum dicto Archipresbytero Capitulum ejuſdem Eccleſiæ conſtituerent Horas Canonicas, Miſſas, & alia Divina Officia tam diurna, quam ,, nocturna competentibus horis juxta providam Canonum, & Concilii ,, Tridentini, laudabiliſque ſimilium Collegiatarum Eccleſiarum conſuetudinis diſpoſitionem, & obſervantiam celebrare, & perſonalem reſidentiam facere, ac in animarum curæ exercitia eumdem Archipresbyterum coadjuvare, & deſervire tenerentur.

Seſs. 5. c. 2. Seſs. 24. c. 4. de reform & Seſs. 22 8. de Sac. Miſs.

In exequutionem vero hujuſmodi erectionis primum clar. mem. Cardinalis Aldobrandinus, cui poſt obitum Cardinalis Farneſii Abbatia dicti Monaſterii commendata fuit, in viſitatione anno 1591. peracta decrevit ,, che ,, il Priore debba ſervire alla detta cura dell' Anime per ſe ſteſſo due ſettimane, e li quattro Canonici una ſettimana per uno, cioè di ſei ſettimane, due ne tocchino al Priore, e quattro alli Canonici, dichiarando, che queſto s' intende ſolo, quanto al dar il Santiſſimo Sacramento agl' Infermi, Battezare, dar l' Eſtrema Unzione, e non quanto ,, al dir delle Meſſe &c. ,, deindeque Pater Jo: Bruno Soc. Jeſu a præfato Eminentiſſimo Abbate deputatus ad viſitationem dictæ Collegiatæ Eccleſiæ duo edidit Decreta, alterum anno 1592. ita conceptum -- ,, ciaſcuno ,, nella Domenica della ſua ſettimana, o nelle Feſte principali &c. faccia ,, il ſermone al popolo per incaminarlo nella ſtrada della ſalute -- alterum ,, vero ſub annum 1595. in hæc verba -- ,, Li ſermoni ordinati ſi faccino dal Priore, e Canonici nelli giorni feſtivi, per eſpediente il faccia ,, l' Ebdomadario, che dice la prima Meſſa la mattina, nella quale potrà ,, annunciare le Feſte, ed iſtruire, ed eſortare il popolo alla pietà.

Legi in Bulla erectionis adjectæ, necnon relato Decreto Eminentiſſimi Aldobrandini obſequentes memorati Canonici hebdomadis ſibi aſſignatis Archipresbyterum coadjuvantes Animarum curam in iis, quæ Sacramento-

rum administrationem concernunt, exercuerunt; at quia Archipresbyter contendit, eos teneri diebus Dominicis, aliisque festis de praecepto, quibus animarum cura ab ipsis exerceri debet, inter Missarum celebrationem populo prædicare, eique cathechismum facere, juxta posteriora Decreta, ut supra a Visitatore per Eminentissimum Abbatem deputato edita, & e converso iidem Canonici præmittentes in facto, Animarum curam principaliter incumbere dicto Archipresbytero, seque esse simplices illius coadjutores, nec ullius roboris esse prædicta Sacræ Visitationis Decreta, tum quia Bullæ erectionis, & censura sacrorum Canonum adversentur, tum etiam quia constet, ea exequutioni numquam demandata fuisse, authumant, se minime obstringi posse ad subeundum memoratum onus, itidemque contendunt, debitam sibi participationem omnium emolumentorum, quæ ex Animarum curæ administratione percipiuntur; idcirco, ut Animarum detrimento, quod ex dilata hujus controversiæ decisione facile posset obvenire, due infrascripta Dubia sapientissimo hujus Sacri Consessus oraculo definienda proponuntur.

Ad ea, quæ primum Dubium respiciunt, potissime pertinent Decreta Sacrosanctæ Tridentinæ Synodi sess.5. cap.2. de Ref. -- „ Archipresbyteri „ quoque, Plebani, & quicumque Parochiales vel alias curam Animarum habentes Ecclesias quocumque modo obtinent per se, vel alias idoneos, si legitime impediti fuerint, diebus saltem Dominicis, & Festis „ solemnibus plebes sibi commissas pro sua, & earum capacitate pascant „ salutaribus verbis docendo, ea, quæ scire omnibus necessarium est ad „ salutem, annunciandoque eis cum brevitate, & facilitate sermonis vitia, quæ eos declinare, virtutes, quas sectari oporteat, ut pœnam „ æternam evadere, & cœlestem gloriam consequi valeant sess.22. cap 8. „ de Sacrific. Miss. -- Mandat Pastoribus, & singulis curam Animarum „ gerentibus, ut frequenter inter Missarum celebrationem, vel per se, „ vel per alios ex iis, quæ in Missa eleguntur, aliquod exponant, atque „ inter cætera Sanctissimi hujus Sacrificii Misterium aliquod declarent diebus præsertim Dominicis, & Festis, & sess.24. cap.4. de Ref -- In aliis „ autem Ecclesiis per Parochos, sive, iis impeditis, per alios ab Episcopo impensis eorum, qui eas præstare, vel tenentur, vel solent deputandos in civitate, aut in quacumque diœcesi censebunt expedire, saltem Dominicis, & solemnibus diebus Festis, tempore autem Jejuniorum Quadragesimæ, & Adventus Domini quotidie, vel saltem tribus „ in hebdomada diebus, si ita oportere duxerint, Sacras Scripturas, Divinamque Legem annuntient, & alias, quotiescumque id opportune fieri „ posse judicaverint „ -- quas porro saluberrimas sanctiones innovavit sanctæ memoriæ Benedictus Decimustertius in Concilio Romano tit.prim. cap.4. & 5.

Hinc autem communiter receptum esse videtur, quod, sicuti Parochi, aliique Animarum curam habentes tenentur, eam in omnibus, quæ possunt, nisi legitime fuerint impediti, per se ipsos exercere, tametsi retineant Coadjutores, uti pluries rescripsit Sacra hæc Congregatio, & signanter in *Casalen.* 27.*Julii* 1626. *lib.*13. *Decr. p.*88. *& in Crassetana* 16. *S pt.*1645. hisce verbis -- „ Si cura Animarum injuncta præpositturæ sit ampla, ut supponitur, posse præpositum coadjutorem retinere, ita tamen, ut ea „ omnia per se ipsum impleat circa hujusmodi curam Animarum, & Sacramentorum administrationem, quæ implere potest, juxta præscriptum cap.3. sess.7. de Ref. -- ut in *lib.*17. *decr. pag.*514., ita quoque adstringuntur singulis diebus Dominicis, aliisque Festis de præcepto, ubi nullo detinentur legitimo impedimento, post lectum Missæ Evangelium, ad populum habere sermonem, quo vitia declinare, & virtutes, quas sectari oporteat, ei denuncient, ad tradita per *Felin. in cap. Excommunicamus*

*nicamus num.*4. *de Hæretic.*, *Fagnan. in cap. Ex parte de Cler'c. non resident.*, *Passerin. de stat. Homin. tom.*2. *quæst.*187. *artic.*4. *inspect* 2. *num.*25. & 26., *Barbos. de offic. Paroch. cap.*14. *num* 1. & *seqq.*, idque ipsum confirmari prætenditur ex nonnullis allatis Sacræ Congregationis Resolutionibus in *Nullius* 30. Julii 1591. *lib.*7. *decret. pag.*1. *in Mileten.* mense Februarii 1590. ad quintum Dubium, & præsertim in *Montis Falisci Onerum Parochialium* 8. *Maii* 1706. *lib.*56. *decr. pag.*148.

Eminentissimus Cardinalis de Alteriiis modernus Abbas Commendatarius, confirmata facti serie superius exposita, sententiam suam hisce verbis aperuit -- „ Quod jurare, & non modice dictis Canonicis mihi videtur esse, Canonicatus reddere fructus non parum inferiores illorum, „ quos Prior a suo Beneficio retrahit, insuper ipsi in dicto Decreto „ principaliter injunctum exercitium curæ, Canonicis vero tantum in „ eo illum coadjuvare, quod, ni fallor, opinor intelligendum, & adimplendum esse in iis solummodo, quæ Priori per se solum exequi „ prudenter redduntur admodum difficilia, prout sunt ea, quæ Parochus quotidie debet exequi, & pro cura non unius Parochiani, sed „ etiam plurium, & in horis, & locis distinctis paratus esse debet, „ non vero pro aliis, quæ ter, aut ad summum quater in mense, & „ certis diebus, & modo, & pro omnibus insimul unitis Parochianis „ per eum exequenda sunt pro modicis temporibus dimidiæ horæ circiter pro qualibet vice, sicuti sic, & faciliter adimpletur onus prædictum prædicandi ad Populum, quod si redderet lucrum aliquod, „ prout retrahitur a baptizando, & assistendo Matrimoniis, verosimiliter Prior non renueret per se solum id efficere, verum etiam exoptaret. Merita, quibus ipsum ornatum esse, mihi suasi, meque induxerunt illum providere de meliori Beneficio inter ea, quæ sunt in „ dicto Loco, mihi repromittunt, per ipsum attente, & libenter dictum onus adimplendum esse, si EE. VV. decernant, ad ipsum spectare id efficere, prout ego censeo.

Quæ ad alterum spectant Dubium, ex singulis emolumentorum capitibus juxta facti circumstantias utrinque proponendis decernere oportet. Omnibus itaque inspectis onus erit Eminentiarum Vestrarum decernere.

I. An Prior Archipresbyter Collegiatæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Orbetell. teneatur prædicare, & explicare Cathechismum per se ipsum omnibus diebus festivis; seu potius teneantur quatuor Canonici Coadjutores hebdomadis, quibus ipsi curam Animarum exercent in casu &c.

II. An iidem Canonici Coadjutores participare debeant de omnibus emolumentis Parochialibus in casu &c.

Ad I. Affirmative quoad primam partem, & Negative quoad secundam.
Ad II. Servetur solitum, & amplius.

NEAPOLITANA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. In supplici libello, quem Frater Joseph Maria Magri Tertii Ordinis Sancti Francisci Sanctissimo Domino Nostro sub annum 1733. porrexit, nullitatem suæ professionis in Conventu Sancti Antonii Pausylippi anno 1719. emissæ proponere meditans sub fundamento, quod nulli Monasterio fuerit in Filium adscriptus contra assertas Constitutiones dicti Ordinis, & Resolutiones ab hac Sacra Congregatione editas, postulavit in integrum restitui adversus quinquennium pridem transactum, ut in formali Judicio posset jura sua experiri; at, remissis de more precibus ad Sacram Congregationem, transmissoque nuperrime una cum *Sess.*25. *c.*15. *de reg.*

 accu-

accuratissima moderni Eminentissimi Archiepiscopi Relatione solito Processu de mandato ejusdem Sacræ Congregationis in Archiepiscopali Curia subinde confecto, modo prædictus Joseph Maria, ut scopum sibi propositum sub consueto Dubio assequatur, professionem suam ex triplici capite irritam, contendit.

Primo, quod vi, metuque compulsus fuerit a Sebastiano patre habitum Religiosum suscipere in memorato Conventu Sancti Antonii ad Pausylippum paulo post suum egressum e Conventu Fratrum Cappuccinorum Civitatis Casertæ, ubi vix per mensem eorum habitu pariter coacte indutus moram traduxerat; Id autem ne dum plurium Testium depositione, sed jurata quoque declaratione ipsiusmet Sebastiani probare prætenditur.

At circa allatos Testes animadvertendum est, eorum aliquos ex ore ipsius Oratoris testari, cæteros vero in genere tantum de assertis violentiis deponere, excepto Blasio de Micco, qui ad interrogata respondens testimonium in hæc verba perhibet -- *Io sò, che detto Sebastiano ave allevati i figli con gran rigore, e precisamente il suddetto Frà Giuseppe Magri nel Secolo chiamato Matteo, bastonandolo aspramente spesse volte in sua Casa, e fuori di essa in presenza mia, e d'altre Persone a causa, che in ogni conto voleva, che detto Matteo si fosse fatto Religioso contro la volontà del medemo il quale sempre dichiarava, che l'animo suo era di stare al Secolo, e non farsi Religioso.*

Quod autem attinet ad enunciatam Sebastiani declarationem, qua fatetur, se ad Religionem memoratum Joseph filium suum coegisse, duo notanda occurrunt; alterum in facto, nempe exemplar ejusdem declarationis post jam completum, & transmissum Processum allatum fuisse, illudque nec a præfato Sebastiano, nec a Testibus, coram quibus dicta declaratio exarata fuit, subscriptum apparere, itaut perpendendum sit, quo in numero haberi mereatur, donec aliud exemplar debita legalitate munitum non sit exhibitum; alterum vero in jure, num scilicet ullus probationis gradus constitui possit in hujusmodi declaratione, qua Sebastianus proprium allegat delictum, & turpitudinem.

Præterea, cum Orator invaliditatem suæ professionis tam decurrente quinquennio, quam in precibus Summo Pontifici sub dictum annum 1733. porrectis, & in formali suo examine proposuerit dumtaxat ex eo, quod nulli Monasterio fuerit adscriptus, cumque interrogatus, an præter antedictam, aliam haberet causam, unde ejus professio invalida declarari posset, hoc dederit responsum „ Oltre della narrata di sopra, altra causa attual- „ mente non ho, d'onde si possa nulla dichiarare detta mia professione „ ponderandum est, an ex ipsa ejus confessione assertæ patris violentiæ excludantur, quippe quia parum verisimile sit, quod si eas passus fuisset, ad solum caput deficientiæ filiationis sese restringens nullitatem professionis ex metu sibi incusso non intentasset.

Secundo, quod fuerit interruptus probationis annus contra sanctionem Sacri Concilii Tridentini *cap.15. sess.25. de Regular.*, eo quia e Novitiatu nocturno tempore aufugerit; Super hoc autem notandum est, Oratorem ea tantum nocte, qua fugerat extra claustra fuisse commoratum, summoque mane diei subsequutæ, ita suadente Sacerdote Philippo Vocalelli; cujus domum adierat, ad conventum rediisse, unde locus erit examini, num inde interruptus dici debeat probationis annus; cum de cetero Novitiatus annum pro effectu irritandi professionem, haudquaquam interruptum fuisse a Religioso, qui e novitiatu aufugerat, & extra illum per breve tempus fuerat commoratus, rescripsit Sacra Congregatio in *Tyburtina restitutionis in integrum* 7. *Julii* 1703. *lib.*53. *Decr. pag.*300. & consonant Resolu-

solutiones editæ *in Patavina restitutionis in integrum* 29. *Novembr.* 1710. *lib.60. decr. p.*447. *in Cassanen. professionis* 21. *Augusti* 17.7. *lib* 67 *decr. pag.* 342. , & noviſſime in *Neapolitana Restitutionis in integrum* 4. *Decembris* 1734. *lib.*84 *Decr. pag.*582.

Et tertio demum, quod nulli conventui adscriptus fuerit antequam controversam protestionem emitteret, contra constitutiones dicti Ordinis præscribentes, nullius roboris esse professionem emissam absque prævia adscriptione alicui certo conventui solemniter facta cum consensu capituli illius conventus, ubi ea emittitur; Verum ad id quoque notari debet in facto, quod, licet hujusmodi constitutiones asserantur confirmatæ a san. mem. Urbano VIII. in sua constit.101. incipientes -- *Militantis Ecclesiæ*, earum tamen particula nondum exhibita fuit, sed solum profertur Testimonium fratris Simonis Albanese, qui ita deponit: „ Io altro non posso dire, se „ non che in tempo, che io discorsi, come di sopra col sudetto Fra Giu- „ seppe Magri &c., il medemo volle sapere da me, come mi ero regolato „ in annullare la mia professione, che io feci &c. per mancanza della mia „ figliolanza, per la qual deficienza era stata dicharata nulla d. mia „ professione in vigore di lettere della S. Congregazione, e Breve Aposto- „ lico „ & præterea haud satis constat, Oratorem non fuisse alicui Conventui adscriptum dum in hoc non concordant Testes per ipsum inducti, uti ex eorum depositione colligitur.

Ceterum, etiamsi ex modo deductis ab Oratore censeretur, satis constare de invaliditate ejus professionis, dispiciendum, adhuc superesset, num ex susceptione Sacrorum Ordinum, ex munere Prioris in sua Religione exercito, aliisque ex actibus professo tantum convenientibus ab eo expletis eadem professio dicenda foret tacite ratificata; certum quippe est, professionem ab initio irritam ex nova professi voluntate, & ratihabitione ita convalidari, ut Restitutio in integrum adversus illam denegetur secundum ea, quæ luculenter firmavit *Rot. in dec.*952. *&* 893. & constat ex Rescriptis ab hac Sac. Congregatione editis in *Carinen.* 14. *Decemb.*1624. *in Antuerpien.*, *seu Ruremunden.* 10. *Julii* 1706., *in Bisuntina Restitutionis in integrum* 13. *Martii* 1718. *in Ragusina Restitutionis in integrum* 10. *Julii* 1728, *& in d. Neapolitana Restitutionis in integrum* 4. *Decembris* 1734.

Eminentissimus Archiepiscopus summatim referens ea, quæ in memorato Processu ex testium depositione habentur, ita subdit: *Ex hactenus expositis suam professionem a principio nullam, invalidamque extitisse authumat Orator ob tres memoratas causas, illam vero tacitam ratificationem quodammodo provenientem ex præfato Superiori munere per se exercito solis professis conveniente omnimode reticet. Ex quibus omnibus dubia pendent, an concedenda sit nec ne petita adversus quinquennii lapsum in integrum restitutio pro suæ professionis nullitate dicenda, & an sufficientes pro eamet concurrant probationes.*

Partes igitur Eminentiarum VV. erunt deliberare.

An sit locus Restitutioni in integrum in casu &c.

Negative, & amplius.

CASSANEN. Facti series examen primi Dubii, quod infra describetur, concernens, & in folio diei 18. Decembris 1734. summatim exposita hæc est. Pomponius Jordanus sub anno 1700. se, suosque hæredes obligaverat persolvere Patribus Minoribus S. Francisci, quos vocant de observantia, annuos ducatos triginta sex sub onere unam Missam quotidie celebrandi in Cappella S. Mariæ de Monte Carmelo erecta in eorum Ec- *Sess.* 25. *c.*2. *de Ref.*

clesia S. Mariæ de Misericordia Civitatis Marathex, necnon tradere quolibet anno alios quatuor ducatos ea lege, ut festum B. M Virginis de Monte Carmelo ab eisdem Patribus haberetur, reservata sibi facultate assignandi nonnulla Bonaannui redditus, qui utrique prædictæ annuæ præstationi responderet; Cum autem, adimpleto usque ad annum 1719. enunciato onere, dictum instrumentum postea revocasset sub obtentu, quod præfati Patres annuæ illius præstationis forent incapaces, Episcopus Cassanensis, cui ex Rescripto Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium negotiis prępositæ cognitio controversiæ inde exortæ super dicti instrumenti revocatione commissa fuerat, declaravit, eosdem Religiosos non posse assertam annuam præstationem percipere, sed adhuc dictam Missam quotidianam per Sacerdotes a Pomponio eligendos celebrari debere.

Subinde vero, postulante eodem Pomponio, ut sibi ab hac Sacra Congregatione tribueretur facultas conventionem ineundi cum Syndico dictorum Patrum, vel cum Promotore Fiscali Causarum Piarum, atque onus dictæ Missæ quotidianæ reducendi ad unam tantum singulis hebdomadis a præfatis Religiosis celebrandam cum eleemosyna duorum carolenorum pro qualibet, idem Episcopus, cui Sacra Congregatio die 28. Februarii 1722. præcepit, ut veris existentibus narratis, Oratori petitam facultatem pro suo arbitrio, & conscientia impertiretur decrevit -- *licere, & licitum esse supradicto Pomponio Jordano &c. primam dispositionem mutare, & cauthelas in forma cum Promotore Fiscali Piarum Causarum nostræ Curiæ stipulare &c., stante utilitate Causæ Piæ, dictamque primam dispositionem moderari ad unam Missam qualibet hebdomada cum eleemosyna duorum carolenorum, sive denariorum pro qualibet Missa celebranda a dictis Religiosis Minoribus de observantia Conventus Civitatis Marathee obligando specifice, & taxative pro solutione dictæ eleemosynæ enunciatum Olivetum supra descriptum, & confirmatum cum conditione, & pacto remanendi dictum Olivetum penes ipsum Pomponium, suosque hæredes, & successores in perpetuum ad finem colendi, & conservandi cum obligatione solvendi singulis annis ex fructibus ipsius eleemosynam dictæ Missæ qualibet hebdomada celebrandæ, cum conditione, quod, si quocumque casu diminuerentur fructus dicti Oliveti, diminuatur pariter numerus Missarum &c. cum obligatione tantummodo subrogandi aliud consimile corpus stabile, si evenerit casus quod dictum Olivetum assignatum fuerit evictum &c. manente tamen dicto Pomponio, ejusque hæredibus, & successoribus onere, & obligatione manutenendi propriis sumptibus dictum Altare S. Mariæ de Carmelo &c. necnon solemnizandi Festum ipsius jurispatronatus &c.*

Conventionem hanc Episcopi Decreto confirmatam usque ab anno 1734. impugnare cœperunt Hæredes ejusdem Pomponii, contendentes, sibi liberum esse, alios Sacerdotes, qui dictam Missam qualibet hebdomada in exclusionem ipsorum Patrum celebrent, deputare, seque minime teneri iisdem Religiosi, quatuor ducatos pro celebrando Festo S. Mariæ Virginis de Monte Carmelo persolvere: Cumque subinde animum quoque adjecerint, ad vindicandum sibi juspatronatus super memorata Cappella una cum gentilitio sepulcro ibidem constructo authumantes, nedum sibi licitum esse dictum Festum, & alias quaslibet solemnitates ad honorem B. M. V. in eadem Cappella explere, verum etiam consanguineorum suorum cadavera in enunciato sepulchro tumulare, propugnantes præterea sæpedictam Cappellam posse ab Episcopo visitari, eosdemque Religiosos teneri ad reficienda damna, sumptusq; sibi illatos ob plures recursus, quos ipsi occasione hujus litis ad Judices laicos habuerunt; idcirco ad dirimendas omnes hasce contentiones præter primum Dubium alias propositum, ad cujus decisionem conferunt

ea,

ea, quæ in memorato folio adnotata fuerunt, oportuit alia octo, quorum resolutio ex peculiaribus facti circumstantiis in utramque partem proponendis potissimum dependet supremo EE. VV. judicio discutienda subiicere.

I. An dispositio Pomponii Jordani facta sub die 17 Junii 1722., prævio Decreto hujus S. Congregationis quoad Missam hebdomadalem, & festivitatem S. Mariæ de Monte Carmelo celebrandam a Fratribus S. Francisci de Observantia sit servanda per illius Hæredes.

II. An eisdem Religiosis, sive illorum Syndico Apostolico aliqua competat actio instandi pro celebratione Missarum, ac pro earum eleemosyna.

III. An constet de Jurepatronatus Cappellæ S. Mariæ de Monte Carmelo favore Hæredum Pomponii.

IV. An per præfatos Religiosos in dicta Cappella impediri valeat dictis Hæredibus celebratio Festivitatis S. Mariæ de Monte Carmelo, & aliorum Festorum B. M. V.

V. An teneantur iidem Hæredes solvere præfatis Religiosis ducatos quatuor pro celebrando eodem Festo.

VI. An dicti Religiosi potuerint denegare tumulationem cadaveris Nicolai Rossi in Sepulchro sito prope dictam Cappellam.

VII. An idem cadaver tumulari debeat in præfato Sepulchro.

VIII. An prædicta Cappella visitari debeat per Ordinarium, seu per Regulares.

IX. An, & de quibus recursibus ad Judices laicos constet etiam ad effectum refectionis damnorum, & expensarum in casu &c.

Ad I. Affirmative. Ad II. Serventur decreta generalia. Ad III. Affirmative quoad jus honorificum. Ad IV. Negative. Ad V. Negative, & ad mentem. Ad VI. Negative. Ad VII. Affirmative, Ad VIII. Serventur decreta. Ad IX. Ad Eminentissimum Præfectum juxta mentem.

THEATINA. San. mem. Innocentius XII, prævio Sacræ hujus Congregationis suffragio, per suas literas in forma Brevis sub annum 1694. expeditas benigne indulsit Didaco de Avalos Marchioni Terræ Vasti, ut Ecclesia, seu Cappella nuncupata B. M. V. de Pinna tribus passuum milibus a d. Terra distans, & ab eodem Didaco plurimum aucta, ornata, sacrisque supellectilibus instructa, vocatis omnibus, qui fuissent vocandi, & sine alicujus præjudicio erigeretur in Beneficium cum reservatione jurispatronatus favore ipsius Didaci, ejus hæredum, & successorum quorumcumque, dummodo tamen bona stabilia valoris ducatorum bis mille, quos ille pro augmento Dotis obtulerat, cum effectu assignaret, ac se, suosque hæredes, & Successores obstringeret, nedum Cappellanum, qui sacrum in ea faciat, verum etiam custodes armatos, qui æstivo tempore Ecclesiam ipsam, ejusque sacram supellectilem a pyratarum incursione tueantur, perpetuo manutenere. *Sess. 24. c. 1. Sess. 24. c. 9. de Ref.*

Cum autem Vicarius Generalis earumdem Literarum Apostolicarum executor, inaudito Præposito Parochialis Ecclesiæ S. Petri, intra cujus limites reperitur præfata Ecclesia B. Mariæ Virginis de Pinna, neglectoque postmodum recursu per eumdem Præpositum ad hanc S. Congregationem habito, devenerit ad concessionem prædictæ Ecclesiæ in juspatronatus memorati Didaci, suorum hæredum, & successorum. eodemque ferme tempore in ejus Rectorem instituerit Sacerdotem Michaelem Antonium Spataro ab ipso Didaco nominatum, Præpositus dictæ Parochialis Ecclesiæ S. Petri cæpit statim contendere, & præfatas Literas Apostolicas precibus minus veris inniti, & earum executionem prorsus irritam fuisse, tum quia sui vocatio non præcesserit, tum etiam quia servatæ non fuerint enunciatæ conditio-

ditiones in iisdem literis adjectæ, sed quia pluribus, uti postmodum asseruit, præpeditus obstaculis, quo minus jura sua, suæque Ecclesiæ tunc temporis proferre posset, idcirco nonnisi sub annum 1704. institit in hac S. Congregatione disputari tria sequentia Dubia, nimirum. I. An executio gratiæ super erectione Jurispatronatus Ecclesiæ S. Mariæ de Pinna cum omnibus inde secutis sustineatur in casu &c. II. An constet de superioritate Ecclesiæ S. Petri Terræ Vasti, itaut Ecclesia S. Mariæ de Pinna sit eidem in omnibus subjecta, *& quatenus affirmative*. III. An ad solum Præpositum Ecclesiæ S. Petri Terræ Vasti privative spectet exercere in Ecclesia S. Mariæ de Pinna omnia jura parochialia, & functiones parochiales peragere, Missas solemnes, aliaque divina officia celebrare in casu &c., quibus propositis die 15. Nov. ejusdem anni responsum fuit -- Ad I. Dilata, & citentur interesse habentes. etiam per edictum. Ad II. Negative, præterquam quoad jura parochialia. Ad III. Affirmative quoad jura mere parochialia tantum juxta Decretum S. Congreg. Rituum.

Post editum hoc rescriptum nil amplius in Causa peractum est, donec e vivis nuperrime erepto memorato Sacerdote Michaele Antonio Spataro, qui usque ad obitum possedit controversum Beneficium, modernus Marchio Vasti alium Sacerdotem præsentavit in ejus Rectorem; At sese opponente Clero præfatæ Parochialis Ecclesiæ S. Petri, ne illius præsentatio admitteretur ex iisdem juribus, ob quæ jampridem Præpositus dictæ Ecclesiæ contenderat, gratiam erectionis Cappellæ S. Mariæ de Pinna in Juspatronatus familiæ de Avalos non sustineri, oportet proinde ad finem controversiæ imponendum denuo disceptare.

An executio gratiæ super erectione Jurispatronatus Ecclesiæ S. Mariæ de Pinna cum omnibus subsequutis substineatur in casu &c.

Dilata ad sequentem.

Sess. 22. Dec. in obs. & evit. de celeb. Miss.

MEDIOLANEN. CELEBRATIONIS MISSARUM. Cum Magdalena Galimberta in testamento sub annum 1659. condito gravaverit Administratores Ven. Conservatorii vulgo nuncupati *del Rosario*, hæredis ex asse scripti „ ad celebrari faciendum in perpetuum Missam unam „ quotidianam in Ecclesia Fratrum S. Mariæ Paradisi ad Altare privilegiatum cum eleemosyna librarum tercentum quinquaginta imperialium in „ anno solvendarum de trimestri in trimestre „ ad normam hujus testamentariæ dispositionis memorati Fratres S. Mariæ Paradisi Tertii Ordinis Sancti Francisci, sequuto Testatricis obitu, statim cœperunt, prævia dicti oneris acceptatione, præfatam Missam quotidianam sub enunciato annuo stipendio librarum tercentum quinquaginta celebrare.

Verum quia sub annum 1733. Administratores Conservatorii, interpellatis Fratribus prædictis, ut a celebratione hujus Missæ imposterum desisterent, exterum Sacerdotem pro celebratione ejusdem Missæ deputarunt, & postmodum Vicarius Generalis in civilibus confirmans interpellationem ab administratoribus peractam declaravit in sententia, auditis partibus, edita, eosdem Fratres „ desistere debere a celebranda Missa quotidiana disposita „ in ejus testamento a q. Magdalena Galimberta ab ea die in antea, non „ obstantibus deductis per dd. Patres „ interjecta proinde ab istis appellatione adversus dictam sententiam, delataque ex communi partium consensu ad hoc Sacrum Tribunal causæ cognitione, contingit modo, disceptare bina Dubia, quæ inferius describentur.

Memorati regulares, quorum jura tantum hactenus allata sunt, in id potissimum vires suas intendunt, ut demonstrent, non solum Ecclesiam S. Mariæ Paradisi, verum etiam religiosos ipsos fuisse a Testatrice prædilectos; indeque inferunt, non licuisse Administratoribus Conservatorii ipsos a cele-

celebratione controversæ Missæ quotidianæ removere, sed sibi privative quoad alios quoscumque Sacerdotes competere jus adimplendi præmissum onus, juxta Resolutiones hujus S. Congregationis novissime relatas in *Tyburtina celebrationis Missarum* proposita sub diem 10. Septembris, & resoluta die 24. ejusdem mensis superioris anni, & in *Camerinen. Cappellaniæ* 19. Novembris dicti anni.

Fortius vero idipsum confovente longæva observantia septuaginta, & ultra annorum, in quorum decursu, nimirum ab obitu Testatricis sequuto sub annum 1659. usque ad annum 1733. constat, eosdem Religiosos absque ulla Administratorum contradictione Missas præscriptas celebrasse.

Ad hæc quia hodiernis temporibus manualis Missarum eleemosyna juxta morem Regionis ad solidos viginti illius monetæ libram 1. constituentes excrevit, subdunt, enunciatam summam librarum 350. non æquare onus Missæ quotidianæ, deficientibus nimirum annuis libris quadraginta, quæ pro ejus utensilibus taxatæ fuerunt in Synodo anni 1629., ideoque postulant, vel numerum Missarum reduci, vel declarari, ut eleemosyna hujus Missæ quotidianæ ad rationem perpetuæ ab Admininistratoribus dicti Conservatorii ex hæreditatis bonis suppleatur, juxta id, quod alias in similibus casibus rescripsit S. Congregatio.

His itaque perpensis una cum relatione Vicarii Generalis, onus erit EE.VV. respondere.

I. An pro celebratione Missarum in Ecclesia S. Mariæ Paradisi debeant eligi Religiosi ejusdem Ecclesiæ, vel potius sit in arbitrio hæredis deputare alios Sacerdotes.

II. An sit locus reductioni Missarum, vel potius hæres teneatur supplere eleemosynam in casu &c.

Non proposita cum sequente.

TRANEN. ERECTIONIS COLLEGIATÆ. Cum inter Ecclesias Oppidi Baruli tres numerentur Parochiales, quarum prima est Collegiata, & aliarum Matris pridem sub titulo S. Mariæ Majoris erecta, secunda receptitia, & titularis Magni Prioris Religionis Hierosolymitanæ sub invocatione S. Sepulchri & tertia demum in honorem S. Jacobi dicata, cumque inter Presbyteros S. Sepulchri & illos Ecclesiæ S. Jacobi plura in dies orirentur dissidia, præsertim super jure præcedendi in processionibus, aliisque functionibus Ecclesiasticis, ad ea prorsus extinguenda memorati Presbyteri S. Sepulchri præ cæteris exponentes, se in proprium caput recognoscere Presbyterum Decanum, seque capitulariter, & ad campanæ sonitum congregare, necnon Stallum, Chorum, propriam Crucem, Archivum, Arcam, Bursam, Sigillum, Massam communem, peculiaria Ecclesiæ statuta, & alia habere signa, quæ veram dictæ suæ Ecclesiæ Collegialitatem indicant, sub annum proxime præteritum ab Apostolica Sede postularunt, „ ipsorum Collegium, seu Capitulum in præfata Ecclesia S. Sepulchi existens, firmis tamen in ea remanentibus titulo Prioratus, privilegiis, prærogativis, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, præeminentiis, ac natura Regulari, prout de jure, & quatenus de jure &c. quoad „ dictam Ecclesiam, in verum Collegium, seu Capitulum Canonicorum „ secularium cum omnibus honoribus, privilegiis, prærogativis ad instar „ aliorum Collegiorum, & Capitularium secularium in secularibus Collegiatis Ecclesiis erectorum, ac in eo unam Præposituram inibi Dignitatem principalem, & unicam, Sedique Apostolicæ reservatam, ac decem Canonicatus pro decem ex præfatis Presbyteris Capitularibus actu „ nunc inservientibus &c. erigi, ac prædictam Ecclesiam S. Sepulchri uti „ secularem Collegiatam quoad Capitulum præfatum tantum inposterum „ re- Sess. 23. c. 3. de Ref.

„ reputari, & censeri &c. firma remanente consuetudine adscribendi clericos, seu Presbyteros tam extranumerarios, quam alios, qui eidem primodictæ Ecclesiæ inserviant, ac eisdem juxta ordinem antianitatis, & servitiorum hujusmodi Canonicatus prædicti semper affecti existant.

At novæ hujus Collegiatæ erectioni cum sese contradictorem præbuerit memoratus Magnus Prior Religionis Hierosolymitanæ sub obtentu, quod dicta Ecclesia S. Sepulchri uti eidem Religioni Hierosolymitanæ subjecta sit Regularis, adeoque in Collegiatam secularem erigi nequeat absque sui, Religionis, ejusdemque Ecclesiæ status detrimento, hujus propterea controversiæ decisio fuit ab Eminentissimo Pro-Datario Sacræ huic Congregationi delegata.

Presbyteri participantes Ecclesiæ S. Sepulchri, qui erectionem præmissam enixe implorant, in id potissimum vires intendunt, ut ex pluribus signis evincant, se veluti seculares ordinariæ Episcopi jurisdictioni subjectos esse, nullumque proinde detrimentum ex petita Collegiatæ erectione obvenire præfato Magno Priori, vel illius Religioni, præsertim quia hujusmodi erectio petitur quoad Collegium, & Capitulum tantum, non autem quoad ipsam Ecclesiam, quin vero etiam sub præservatione jurium, quæ Magno Priori, Religioni, vel dictæ Ecclesiæ de jure competere possunt.

Ponderatis itaque rationum momentis utrinque exponendis, inspectaque relatione Episcopi Presbyterorum instantiç plurimum suffragantis, ab EE. VV. decidendum erit.

An sit relaxanda supplicatio, de qua agitur in casu &c.

Die Sabbathi 12. Maii 1736.



Olium postremæ Congregationis habitæ sub diem 28. Aprilis resumere dignabuntur Eminentissimi Patres, & Dubia, quæ tunc in binis sequentibus Causis discussa non fuerunt, hodie definire.

THEATINA.

Sess. 14. c. 1. & sess. 25. c. 9. de Ref.

An exequutio gratiæ super erectione Jurispatronatus Ecclesiæ S. Mariæ de Pinna cum omnibus subsequutis sustineatur in casu &c.

Affirmative facta tamen obligatione per hodiernum Marchionem Avalos solvendi etiam eleemosynam po Missa quotidiana.

MEDIOLANEN. CELEBRATIONIS MISSARUM.

Sess. 22. Decret. de obser. & evit. in celebr. Miss.

I. An pro celebratione Missarum in Ecclesia Sanctæ Mariæ Paradisi debeant eligi Religiosi ejusdem Ecclesiæ, vel potius sit in arbitrio hæredis deputare alios Sacerdotes.

II. An sit locus reductioni Missarum, vel potius hæres teneatur supplere eleemosynam in casu &c.

Ad I. Affirmative quoad primam partem, & negative quoad secundam.
Ad II. Negative quoad utramque partem.

TRIVENTINA JURIUM PAROCHIALIUM. Decisionem, quæ in hac Causa descripta in Folio diei 14. mensis proxime præteriti non prodiit, Bernardinus Colaneri iterum ab Eminentiis Vestris enixe postulat sub iisdem Dubiis. Sess. 21. c. 8. de ref.

I. An sustineatur concordia inita de anno 1724. inter Archipresbyterum de Vago, & Rectores Joannem de Christophano, & Hieronymum de Alena; *& quatenus negative*.

II. An liceat Rectoribus Curatis Terræ Frusinonis libere exercere actus Parochiales, & omnes functiones Ecclesiasticas independenter ab Archipresbytero S. Mariæ ejusdem Terræ in casu &c.

III. An Rector Ecclesiæ S. Petri exercere valeat actus parochiales in Ecclesiis, & Locis sitis extra mœnia in parte Territorii correspondente districtui dictæ Parochiæ S. Petri intra mœnia in casu &c.

Non proposita.

FIRMANA JURIUM PAROCHIALIUM. Bernardinus Perozzi Parochus Ecclesiæ S. Mariæ,& Joseph Campanella Rector Parochialis SS. Joannis, & Pauli Loci Rapagnani exponentes in supplici libello, quem Sacræ huic Congregationi porrexerunt, se hactenus consuevisse solemnes quascumque functiones peragere non solum in Parochialibus suis Ecclesiis, verum etiam in aliis omnibus intra earum limites existentibus, petierunt ab eadem S. Congregatione decerni, ut memoratæ functiones nonnisi ab Oratoribus etiam in Ecclesia intra fines suarum Parochialium a Sodalitate nuncupata *del Suffraggio* recens constructa explendæ sint, subindeque impetrarunt præceptum, ne sacris Ritibus nova Ecclesia initiaretur donec in hac re, quid juris fuerit, definitum esset. Sess. 24. c. 4. de Ref.

Optantes itaque Confratres prædictæ Societatis, qui Parochorum petitioni contradictores se præbuerunt, quantocius litem hanc dirimi, tametsi non inficientur, Ecclesiam suam intra limites dictarum Parochialium existere, quia tamen ex collectis Confratrum, aliorumque fidelium oblationibus erecta fuit in solo a piis quibusdam Sodalibus eidem Confraternitati cesso, atque donato, contendunt, Cappellanos, aliosque Presbyteros ab ipsis pro servitio dictæ Ecclesiæ deputandos libere, & absque ulla Parochorum licentia in ea posse Missas solemnes celebrare publicæ fidelium adorationi Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum exponere, populo benedictione elargiri, necnon juxta facultatem ab Archiepiscopo tributam licere quoque cadavera eorum, qui sepulturam ibidem elegerint, tumulare; ideoque humillime postulant, ut quinque infrascripta Dubia omnes hasce controversias complectentia ab EE. VV. sapientissimo, quo solent, judicio, decidantur.

I. An Sacerdotes deputandi ab asserta Soc. Suffragii possint solemniter canere Missas in Ecclesia, seu Oratorio sub titulo Suffragii absque licentia Parochi S. Mariæ, vel potius Missæ solemnes, quatenus in dicta Ecclesia, seu Oratorio canendæ sint, celebrari debeant ab eodem Parocho; etiam invitis Confratribus.

II. An in dicta Ecclesia, seu Oratorio exponi possit Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum publicæ adorationi cum sola licentia Ordinarii sine interventu Parochi prædicti; *& quatenus affirmative*.

III. An eidem Parocho S. Mariæ competat saltem jus benedicendi populum cum Sanctissimo Sacramento in dicta Ecclesia, seu Oratorio, etiam invitis Confratribus.

IV. An Parochus SS. Joannis, & Pauli de consensu Parochi S. Mariæ possit dictas functiones explere in dicta Ecclesia, seu Oratorio, etiam invitis Confratribus.

V. An cadavera Defunctorum tumulari possint in dicta Ecclesia, seu Oratorio, invitis Parochis, quatenus aliquis elegerit in eodem Oratorio tumulari in casu &c.

Dilata ad sequentem.

Sess. 24. c. 18. de refor.

ÆSINA CONCURSUS. Cum Episcopus Æsinus Sacerdoti Marino Moricono, qui in concursu ad vacantem Parochialem Ecclesiam Sancti Silvestri Montis Roberti erat ab omnibus quinque examinatoribus approbatus, præferendum judicaverit Hieronymum Nori, in quem trium dumtaxat examinatorum suffragia confluxerant, idem Marinus, interjecta adversus Episcopi Judicium appellatione, recursum habuit ad Supremum hunc Consessum, coram quo dictam appellationem modo prosequens postulat decidi duo Dubia, quæ ad ipsius instantiam subscripta fuerunt.

Memoratum Episcopi Judicium ex pluribus haud rationabile fuisse authumat Moriconus; primo, quod ipse sit Diœcesanus, Hieronymus vero ejus competitor ortum habuerit in Castro Petaculi Diœcesis Senogalliensis; secundo, quod in ætate annorum 49 constitutus, atque ita plusquam decennio major Hieronymo, eum quoque totidem annis præcedat antiquitate Sacerdotii; tertio, quod ad Parochi munus obeundum magis idoneus fuerit itidem renunciatus in aliis tribus concursibus, & reipsa ab anno 1711. in Parochum Ecclesiæ nuncupatæ *del Poggio Cupo* præelectus, indeque ad Parochialem S. Mariæ Novæ, quam adhuc retinet translatus, ibi sedulo, & laudabiliter animarum curam exercuerit, cum e converso Hieronymus non solum in tot concursibus non meruerit approbari, sed imo negotiis secularibus cujusdam Hadriani Colocci impense addictus nullibi ad hæc usque tempora animarum curæ vacaverit; & quarto demum, quod ab anno 1726. quod dictam Parochiam S. Mariæ Novæ assecutus fuit, muneri sibi commisso nunquam defuerit, sed summa charitate, & diligentia in spiritualem populi sibi commissi profectum totus intenderit, ita quidem, sicuti ab initio tamquam dignior, & magis idoneus ab eodem Episcopo fuit renunciatus, potiori jure tamquam dignior, & aptior ob animarum curam adeo laudabiliter exercitam in præfata Ecclesia præferri novissime deberet Hieronymo, qui hactenus, uti præmissum est, memorato Hadriano *in qualità di Agente di Città, che di Campagna*, inservivit.

Verum adversus hæc memoratus Hieronymus, qui æquum fuisse Episcopi judicium ostendere nititur, præmittens, se quoque ab examinatoribus fuisse approbatum, propugnat, in sui præelectionem jure merito inclinasse Episcopum ob probatos anteactæ vitæ suæ mores, quorum intuitu, & a populo controversæ Parochiæ pridem expetitus, & eidem modo sit acceptissimus uti patet ex iteratis acclamationibus, quibus gentes illæ electioni suæ plauserunt. Contra vero justissime posthabitum fuisse, ait, præfatum Moriconum, quia, licet plura ille glorietur exercuisse munia, exinde tamen probrum potius, quam laudem sibi comparasse dignoscatur, tum quia sacram suppellectilem Parochialis Ecclesiæ S. Mariæ neglectam, sordidamque retinuerit, tum etiam quia ludo, ac otio deditus, in excipiendis Sacramentalibus suorum Parochianorum confessionibus, aliisque defungendis Officii sui partibus desidiosum adeo se ostenderit, ut ob ejus incuriam illorum aliqui suprema Sacramentorum expiatione destituti obierint, juxta allatas nonnullorum Testium depositiones, quibus concinere videntur trinæ Episcopi Relationes, in quarum postrema is denuo repetit, se conscientiæ suæ consulendo non potuisse annuere Moricono, ut ipsum Hieronymo anteponeret.

Num itaque ab exceptionibus, quæ a Hieronymo deducantur, quæque generica quadam insimulatione ab Episcopo comprobari videntur, satis se vin-

vindicet memoratus Moriconus dignoscent EE. VV., quorum onus est respondere.

I. An constet de irrationabili Judicio Episcopi; *& quatenus affirmative*.

II. An, & cui sit adjudicanda Parochia S. Silvestri Terræ Montis Roberti in casu &c.

Ad I. Affirmative. Ad II. Adjudicandam esse Moricono.

BRUNDESINA SERVITII CHORI, ET PARTICIPATIONIS. Contendens Capitulum Ecclesiæ Collegiatæ Oppidi Liberani vigere in ea consuetudinem non admittendi ad participationem communis Massæ recens provisos de Dignitatibus, & Canonicatibus ibi erectis, nisi prius servitium triennale in exercitio graduum Subdiaconi, Diaconi, & Presbyteri gratis fuerit ab eis præstitum, propugnansque, eamdem consuetudinem, veluti non adversantem præscriptis a S. Concilio Tridentino sess 24 c.14. de Reform., quinimo conformem Constitut. 104. S. Pii V., dum fructus, qui a novo Canonico dicto tempore percipiendi forent, in usum Sacrarii erogantur, servandam esse, renuit ad ejus tramites in ullam emolumentorum partem vocare Sacerdotem Cosmum Marcucci de Archidiaconatu ejusdem Ecclesiæ sub mensem Januarii 1733. ab Apostolica Sede provisum. *Sess.24.c.14. de Ref.*

At idem Archidiaconus cum putet, a præmissa communis massæ participatione nullo jure se excludi posse, vel quia memorata consuetudo ex documentis per Capitulum allatis non satis probetur, vel quia ab Sacrorum Canonum institutis aberret, dum minime constat, retentam fructuum portionem in Sacrarii beneficium re ipsa impendi, tria postulat in hodierna disputatione declarari; I. quod ipse non teneatur assertum gratuitum trium annorum servitium Ecclesiæ præstare; secundo, quod, eodem durante triennio, jus sibi competat æque, ac aliis Canonicis participantibus celebrandi Missas, quas, vocant, fixas, & quotidianas ejusdem Ecclesiæ; & tertio demum, quod, si forte decidatur, gratuitum triennale servitium ab eo præstandum esse, illud saltem temporis spatium, quo post captam sui Archidiaconatus possessionem abfuit ab Ecclesia cum indulto S. Congregationis, ut litem istam instrueret, pro rata dicti triennalis servitii sibi computetur.

Bis supra hac re auditus Archiepiscopus in priori ex suis epistolis retulit de asserta veteri consuetudine sibi constare ex quodam processu Causæ in Curia sua actitatæ sub annum 1690., eamdemque consuetudinem ex antiquo introductam fuisse, non quidem animo percipiendi aliquid propter possessionem Canonicatus, sed causa instruendi Ecclesiam vestibus sacris, quibus facile eadem Ecclesia denudata remaneret, si ab ista consuetudine recederetur; In altera vero exponit, testatum sibi sub juramento a duobus ex senioribus dicti Capituli „ numquam fuisse distributas Missas illis Presbyte-
„ ris, Canonici, vel Dignitatibus, quibus juxta consuetudinem, & statuta
„ illius Ecclesiæ onus incumbit per triennium gratis inserviendi, sicque
„ fuisse ab immemorabili in dicta Ecclesia practicatum, & hoc videtur cor-
„ respondere, & confirmari decreto per hanc Curiam lato sub die trigesi-
„ ma mensis Nov. 1690., quo derogata fuit illa alia etiam antiqua consue-
„ tudo, ob quam gratuito servitia per triennium vacantes gravabantur in
„ tertio anno bis centum Missas gratis pro oneribus capitularibus persol-
„ vere, statuendo exonerationem hujusmodi oneris imposterum.

Pluries de hisce consuetudinibus disceptatum est in hac S. Congregatione, cujus nonnulla referuntur decreta penes *Pignatell. consult. canon. tom.10. inter alia circa finem*; Itidemque ad materiam pertinent novissime deducta in folio diei 9. Julii superioris anni in Causa *Matheranen. participationis*. Iis itaque perpensis cum juribus utrinque circumferendis, grave non erit EE. VV. pronunciare.

I. An Cosmus Marcucci Archidiaconus Ecclesiæ Collegiatæ Liberani teneatur gratis præstare in eadem Ecclesia post possessionem dicti Archidiaconatus servitium triennale, itaut, durante dicto triennio nequeat participare de fructibus massæ communis in casu &c.

II. An, durante dicto triennio, competat eidem jus celebrandi Missas fixas, & quotidianas ejusdem Ecclesiæ in casu &c.

III. An tempus ejus absentiæ cum indulto S. Congregationis computari debeat pro dicto triennio in casu &c.

Ad I. Affirmative. Ad II. Negative. Ad III. Dilata.

Sess. 22. c. 6. de ref.

MANTUANA. Marchio Julius Gonzaga, scripto universali hærede Comite Camillo Gonzaga una cum omnibus ejus Descendentibus masculis, ita cavit,, e venendo il caso (che Dio non voglia) che la sua ,, Famiglia, Casata, e Discendenza di detto Signor Conte Camillo in ,, in tutto, e per tutto si estinguesse &c., ha sostituito, e chiamato a detta ,, Eredità, e Beni il S. Monte di Pietà di questa Città di Mantova con ,, condizione parimente, e non in altro modo, che li Agenti, ed Amministratori di esso, venendo il caso di detta sostituzione, siano tenuti, ed ,, obligati a spendere l'annua entrata, e rendita di detti suoi Beni, ed ,, eredità in maritare a Dio, ed al Mondo Donzelle oneste, povere, di ,, buona voce, e fama, ed ottima vita, in far celebrar Messe, ed altri ,, Divini Officj, oltre sempre la suddetta Messa quotidiana, in fabricar ,, Chiese, e Monasterj, ed in altre opere pie per suffragio della sua, e ,, de'Signori suoi Defonti anima, ad arbitrio però del Vescovo di questa ,, Città &c. ritenendo per se, e suo mantenimento detto S. Monte l'ottava ,, parte di dette annue entrate, e rendite delli detti suoi Beni, ed eredità ,, sunt verba Testamenti sub annum 1645. conditi.

Cum autem, defuncto absque prole Philippo Alphonso ultimo masculo ex dicta Familia Gonzaga, ut supra, vocata, factus fuerit locus substitutioni ordinatæ favore Montis Pietatis Civitatis Mantuæ, istius Præsides, seu Administratores exponentes, eumdem Montem Pietatis ex incuria, & mala suorum Antecessorum administratione plurimo ære alieno gravatum reperiri, illiusque manutentioni imposterum alio modo provideri non posse, quam si medietas hæreditatis sibi vigore præmissæ dispositionis delatæ, & pecunia inde retracta in dictis æris alieni extinctionem erogetur, a Sanctissimo Domino Nostro postularunt, ut, prævia dictæ dispositionis commutatione, facultatem, id peragendi sibi tribuere dignaretur; at remissis Oratorum precibus ad Sacram hanc Congregationem, datæ fuerunt consuetæ literæ Episcopo Mantuano, qui, distincte relata facti serie, in hæc verba subjunxit.

,, Censerem, permittendum fore, ut Mons ipse Pietatis pro dimidia tantum parte ad fallimentum, sive damnum prædictum reparandum uti ,, queat; Hoc tamen Rectoribus ipsis injuncto, quod, eveniente casu ,, optatæ instaurationis pii loci media nimirum, totali, vel partiali exactione, seu perceptione summæ creditorum tantum juris accrescat favore ,, hæreditatis supradictæ, quantum pro redimendo Monte de eadem insumptum fuerit, quod deinde totum adnectendum tunc veniat cum alio ,, hæreditatis dimidio superstite, & in præsenti reservato pro tanti benefactoris exequenda mente.

Rogatus Eminentissimus Cardinalis Bichius sententiam suam super hac re aperire, in doctissimo suo Voto; quod summam totius negocii luculentes exponens circumferetur, censuit, Causam sub infrascripto Dubio in Folio proponendam esse, allatisque rationum momentis, quæ in utramque partem adduci possunt, ita concludit,, Hæc sunt, quæ rectissimo Eminentia-

,, rum-

„ rum VV. Judicio expendenda credidi, dum determinationem illam, an „ sit commutanda Testatoris voluntas, hujus S. Congregationis declarationi relinquo. Hoc solum addito, quod, quatenus putent EE VV. locum esse voluntatis commutationi quoad petitam facultatem alienandi medietatem hæreditatis sæpedictæ ad effectum erogandi pecunias retrahendas in satisfactionem creditorum Montis, id primo fiat cum pecuniis exigendis a Debitoribus hæreditatis, cum pretio retrahendo ex argentis, & mobilibus omnibus, ac solum pro eo, quod deficit ad constituendam medietatem hæreditatis, alienentur stabilia, seu credita fructifera; secundo, quod pecuniæ erogentur in satisfactionem creditorum Montis ad formam Imperialis rescripti, hoc est illorum creditorum, qui sunt pauperes, & indigentes cum cessione jurium favore dictæ hæreditatis, ac tertio, quod ex pecuniis, & creditis per Montem exigendis primo loco reintegrari debeat prædicta, ut innuit quoque Ordinarius.

Perpensis igitur iis, quæ in memorato Voto adducuntur, partes erunt EE. VV. deliberare.

An, quomodo sit consulendum Sanctissimo pro commutatione voluntatis in casu &c.

Affirmative juxta Votum Eminentissimi Relatoris.

SARSINATEN. DISMEMBRATIONIS. Episcopus Pichi Ecclesiæ Sarsinaten. Administrator Apostolicus in pastorali illius Diœcesis Visitatione sub annum 1722. peracta ad preces Rectorum parochialium Ecclesiarum existentium in Locis vulgo nuncupatis *della Pieuvola*, *Falcino*, *Valderipa*, *&* *Linaro*, qui exponentes, se minime posse ob nimiam eorumdem Locorum distantiam a tribus plebanis, seu Archipresbyteralibus Ecclesiis *di Rivoschio*, *Franchio*, *e Monteforbo*, atque ob iter Autumnali præsertim, & Hiemali tempore impervium, Divinis Officiis, & conferentiis casuum conscientiæ, quæ in eisdem plebanis Ecclesiis habentur, interesse, postularunt, Ecclesias suas uniri parochiali Ecclesiæ S. Romani, veluti propter majorem propinquitatem, ac ob Fontem Baptismalem in ea erectum sibi longe commodiori, Decretum edidit hisce verbis conceptum: „ Attentis narratis, informationibus desuper captis, auditis interesse habentibus, cæterisque justis de causis in præsenti visitatione plebanatus Montis Sorbi, Ranchii, & Rivoschii recognitis, & animum nostrum moventibus, prævia separatione Oratorum, & Cleri a Classibus, Congregationibus, ac dicti plebanatibus Montis Sorbi, Ranchii, & Rivoschii eosdem successores, eorumque Ecclesias, & Clerum Archipresbytero Cæsario Massi &c. ejusque Ecclesiæ Sancti Romani Rectoribus pro tempore canonice intrantibus ad instar plebanatus in statu, terminis, cunctis functionibus, & exercitiis cum honoribus, præeminentiis, ac quibuscumque facultatibus de jure, ac consuetudine competentibus ob præsentem subrogationem, ac expressam unionem omni meliori modo subiicimus, ac exequi mandamus. *Sess. 25. c. 15. de ref.*

Adversus hoc Decretum reclamant modo plebani, seu Archipresbyteri dictorum Locorum Montis Sorbi, Ranchii, & Rivoschii, contenduntque præfatam separationem dictarum parochialium a suis plebanatibus, earumque unionem, ac subjectionem Parochiæ Sancti Romani in titulum plebanatus erectæ irritam esse, & injustam; primo, quia memorato Episcopo licet deputato ad curam, & regimen Diœcesis Sarsinatensis cum omnibus facultatibus ad id necessariis, & opportunis, vetitum tamen fuerat, ne ecclesiastica beneficia conferret, adeoque carens facultate disponendi de beneficiis, multo minus potuerit enunciatas Parochias a suis Plebaniis dismem-

membrare; secundo, quia dismembratio ipsis inauditis cum evidenti, & notabili jurium suorum detrimento, & absque juxta causa peracta fuerit; & tertio demum, quia, etiamsi actum fuisset de sola erectione Ecclesiæ S. Romani in simplicem titulum plebaniæ absque aliarum parochialium dismembratione, adhuc illa, utpote vertens in ipsorum jacturam nequivisset ab Episcopo, ipsis dissentientibus, expleri.

At Gabriel Massius Rector S. Romani contendens primum, enunciatum Apostolici Administratoris Decretum nequaquam præseferre veram Ecclesiarum, de quibus agitur, dismembrationem a veteribus Plebaniis, neque illarum unionem Ecclesiæ S. Romani, sed meram tantum facultatem ipsarum Rectoribus impertitam interveniendi Functionibus Ecclesiasticis, & conferentiis casuum conscientiæ in eadem Ecclesia imposterum habendis, putat inde ad præsentis controversiæ decisionem non pertinere ea, quæ de propria Ecclesiarum dismembratione sancivit Alex. III in cap. ad audientiam de Eccles. ædific., & Sacrosancta Tridentina Synodus sess.21. cap.1. de Reform.

Deinde subjungens, Episcopum Pichi jampridem impetrasse a S. Congregatione Episcoporum, & Regularium negotiis præposita facultate conferendi beneficia asserit, perperam controverti, quod ipse justis de causis, & auditis interesse habentibus ad memorati Decreti editionem processerit; dum ejusdem tenor utrumque luculenter exponit, multoque minus Decretum ipsum prætendi posse irritum ex defectu potestatis in legislatore, cum in jure receptum sit, quemlibet Episcopum erigere posse Parochialem Ecclesiam in simplicem titulum Plebanatus, aut Archipresbyteratus, uti constat ex Rescripto hujus S. Congregationis in *Squillacen.* 15. *Maii* 1603. relato per *Nicol. lucubr. can. lib.*1. *tit.*24. *n.*7.

Pluries contigit similem controversiam in hoc Supremo Consessu discuti; at duo præsertim, quæ mox subiicientur rescripta, videntur ad rem conferre. In *Placentina Plebanatus*, cum Episcopus ad instantiam populi decreto edito in visitatione anni 1691. exemisset Rectorem Ecclesiæ Planellarum ab omnimoda subjectione erga Plebanam Trevotii, cui in aliquibus subjecta erat, atque insuper eamdem Ecclesiam Planellarum erexisset in Archipresbyteratum non tamen insignem, tributa Archipresbytero facultate benedicendi Fontem die Sabbathi Sancti, & solemnem processionem habendi in Festivitate Corporis Christi, disceptato ad petitionem Plebani, qui a præfato Decreto reclamaverat, Dubio -- *An decretum Episcopi sustineatur in casu &c.* die 26. Aprilis 1698. prodiit Rescriptum *Affirmative*, ut in *lib.*48. *decr. pag.*184.

In *Thelesina* vero *Archipresbyteratus*, exposita facti serie in hæc verba -
„ Ad instantiam Parochi, & Cleri Ecclesiæ Parochialis Sanctorum
„ Apostolorum Petri, & Pauli Oppidi Cusani Episcopus Thelesinus
„ dictam Parochialem Ecclesiam titulo Archipresbyteratus, & moder-
„ num Parochum, ejusque in officio successores Archipresbyteri titu-
„ lo condecoravit, absque tamen ulla dignitatis, & jurisdictionis col-
„ latione, & citra præjudicium omnium, & quorumcumque jurium,
„ & prærogativarum quomodocumque spectantium, & competentium
„ Matrici, & Archipresbyterali Ecclesiæ Sancti Joannis Baptistæ, ejus-
„ que moderno Archipresbytero, & Successoribus in perpetuum. His
„ tamen præservativis clausulis non obstantibus, Archipresbyter dictæ
„ Ecclesiæ Sancti Joannis Baptistæ prætendit, concessionem factam ab
„ Episcopo non subsistere, præcipue in præjudicium suæ Matricis, &
„ Archipresbyteralis Ecclesiæ, ideoque, non attenta renunciatione
„ Parochi Ecclesiæ Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli honorifico
„ titulo Archipresbyteri, cum concessio emanaverit etiam ad instan-
„ tiam Cleri, & facta sit non personæ moderni Parochi tantum, sed
„ Eccle-

„ Ecclesiæ, & omnibus in munere Parochi successoribus supplicat EE.VV. „ ut jura suæ Ecclesiæ sarta, tectaque conservet, decernere -- An concessio „ tituli Archipresbyteralis, & Archipresbyteri respective facta per Or- „ dinarium Ecclesiæ Parochiali Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, „ & ejus pro tempore Parocho sustineatur in casu &c. -- & S. Con- „ gregatio die 31. Julii 1717. rescripsit -- Negative, & amplius -- ut „ in lib.67. decr. pag.301.

His igitur ponderatis, inspectaque Episcopi Relatione, quæ juribus Rectoris Sancti Romani patrocinatur, ab Eminentiis Vestris rescribendum erit.

An dismembratio Ecclesiarum Parochialium facta ab Administratore Sarsinaten., & respective aggregatio, seu unio Ecclesiæ S. Romani in tutulum Plebanatus erectæ sustineatur in casu &c.

MEDIOLANEN.

Contendentibus Protectoribus, seu Curatoribus Venerab. Monasterii, & Monalium Sanctæ Radegundæ Civitatis Mediolani Ordinis Sancti Benedicti Congregationis Cassinensis, se una cum Patre Abbate Sancti Simpliciani Regulari earum Superiore intervenire posse in stipulatione cujuscumque contractus a dictis Monialibus ineundi, eorumque consensum, & approbationem præstare, necnon propugnantibus, instrumenta, quæ celebrari solent occasione vestitionum, & professionum, nempe obligationes, quæ fiunt pro alimentis anni probationis, paraphrenaribus, deposito dotis, annua præstatione vitalitia, solutione dotis, ac bonorum renunciatione roganda esse per Acta solius Cancellarii Curiæ Archiepiscopalis, & e converso sibi afferente Patre Abbate Sancti Simpliciani jus interveniendi privative quoad dictos protectores stipulationi quorumcumque præmissorum contractuum, ac tueri conante nullo nomine recensita instrumenta rogari tantum debere a Cancellario Curiæ Archiepiscopalis sed liberum esse in id operam adhibere cujuslibet alterius Notarii Mediolanensis, vel Monialibus, vel earum Superiori benevisi, orta inde est occasio disceptandi bina Dubia, quæ Sapientissimo EE. VV. judicio subjiciuntur. *Sess.25. c.19. de Regul.*

Porro memoratus Abbas, cujus tantum jura circumferentur, ad vindicandm sibi omnimodam jurisdictionem in contractibus, aliisque negotiis concernentibus œconomicum regimen præfati Monasterii Sanctæ Radegundæ, in medium profert Apostolicum Breve Julii Secundi, quo dictæ Moniales, prævia earum exemptione ab ordinaria Archiepiscopi Jurisdictione subjectæ fuerunt superioritati, & directioni Patris Generalis præsidentis Sancti Simpliciani; hinc enim inferre authumat, quod, sicuti Episcopus in contractibus Monialium, quæ sibi subjiciuntur, libere, & independenter a quocumque alio per se, vel per alium substitutum intervenire, suumque consensum, & authoritatem præstare potest, juxta Textus expressos in *can. Monasteria can. Abbatibus in cap. prim. de offic. ordinar.*, & *in cap. Episcopus eodem titul. in 6.* ita quoque liberum esse debeat Abbati Sancti Simpliciani veluti Superiori Ordinario dicti Monasterii absque ullo penitus interventu, sive consensu dictorum protectorum œconomicæ ejusdem Monasterii administrationi incumbere, suumque pro singulorum ejus contractuum stipulatione consensum interponere, secundum ea, quæ ad rem notant *Fagnan. in cap.5. num. 24. tom. 27. de offic. ordinar.*, *Tamburin. de jur. Abbat. tom.2. disput. prim. quæst. 2. num. 2.*, *Card. de Luc. de Jurisdict. disc.1. num.6.*, *Panimoll. dec.24. adnot.1. n.2.*

Præsertim vero, quia enunciati protectores nullam, ut ipse ostendere niti-

nititur, jurisdictionem, aut superioritatem obtinent super dicto Monasterio, quippe qui tantum eliguntur, ut Monialium jura promoveant, easque ab injuriis, & molestiis adversus ipsarum privilegia, & exemptiones illatis tueri procurent, juxta depositionem earumdem Monialium Sanctæ Radegundæ, necnon aliarum Sanctæ Margaritæ, & Sancti Vincentii; idque comprobari inquit etiam ex veteri, ac longæva observantia, dum reipsa Abbates Sancti Simpliciani singulis contractibus per dictas Moniales initis interesse, eosque, inconsultis præfatis protectoribus, approbare consueverunt, uti aperit series plurium instrumentorum, quæ indicantur.

At adversus hæc opponitur; primo, quod Sanctus Carolus Borromæus Archiepiscopus Mediolanensis inter cætera ad œconomicum Monialium regimen spectantia, statuit, ut unumquodque earum Monasterium tres habere debeat protectores, unum ecclesiasticum, & alios laicos digniores, atque ætate, prudentia, pietate, & authoritate præstantes, qui curæ, rectæque bonorum, & Jurium Monialium administrationi invigilent, & eorum aliquo aut e vivis decedente, aut oneri huic postmodum renunciante, Abbatissa Monasterii tres, vel plures in illius locum subrogandos Archiepiscopo proponat, a quo juxta sui libitum aptior eligatur, uti præsefert formula eorum deputationis relata in *Actis Eccles. Mediolanen. part.8 pag.*1270., & hisce verbis concepta — „ Cum ex Sacri Concil. Tridentini præscripto inter cætera solicitudini, atque curæ Episcoporum commissa Monialium regimen etiam in temporalibus summopere commendetur; Nos aliis gravioribus curis implicati tam nostra, quam Concilii prædicti, & Provincialium Decretorum authoritate aliquos nobiles viros ætate graves, pietateque, & integritate insignes deligere censuimus, qui protectioni, curæ, & defensioni rerum temporalium Monasterii Monialium S. N. ad præscriptum supradictorum Decretorum præessent; de vestra itaque probitate &c. confisi vos omnes, & singulos, & vestrum quemlibet ad præmissam dictarum Sanctimonialium, earumque Monasterii Bonorum, & Jurium curam, & protectionem, & defensionem, aliasque ipsarum necessarias quoad temporalia provisiones harum serie eligimus, & constituimus, & deputamus; servata tamen semper in omnibus forma tam ex Tridentini, Conciliorumque nostrorum Decretis, quam ex prædictarum Monialium Regulis præscripta, & ut nihil ex voto, & deliberatione saltem duorum ex vobis, inter quos semper sit R. N., fiat, agaturve &c. „ hinc enim deduci posse videtur, quod memorati protectores sub hac verborum formula deputati non sint simplices Monasteriorum curatores ab œconomico ipsorum regimine penitus exclusi, quique, ut asserit præfatus Abbas, a Monialibus cum solo consensu Superiorum Regularium deputentur, sed vices Archiepiscopi in iis, quæ temporalem eorumdem Monasteriorum administrationem concernunt, revera suppleant, ideoque absque eorum consensu, & approbatione nequeat ullus contractus a Monialibus celebrari.

Secundo, quod idem Sanctus Carolus in prima Provinciali Synodo postmodum a Sancto Pio Quinto confirmata juxta Apostolicam authoritatem sibi antea a sanctę memorię Pio Quarto tributam decrevit, Moniales etiam Regularibus subjectas absque sui Superioris, & dictorum Protectorum consensu, & approbatione nullos contractus inire posse, juxta verba ejusdem primi Concilii part. I. §. Præfectæ — ibi „ Præfectæ etiamsi earum officium sit perpetuum, scribæ, ac reliqui, qui Monasterii Bona quocumque modo administrant, fideliter, & accurate earum rationem præscriptam habeant. Verum quotannis ratio-

„ nem

„ nem rerum omnium, quas administrarint, separatim Superiori
„ reddant, aut ejus Vicario, ac, si fuerint, Monasterii curatoribus
„ deputatis. Præfecta, & Moniales Bona Monasterii permutare, alie-
„ nare, locare, aut contrahere nullo modo possint, nisi sciente, con-
„ sentiente, ac præsente earum Superiore, aut ejus Vicario, servatis
„ item cæteris, quæ de jure servari debent, aliter contractus nullus,
„ ac irritus sit. Neque item ædificare, nisi consentientibus Superio-
„ re, ac Civibus Monasterii curatoribus, qui operam dabunt, ut id
„ quam minimo sumptu, commode, ac decenter fiat„ quodque idip-
sum clarius etiam statuatur in aliis Conciliis, & præsertim in IV.,
ubi hæc habentur „ Monasterii uniuscujusque Curatoribus, Procurato-
„ ribus, Patronis, & Defensoribus ab Episcopo certæ Regulæ præscri-
„ bentur, & quibus cognoscant singulas sui muneris partes. Si vero
„ Curatores, & id generis Ministri ab Episcopo singulis Monasteriis
„ suæ curæ subjectis illas non habentibus constituantur, ita tamen ut
„ ejusdem Episcopi arbitratu a muneris illius cura omnes, & singuli
„ amoveri queant &c. Idque ipsum ex Concilii primi Decreto (quod
„ authoritate Literarum Pii Quarti Pontificis in Monasteriis etiam
„ Regularium juri subjectis locum habet) in Monasteriis etiam Regu-
„ larium juri, curæque subjectis plane servetur.

Et quamvis sæpedictus Abbas contendat, memoratum primum Concilium Provinciale intactam relinquere Superiorum Regularium authoritatem circa approbationem contractuum, quia indefinite præcipiat, eosdem contractus fieri debere cum consensu, & approbatione Superioris earumdem Monialium, cætera vero Concilia utpote ordinaria dumtaxat authoritate edita non posse Moniales exemptas compræhendere, attamen reticendum non est, quod, cum præfatus S. Archiepiscopus post celebratum VI. Concilium in opusculum qnoddam inscriptum -- *Regole appartenenti alle Monache* -- colligi curaverit ea omnia, quæ circa rectum earum gubernium, & œconomicam bonorum administrationem ab omnibus Monialibus etiam Regularium curæ commissis observari in sex Provincialibus Conciliis præceperat, in præfatione ejusdem opusculi sic ait -- „ Noi commandiamo per la facoltà a Noi con-
„ cessa da Pio Quarto Sommo Pontefice, che queste Regole di piamen-
„ te, e rettamente vivere, le quali sono state ordinate parte ne i
„ Decreti del Concilio di Trento, parte da Noi in questo Nono Pro-
„ vinciale ad utilità della nostra Provincia, secondo che ricerca la
„ qualità di questi tempi, siano da tutte le Monache, che si ritro-
„ vano in questa Provincia, etiamdio da quelle, che sono sottoposte
„ alla cura de i Regolari, e per qualunque altro rispetto non sono
„ soggette alla giurisdizione de' Vescovi in ogni parte osservate -- inde enim decernendum manet, num omnes dictæ Regulæ tam in primo, quam in aliis subsequutis Conciliis præscriptæ censeri debeant Apostolica authoritate constitutæ, ideoque natæ aptæ Moniales Regularibus subjectas, vel alio quovis modo exemptas obstringere.

Vicarius Generalis, ponderatis rationum momentis, quæ in utramque partem sibi allata fuere, sententiam suam aperiens ita concludit --
„ Censerem itaque in casu nostro, neutram ex partibus contendenti-
„ bus arrogare sibi posse jus privativum consensum, & præsentiam
„ præstandi occasione contractuum a Monialibus hujus Monasterii ce-
„ lebrandorum, sed ad eorum validitatem requiri utriusque partis con-
„ cursum, præsentiam scilicet, & consensum tam dicti Patris Abbatis,
„ vel alterius ab eo delegandi quam saltem duorum ex Protectoribus
„ ab Archiepiscopo deputatis, inter quos sit protector Ecclesiasticus,
„ prout provisinaliter de anno 1727. occasione impositionis alterius cen-
„ sum recensiti ad dirimendam hanc controversiam usque tunc exor-

„ tam servatum fuit, & prout hoc modo partes componere studui sal-
„ tem per viam provisionalis temperamenti donec ab EE. VV., quid
„ servari deberet, decerneretur, quod partes acceptare minime volue-
„ runt, & præsertim dictus Pater Abbas. Excipi tamen debent in-
„ strumenta, quæ celebrari solent occasione vestitionum, & profes-
„ sionum, nempe obligationum, quæ fieri solent ab iis, ad quos per-
„ tinet, pro alimentis anni probationis, pro paraphrenalibus, pro de-
„ posito Dotis, pro annua præstatione vitalitia, pro solutione Dotis,
„ & pro fine, ac renunciatione; quandoquidem hujusmodi instrumenta
„ recipi solent ab hac Cancellaria Archiepiscopali absque ullius ex
„ dictis partibus interventu. Quoad interpositionem Decreti, reiici
„ debere censerem dicti Pat. Abbatis prætensionem; nam interponere
„ Decretum interponi solitum in contractibus minorum, & mulierum
„ pertinet ad officium Judicis, ipse vero non est Judex monialium ejus
„ curæ commissarum, sed contentus esse debet jure præstandi consensum,
„ & præsentiam tamquam earum tutor, & curator; Tutores autem, &
„ curatores præstant quidem consensum, & præsentiam, sed nullum in-
„ terponere possunt Decretum, immo implicaret, quod fungi posset eo-
„ dem actu, & officio curatoris consentiendo, & officio Judicis interpo-
„ nendo Decretum, cum non possit esse in eodem actu, & pars, & Judex.

Omnibus itaque perpensis, dignabuntur EE. VV decidere.

I. An protectores, seu curatores Ven Monasterii, & Monialium S Radegundæ Civitatis Mediolanensis Ordinis S. Benedicti Ordinis Cassinensis intervenire valeant, & præstare eorum consensum in stipulatione cujuscumque contractus, sive instrumenti faciendi a dictis Monialibus cumulative cum Patre Abbate Ven Monasterii Sancti Simpliciani illarum Superiore; sive potius dicti contractus,, & instrumenta celebrari, ac stipulari debeant cum consensu, & interventu privativo dicti Patris Abbatis, vel ipsius delegati absque licentia, & interventu dictorum Protectorum.

II. An instrumenta, quæ celebrari solent occasione vestitionum, & professionum, nempe obligationes, quæ fieri solent ab iis, ad quos pertinet, pro alimentis anni probationis, pro paraphrenalibus, pro deposito Dotis, pro annua præstatione vitalitia, pro solutione Dotis, & pro fine, ac renunciatione rogari possint per acta cujuscumque Notarii dictæ Civitatis, sive potius privative per Notarium Cancellarium Curiæ Archiepiscopalis in casu &c.

Dilata ad sequentem.

Die Sabbathi 2. Junii 1736.



Laceat Eminentissimis Patribus Folium superioris Congregationis habitæ sub diem 12. Maii proxime præteriti resumere, & binas sequentes Causas in eo descriptas sapientissimo oraculo definire.

Sess. 24. c. 4. de ref.

FIRMANA JURIUM PAROCHIALIUM.

I. An Sacerdotes deputandi ab asserta Societate Suffragii possint solemniter canere Missas in Ecclesia, seu Oratorio sub titulo Suffragii absque licen-

tia

tia Parochi S. Mariæ, vel potius Missæ solemnes, quatenus in dicta Ecclesia, seu Oratorio canendæ sint, celebrari debeant ab eodem Parocho, etiam invitis Confratribus.

II. An in dicta Ecclesia, seu Oratorio exponi possit Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum publicæ adorationi cum sola licentia Ordinarii sine interventu Parochi prædicti? & quatenus affirmative.

III. An eidem Parocho S. Mariæ competat saltem jus benedicendi populum cum Sanctissimo Sacramento in dicta Ecclesia, seu Oratorio, etiam invitis Confratribus.

IV. An Parochus SS. Joannis, & Pauli de consensu Parochi S. Mariæ possit dictas functiones explere in dicta Ecclesia, seu Oratorio etiam invitis Confratribus.

V. An cadavera defunctorum tumulari possint in dicta Ecclesia, seu Oratorio, invitis Parochis, quatenus aliquis elegerit in eodem Oratorio tumulari in casu &c.

Ad I. Affirmative quoad primam partem de licentia Episcopi, & Negative quoad secundam. Ad II. Affirmative. Ad III. & IV. Negative. Ad V. Affirmative salvis Juribus parochialibus.

MEDIOLANEN. *Sess. 25. c. 9. de Regul. & Monial.*

I. An protectores, seu curatores Ven. Monasterii, & Monialium S. Radegundæ Civitatis Mediolanensis Ordinis S. Benedicti Ordinis Cassinensis intervenire valeant, & præstare eorum consensum in stipulatione cujuscumque contractus, sive instrumenti faciendi a dictis Monialibus cumulative cum Patre Abbate Ven Monasterii S. Simpliciani illarum Superiore; sive potius dicti contractus, & instrumenta celebrari, ac stipulari debeant cum consensu, & interventu privativo dicti Patris Abbatis: vel ipsius delegati absque licentia, & interventu dictorum protectorum.

II. An instrumenta, quæ celebrari solent occasione vestitionum, & professionum, nempe obligationes, quæ fieri solent ab iis, ad quos pertinet, pro alimentis anni probationis, pro paraphrenalibus, pro deposito dotis; pro annua præstatione vitalitia, solutione dotis, & pro fine, ac renunciatione rogari possint per acta cujuscumque Notarii dictæ Civitatis, sive potius privative per Notarium Cancellarium Curiæ Archiepiscopalis in casu &c.

Ad I. Negatlve quoad primam partem, & Affirmative quoad secundam. Ad II. Dilata, & scribatur Eminentissimo Archiepiscopo pro meliori informatione juxta instructionem.

TRANEN. ERECTIONIS COLLEGIATÆ. Cum in Congregatione habita die 28. Aprilis currentis anni discuti non potuerit hæc Causa, non graventur Eminentiæ VV., resumptis juribus nomine Presbyterorum Ecclesiæ S. Sepulchri, ac folio tunc distributo, deliberare. *Sess. 24. c. 12. de ref.*

An sit relaxanda supplicatio, de qua agitur in casu &c,

Negative, & amplius.

SETINA TAXÆ SEMINARII. Cum in hac Causa proposita sub diem 24. Sept. superioris anni ad Dubium -- An Monasterium S. Claræ teneatur ad taxam Seminarii in casu &c. -- rescriptum fuit -- Firmetur status Monasterii -- in exequutionem hujus Rescripti duplex firmatus fuit d. Mona- *Sess. 23. c. 18. de ref.*

nasterii status, alter per peritos a Deputatis Seminarii electos, alter vero nomine Monasterii; At, contendentibus modo Administratoribus ejusdem Monasterii, statum a dictis peritis firmatum attendi non debere, non solum quia Ministri Seminarii illum haud subscrisperunt, verum etiam quia periti non fuerunt judicialiter electi, suamque relationem, inauditis Monasterii procuratoribus, edidere, ac præterea authumantibus, Monasterium prædictum, tametsi status ille admitteretur, ad solutionem controversæ Taxæ minime teneri, quippe quia sumptus pro quotidiano Monalium victu, aliisque Monasterii oneribus necessarii annuum ejus redditum sc.830. a peritis in d. statu firmatum excedant, idcirco, resumpto Folio d. die 24. Sept. distributo, necnon ponderatis juribus tam in anteacta Causæ propositione deductis, quam in hodierna circumferendis, dignabuntur EE. VV. rescribere.

An Monasterium S. Claræ teneatur ad Taxam Seminarii in casu &c.

Affirmative.

Sess.22. Dec. de obser. & evit. in celeb. Miss.

EUGUBINA. Contendentibus Fratribus de Tundis, quemdam vicum in suum palatium, & Ecclesiam Soc. Lanariorum Civitatis Eugubinæ existentem ad se pertinere, sibique propterea jus esse liberi per eum transitus, & e contra id impugnante memorata Lanariorum Societate, in ita fuit sub annum 1698. inter eos concordia, qua Fratres de Tundis sese obligarunt eidem societati cedere, & donare,, del Terreno del loro proprio Orto ,, incontro alla porta della fabrica della nuova Sagrestia per la larghezza da ,, misurarsi dal muro esteriore di d. Fabrica piedi sei, e per la lunghezza da ,, misurarsi dalla punta dal muro vecchio, e scoperto di d. Orto vicino a ,, d. Fabrica fino a tutto il vano di d. porta altri piedi quattro,, Sodales ,, autem d. Soc. permiserunt Fratribus de Tundis, ut retinere possent -- ,, il libero ingresso, e regresso in d. vicolo, come ve ne hanno attualmente ,, libero l'adito dalla parte del lor'orto ad effetto di che debbano la Com- ,, pagnia, e Fratelli suddetti, come promettono, e si obligano dare a detti ,, Sigg. Tondi una chiave della porta di d. vicolo verso il mercato &c. e la ,, sudetta chiave resti in perpetuo appresso d. Sigg. Tondi, senza che possi ,, mai loro esser negata, ne impedita tanto la retenzione di d chiave quan- ,, to l'adito, ed ingresso in d. vicolo,, sub ea tamen lege, & conditione, che ,, li Sigg. Tondi serrino il loro adito, ed ingresso in d. Vicolo dalla parte ,, dell'orto con muro a loro spese da incominciare al cantone della loro ca- ,, sa, da terminare alla porta di d. Fabrica della nuova Sagrestia &c., ed il ,, d. muro da regolarsi col muro vecchio dell'orto di essi Sigg. Tondi esisten- ,, te incontro a d. nuova Fabrica, e Sagrestia s'intenda sempre libero, e di ,, pieno dominio di detti Signori Tondi.

Postmodum vero anno nempe 1703. memorati Confratres agnoscentes,, che il ,, regolare detto passo sù li fondamenti di d. muro vecchio, per non esser ,, fatto a retta linea, ma in scurcio, renderebbe d. passo sproporzionato, ,, e di molto poco commodo a d. Chiesa,, petierunt a d. Fratribus de Tun- ,, dis, ne uti vellent,, di d. fondamenti vecchj, ma rifare d muro più in ,, fuori a retta linea in faccia alla d. porta di Sagrestia con occupare un ,, pezzo di sito di d loro orto, ed accrescere la spesa per la rifezzione del ,, muro da fondamenti, ed anche in più estensione di circuito, che non sa- ,, rebbe bisognato sù d. antichi fondamenti,,: cui quidem petitioni cum Fratres de Tundis annuerint, in novo transactionis instrumento concesserunt,, alla sudetta Chiesa, e Compagnia tutto il sito, e pezzo di terra, che ,, bisognerà occupare in d. orto per ampliare d. passo, e radrizzare d. muro ,, come sopra dal cantone di d. Sigg. Tondi fino a tutto il muro della por- ,, ta di d. Sagrestia, e non più &c.,, ed al contrario in ricompensa del benefi- ,, zio,

„ zio , che riceve d. Chiesa , li Deputati dell a medesima prestano il libe-
„ ro consenso di aprire la porta , che intendon o di fare dentro la loro casa
„ nel luogo , che ad essi sarà più commodo , per la quale a loro beneplacito
„ possino entrare nel vicolo serrato , che è tra d. Chiesa , e la loro casa ol-
„ tre alla retenzione della chiave dell' ingresso, che hanno per l'altra por-
„ ta , che d. vicolo ha verso il mercato .

Postremo sub annum 1723. cum Priores sæpedictæ Soc. necessarium agnoverint in quadam enunciati vici parte cubiculum construere , ut a novo Sacrario posset commodius haberi aditus ad Ecclesiam , elevatus fuit murus divisorius inter dictam Ecclesiam, & Domum Fratrum de Tundis, relictaque communi consensu in eo janua , Fratres de Tundis „ per non perdere il „ possesso dell' ingresso , che vi avevano sempre avuto , ebbero la chiave „ della porta , che di presente ancora ritengono „ juxta nonnullorum testimonium, quod nomine eorumdem Fratrum de Tundis allatum est .

Verum quia Episcopus in sacra visitatione superiori anno peracta præfatam Ecclesiam perlustrans . Decreto præcepit , ut d. janua anno 1723. extructa claudi deberet , alias Ecclesia ipsa interdicto subiiceretur , memorati Fratres de Tundis ab ejusmodi Decreto appellationem interposuerunt ad Tribunal A. C. a quo cum subinde Eminentiss. Pro-Auditor Sanctissimi causam avocaverit , ejus cognitione S. huic Consessui delegata contingit modo de viribus præfati Episcopalis Decreti disceptare .

Porro Fratres de Tundis possessionem , in qua reperiuntur , liberi aditus per controversam januam , tueri potissimum conantur jure sibi derivato ex enunciatis transactionibus , quas , sicuti authumant , notabile compendium attulisse Soc. Lanariorum nullam proinde litem adversus ipsos modo promoventi , ita servandas esse inquiunt , etiam quoad commoditatem prædicti transitus sibi reservatam , secus enim oporteret transactiones rescindere, indeque veteres excitarentur controversiæ non sine gravi ejusdem quoque Soc. pernicie .

At Decretum suum propugnans Episcopus contendit , situm in quo constructum fuit Cubiculum cum janua controversa tam in prima transactione anni 1698. quam in altera anni 1703. absolute , & sine ulla dominii reservatione donatum fuisse Societati , nec umquam fuisse partem enunciati vici , proindeque nullam super eo imponi potuisse servitutem favore Fratrum de Tundis , præterea neque transactiones præfatas , neque Ordinarii Rescripta in earum approbationem edita de clavi controversæ januæ meminisse, adeoque illius retentionem Fratribus de Tundis permissam anno 1723. a Prioribus Societatis , utpote usurpativam juris Ecclesiæ , non impetrato Apostolico beneplacito , sustineri nequire , præsertim vero cum in Ecclesiasticæ immunitatis detrimentum vergere possit , privatum aditum e Domo laicorum haberi ad Ecclesiam .

Vulgatissima sunt Rescripta , quibus e contiguis Laicorum ædibus prohibetur non solum transitus , verum etiam prospectus in Ecclesiam eorumque plura referuntur a *Pignatell. consult. 129. n. 3. & seq. tom 4. & a Monacell. formul. for. Eccl. form. 8. tit. 5. n. 14. & seq. & tit. 6. form. 8. n. 17. tom 1.* , ubi indicantur casus juxta quorum circumstantias potest aliquando ab illorum dispositione recedi . Omnibus itaque perpensis, ab Eminentiis VV. decidendum erit .

An Decretum factum in visitatione super clausura januæ, de qua agitur, sit exequendum in casu &c.

Affirmative .

SPO-

Sess. 24. c. 12. de ref.

SPOLETANA ERECTIONIS DIGNITATUM. Cum Flaminius Renzi jusserit, ut sequuto obitu Mariæ Victoriæ unicæ filiæ, quam hæredem ex asse scripserat, duo beneficia sub titulis Archipresbyteratus, & Archidiaconatus in Collegiata Ecclesia S. Æmiliani erigi deberent, atque exorta dubitatione, num eorum erectio fieri posset ab Episcopo, vel potius ad Apostolicam Datariam pertineret, S. Congr. sub diem 24. Martii proxime præteriti rescripserit -- *Posse fieri ab Episcopo* -- Jo: Baptista Petronius a Flaminio Testatore in testamentarium exequutorem deputatus postmodum institit, ut eadem beneficia erigi demandarentur.

At quia instantiæ huic sese contradictorem præbuit Capitulum, nisi dd. Beneficiorum erectio fiat sub hisce conditionibus ,, I. Che non abbiano alcuna azzione, o pretensione nelle rendite tanto antiche, quanto presenti, o accresciute spettanti al Capitolo di prima, seconda, e terza erezzione. ,, II. Che non possano partecipare del legato fatto dalla chiara memoria di Monsig. Antonio Francesco Valenti a favore del Priore, e Canonici per la Messa da cantarsi nella Chiesa della Madonna Santissima delle Lagrime, ma sempre debba dividersi tra il Priore, e Canonici. III. Che possino aver voce nell' elezzione del Cappellano della Madonna Santissima di Pietra Rossa, e di conferire li Juspatronati spettanti al Capitolo di prima erezzione, come nella rendita delle decime, e del legato del q. Manilio Salvi. IV. Che debbano soggiacere a tutti i pesi, ai quali soggiace il nostro Priore, cioè di contribuire, e godere respettivamente la doppia in tutte le spese, ed utili, che accaderanno annualmente, e alla giornata al nostro Capitolo, cioè di concorrere con la doppia a pagare tutti i Salariati della nostra Collegiata, e tutt' altro, a cui soggiace il Priore. V. Che se alcuno di quelli, che otterranno le d. Dignità non sia in sacris debba pagare la metà delle rendite della sua prebenda al resto del Capitolo per esser le nostre prebende tutte distribuzioni quotidiane. VI. Che in occasione di funerali, o altri incerti, che possano accadere nella nostra Chiesa quando le sudette Dignità non siano di giro dell' eddomada, non possino pretendere fare funzione alcuna, ma bensì in mancanza dell' eddomadario debba supplire il Canonico anziano di quell' eddomada. VII. Che in tal caso di vacanza del Priorato i libri spettanti alla cura debbano restare a commodo del Canonico Decano, come si è pratticato. VIII. Che debbano a proprie spese farsi lo stallo nel Coro consimile all' altri senza alcuna distinzione. IX. Che prima del loro possesso debbano pro una vice tantum dare per titolo di ricognizione scudi cento da erogarsi ad arbitrio del Priore, e Canonici in Beneficio della nostra Collegiata, o onorificenza della medesima, ma da prendersi dall' asse ereditario del Testatore. X. Che nell' uscire a celebrare le Messe private segnate all' Altare privilegiato in occasione, che tutti li Canonici sono obligati al Coro, ovvero all' eddomada debbano avere il luogo per ordine di anzianità, e non dignità. XI. Che siano sottoposte le rendite di queste due Dignità alle distribuzioni quotidiane, conforme sono le prebende del Priorato, e Canonici ,, audire proinde oportuit Episcopum qui referens, plures ex iisdem conditionibus a Petronio non impugnari, itidemque Capitulum acquiescere, ut secunda conditio deleatur, totam quæstionem impræsentiarum versari ait circa quartam, sextam, septimam, nonam, & decimam, super quibus hæc habet ,, Quarta, & sexta, sicuti pendent a modo, & qualificatione erectionum faciendarum, non cadunt de præsenti sub trutina; etenim, vel erectiones fiunt absque prærogativa præeminentiarum, & ex natura sua corruent, vel istam obtinebunt, & tunc quoad quartam non erit quæstio, prout idem Orator convenit hoc casu, & concordat, esse servandum; & sexta erit tunc discutienda.

Ejus-

„ Ejusdem naturæ sunt 7. 8. & 10. & propterea expectandum tempus erectionis, cum, ut dixi, quoties ista fiet sine qualificatione præeminentiarum inanis esset talis disputatio; Cæterum, præsupposita tali qualificatione, sicuti Dignitates erigendæ assumunt onera ipsis injuncta circa duplicationem solutionum, servitii Chori, & similium, eo modo, & forma, quibus succumbit prima Dignitas, nempe Prior, ita coæquandæ essent in omnibus quoad honores competentes eidem Priori.

„ Nona vero respiciens solutionem sc. 100. favore Capituli detrahen. ex hæreditate Rentia videtur irrationabilis, & propterea reiiciendam, qua de re essem in sensu, procedendum esse ad erectionem, reservatis juribus hinc inde quoad præeminentias, & onera prout de jure.

Contendente autem exequutore testamentario, erectionem beneficiorum, de quibus agitur, modo faciendam esse sub expressa Dignitatum, ac præeminentiæ prærogativa, atque in ejus sequelam reiiciendas esse conditiones controversas, necnon aliqua declaratione indigere positam sub n 11., idcirco perpensis iis, quæ ipsius nomine circumferentur, inspectisque etiam adnotatis in folio diei 5. Martii superioris anni in Causa Nullius, seu Terræ Pontiani, grave non erit EE. VV. statuere.

Sub quibus conditionibus, & qualitatibus erectio beneficiorum, de quibus agitur, facienda sit in casu &c.

Erectionem esse faciendam sub conditionibus præscribendis ab Eminentissimo Zondadario.

LUCANA CELEBRATIONIS MISSARUM. Franciscus Pardi in Testamento sub annum 1617. condito Soc. SSmæ Conceptionis B.M V., Fabricam Ecclesiæ S. Donati, filios Jo: Puccinelli, & alios ex Laura, & Hortensia suis neptibus nascituros hæredes ex æquo scripsit sub perpetuo onere hisce verbis concepto „ che ciascheduno delli quattro Eredi ogn' anno faccia dire, e celebrare nel giorno, che esso Testatore morrà: se tal giorno non sarà impedito per ordine della S. M. C., e se fosse impedito, nel giorno all'ora susseguente non impedito un Trentesimo per l' Anima sua, e della d. sua Moglie nella d. Chiesa di Cerasomma „ in codicillis vero postmodum confectis revocata institutione tum Fabricæ Ecclesiæ S Donati, tum filiorum Jo: Puccinelli, reliquis duobus Hæredibus in Testamento scriptis adjecit Confraternitatem Sanctissimi Nominis Jesu in Ecclesia Parochiali Loci de Cerasomma erectam -- nel modo, e forma, e con le cariche, ed oblighi, che si dice nel d. Testamento. *Sess. 22. Dec. de observ. & evit. in celeb. Miss.*

Defuncto memoratato Francisco testatore, nullisque extantibus neptum filiis, tota Hæreditas Confraternitatibus accrevit, a quibus juxta ea, quæ modo innotescunt, ab anno 1678. triginta dumtaxat Missarum numerus, quindecim scilicet ab unaquaque earum singulis annis persolvi cœpit.

Verum quia clar. mem. Card Spada tunc Episcopus Lucanus in S. Visitatione anno 1712. peracta Decretum edidit, quo eisdem Soc. præcepit, ut, nisi infra mensem doceretur quo jure non sexaginta, sed triginta dumtaxat Missas celebrari curarent ad triginta pro earum qualibet implendas obstrictæ censerentur: subindeque Bernardinus Guinigi præfati Card. Spadæ in Episcopatu successor itidem occasione Pastoralis Visitationis habitæ sub annum 1728. inter cætera onera, quibus præfatæ Confraternitates gravantur, dd. 60. Missarum celebrationem descripsit, ejusque adimplementum districte injunxit. Præfecti earumdem Soc., quæ solum a mox d. anno 1728. incumbere cœperunt, ut 60. Missæ quotannis celebrarentur, alienum putantes a verisimili Testatoris voluntate, quod is nomine Trigesimi 30. Missarum onus unicuique ex hæredibus imponere voluerit, una die, ac in una, eademque Rurali Ecclesia adimplendum, & præterea innixi tum assertæ con-

consuetudini nonnullarum Soc. ejusdem Diœcesis Lucanæ, quæ simili Missarum onere sub verbo Trentesimo gravatæ, nonnisi quinque, vel ad summum 12. Missas in singulos annos persolvere debent, tum diuturnæ septuaginta, & ultra annorum observantiæ, juxta quam patet, ab hiscemet Societatibus quindecim tantum Missas pro qualibet fuisse celebratas, postulant declarari, ipsarum onus ad hunc tantum numerum esse restrictum, & quatenus secus judicetur, id saltem exorant, ut a satisfactione illarum, quas usque ad annum 1728. omiserunt, benigne absolvantur juxta indulgentiam in similibus casibus non raro exercitam, & signanter *in Novarien.* 14. *Jan.* 1645. *in Syracusana* 7. *Februarii* 1705. *in Neapolitana Celebrationis Missarum* 4. *Dec.* 1706. *in Marianen.* 9. *Jun.* 1708. *in Romana oneris Missarum* 11. *Maii* 1709., *& in Mutinen. Onerum Missarum* 25. *Junii* 1712.

Modernus Archiepiscopus Lucanus in literis nuperrime ad S Congr. datis post relatam facti seriem mox descriptam sic habet „ Quæ omnia juxta benignissimum EE. VV. mandatum humillime referens subjungere debeo in hac „ re non unam tantum, quam Confraternitates proponunt, sed alias etiam, „ ni fallor, versari dubitationes; Prima est, utrum onus Trigesimi in „ testamento quatuor Hæredibus distributive injunctum intelligatur in eodem numero repetitum in codicillis, licet in eis Hæredum numerus fuerit ad tres coarctatus. Secunda, an idem onus trigesimi, quod satisfieri „ debebat a filiis neptum vi codicillaris dispositionis in triente institutis ob „ illorum deficientiam accreverit Confraternitatibus una cum portione hæreditatis, quæ in ipsas jure accrescendi devenit; tertiam denique „ est illa, quam Confraternitates excitarunt, quot videlicet Missæ pro singulis trigesimis sint celebrandæ. Super quibus dubitationibus meam sententiam aperire jussus, primam puto non levem „ pati difficultatem; Sed pro negativa responsione urgere videtur ratio, „ quod, cum onus in testamento non omnibus conjunctim, sed distributive cuique ex hæredibus fuerit impositum, imminuto ex voluntate Testatoris hæredum numero, onus etiam imminutum videatur. In secunda „ vero dubitatione aliud statuendum putarem, quod videlicet portio deficiens cum suo onere Confraternitatibus accreverit; ea enim est indoles, & natura juris accrescendi, ut secum ferat onus, cui portio deficiens subjacebat; maxime cum illud pium sit, ac in suffragium animæ Testatoris cedat; quo in casu, etiam si portio deficiat, quod hæres „ in ea institutus pro non scripto habeatur, onus tamen cohæredibus accrescit, ut communiter Doctores sentiunt. Quoad tertiam tandem res „ in ancipiti posita videtur; etenim ex una parte petitioni confraternitatum favent rationes supra relatæ; e contra vero animadversione dignum videtur, quod, etsi trigesimi nomine non triginta, sed pauciores „ Missæ contineri dicantur, adhuc vel impossibile, vel difficillimum „ omnino est, quod minor ille numerus una die, ac in una Ecclesia ruri „ celebretur; qua de re triginta Missæ celebratæ usque ad annum 1728. „ & sexaginta, quæ modo celebrantur, non in die obitus Testatoris, sed „ per annum, & singulæ singulis diebus fuerunt satisfactæ; adeoque argumentum ductum ab impossibilitate tot Missas eodem die, ac in eadem „ Ecclesia celebrandi tanquam nimis probans, nihil probare videtur. „ Præterea favor animæ Testatoris, ac etiam reditus hæreditatis, quos de „ tempore conditi testamenti Testator ad scuta centum ascendere putavit, „ licet modo nonnisi 50. circiter scutorum summam conficiant, suadere „ videntur, Testatorem nomine Trigesimi triginta Missas voluisse intelligi.

Omnibus itaque ponderatis, partes erunt EE. VV. respondere duobus sequentibus Dubiis, quæ ad tramites præmissæ tantum instantiæ ab hodiernis Societatum Rectoribus expositæ proponuntur.

I. *An*

I. *An Confraternitates Sanctissimæ Conceptionis B. M. V. & Sanctissimi Nominis Jesu teneantur singulis annis celebrari facere triginta Missas, seu potius quindecim tantum pro earum qualibet*, & quatenus affirmative ad primam partem, & negative quoad secundam.

II. *An absolvi debeant ab onere celebrari faciendi Missas in præteritum non celebratas in casu &c*

Non proposita cum sequentibus.

JUVENACEN. ADMINISTRATIONIS. Authumans Episcopus non posse Administratores Confraternitatum, quæ in Oppido Terlitii erectæ reperiuntur, absque ejus scientia, & consensu proventus ad easdem confraternitates spectantes in pios usus erogare, in pastorali visitatione novissime peracta eos condemnavit in ea pecuniarum summa, quæ in Missarum celebrationem, in eleemosynas pauperibus distributas, atque in defensionem jurium suarum Ecclesiarum ab ipsis impensa asserebatur. *Sess.22.c.9. de ref.*

Ab hoc Decreto reclamant memorati Administratores, & triplici nomine contendunt, se posse liberam controversam bonorum administrationem, & curam gerere; primo, quia in jure receptum est, Administratores, seu Officiales Confraternitatum, aliorumque piorum locorum obstringi quidem Bonorum fructus in pios usus a Testatoribus præscriptos impendere, gestæque administrationis rationem Episcopo reddere; nequaquam vero ejus prævium consensum pro dictis fructibus erogandis expetere, uti tradunt *Nicol. in Flos. verb. Eleemosyna num.33. Pignattell. consult.50. num.5. tom.6., & consult 15. n.32. tom.7. Monacell. part.1. tit.6. form.11. num.16.*, & resolvit Sacra Congregatio *in Cæsaraugustana* 22. *Novembris* 1588., *in Urbinaten.* 10. *Martii* 1663. *ad XVII. Dub.*, *in Ferentina Jurisdictionis* 15. *Martii* 1704. *in Laviacen. Confraternitatis* 20 *Novembris* 1710., *& in Firmana jurisdictionis* 4. *Augusti* 1714.; secundo, quia altera ex dictis Confraternitatibus sub invocatione Sanctissimi Corporis Christi hac lege erecta fuit -- *nelle quali robbe, e doti di detta Cappella non ci abbia da fare Prelato, nè il Coro e Capitolo, nè persona alcuna, ma solùm tutto si abbia da dispensare per li Procuratori di detta Confrateria, e Confrati di essa nel modo sopradetto tutto in lode di Nostro Signore Iddio riverenza ed onore del Santissimo Sagramento, e sollevazione de' Poveri, e persone miserabili, siccome essi Procuratori, e Confrati dello Spirito Santo saranno spirati, e guidati*; & tertio demum, quia in horum omnium confirmationem concurrit longæva consuetudo, juxta quam proventus dictarumConfraternitatum in Missarum celebrationem, eleemosynas, aliosque pios usus ab Officialibus distribui consueverunt, eorumque distributio subinde fuit ab Episcopis in actu Visitationis approbata.

Hæc est summa jurium, quæ pro dictis Officialibus circumferentur, nomine autem Episcopi nihil hactenus deductum est; onus igitur erit EE. VV. decernere.

An administratio proventuum spectantium ad Confraternitates, & Loca Pia Terlitii pertineat ad Confratres, & Officiales cum omnimoda independentia ab Episcopo, vel potius erogatio dictorum proventuum facienda sit a dictis Confratribus, & Officialibus cum scientia, & approbatione Episcopi in casu &c.

PISCIEN. EMPHYTHEUSIS. Ex triplici capite Joannes Andreas Pellegrini modernus Rector simplicis Beneficii sub invocatione S. Cataldi pridem erecti, putat, concessionem emphytheuticam cujusdam Prædii ad *Sess.25. c.11. de ref.*

dictum Beneficium spectantis factam anno 1680. Joanni Zucconi usque ad quartam ejus generationem - *pro annuo livello, & canone sexstariorum novem siliginis vulgo segolato, sextariorum trium frumenti alias grana ad mensuram rasam veterem sextariorum sex farinæ castaneatæ, & cadorum quatuor vini* -- sustineri non posse: primo scilicet, quia concessio prædicta facta fuit a Sancte de Nardis nomine Joannis de Guerrinis tunc illius Beneficii Rectoris sine ullo ejusdem Joannis consensu, vel Procuræ mandato; secundo, quia communita non reperitur Apostolico Beneplacito, & quamvis approbata dignoscatur a Præposito Piscienси, cui tributa jamdudum fuerat a san mem. Leone X. facultas authorizandi ejusmodi contractus emphyteuticos, cum tamen facultas prædicta utpote concessa relate ad indultum a Sixto IV. pridem impertitum Episcopis Lucanis non comprehenderet contractus, quorū annuus canon excedat summam quatuor florenorum auri de Camera, perperam proinde Præpositus Pisciensis contractum istum sub annua majoris canonis præstatione stipulatum approbaverit; & tertio demum quia toties memorata concessio nedum Beneficio utilis minime fuerit, sed imo cesserit in evidens illius detrimentum, quippe quia canon ut supra conventus annuum Prædii fructum non æquet.

E converso autem Jacobus, Angelus, & alii de Zucconis, qui modo possident dictum prædium vigore controversæ concessionis Joanni Zucconi Auctore suo factæ, prætendunt eamdem veluti peractam cum debitis solemnitatibus, ac Beneficio evidenter utilem servandam esse; Ajunt enim facultatem a Leone X. tributam Præposito Pisciensi authorizandi contractus emphytheuticos non fuisse intra actos adeo cancellos restrictam, quippequæ indulget eidem Præposito, ut contractus prædictos -- *prout Episcopus Lucanus conficere solet, conficere possit*, quocirca, cum Episcopi Lucani consensum, authoritatemque suam interponere solerent contractibus emphytheuticis, tametsi annui canones excederent summam quatuor florenorum auri de Camera, dummodo non essent supra quantitatem viginti septem stariorum frumenti, ita parem quoque potestatem licite exercere valuerint Præpositi Piscienses, quemadmodum spatio biscentum ferme annorum ab eis reipsa exercitam fuisse affirmant.

Præterea sustinent, canonem in controversa emphyteusi taxatum nedum minime excedere quantitatem stariorum viginti septem frumenti, sed neque summam quatuor florenorum auri de Camera, eumdem vero equissime in præmissa quantitate stabilium fuisse, postquam Æstimatores Synodales a Præposito deputati, recognito statu Prædii retulerunt, emphyteusim sub dicto canone conventam in evidentem Beneficii utilitatem cessuram fore, quod quidem comprobari inquiunt, tum ex eo, quod Joannes Guerrini, pro quo stipulatus fuit memoratus Sanctes de Nardis, tum Jacopus de Panzanini alter hujus Beneficii Rector, canones in contractu expressos semper pacifice receperunt.

Hæc sunt ea, quæ circa decisionem I. ex binis infrascriptis Dubiis in utramque partem deducuntur; quod attinet autem ad II., in quo disceptari contingit, num sit locus sanationi dicti contractus, seu emphytheutica concessionis, idem Jacobus, & alii de Zucconis enixe postulant, ut si forte dicta concessio emphyteutica ex defectu Apostolici Beneplaciti, vel alterius solemnitatis invalida censeatur, nunc Apostolica authoritate convalidetur, idque sibi blandiuntur assequi posse non solum ex iis, quæ tradunt relati per *Emum Petram t.1. ad Constitut.1. Divi Leonis Magni sect.3. num.84. pag.91.*, sed & præsertim ex rescripto Sac. Congregationis Episcoporum, & Regularium negotiis præpositæ, quæ ad preces nuper expositas, ut quædam emphytheuticæ concessiones sub annos 168., & 1674. a Præposito Pisciensi approbatæ, prævio Apostolico Beneplacito, convalida-

lidarentur, sub diem 21 Maii 1734. ita rescripsit -- *attamen relatione Episcopi Pisciensis, eidem benigne commisit, ut, veris existentibus narratis & postquam compererit, in evidentem Ecclesiæ utilitatem fuisse, & fore cessuras enunciatas concessiones in emphytheusim ad tertium generationem masculinam tantum cum annuis responsionibus supra expressis pro suo arbitrio, & conscientia approbet, atque confirmet, ita tamen ut responsio annua extrahetur præcipua, & libera, supportatis omnibus oneribus realibus, & personalibus per emphyteutas, ac descriptis confinibus; melioramenta vero cedant solo.*

Verumtamen huic petitioni sese opponens memoratus Joan. Andreas totus in eo est, ut ex nonnullis documentis ostendat, sæpedictam concessionem absque Ecclesiæ utilitate, quinimmo cum illius detrimento peractam fuisse, indeque contendit, eam revalidari non posse, quippe quia Apostolicum Beneplacitum, quod hodie tribueretur, non accederet contractui præseferenti evidentem Ecclesiæ utilitatem; certum enim est, qualescumque hujus generis contractus, seu Ecclesiasticorum bonorum alienationes, quæ ex defectu Apostolici Beneplaciti, vel alterius solemnitatis irritæ existunt, revalidari consuevisse dumtaxat in casu, quo non solum ab initio, verum etiam tempore, quo dictorum contractuum, seu alienationum revalidatio postulatur, Beneficii, vel Ecclesiæ utilitas concurrat, non autem quando petita revalidatio non sit Ecclesiæ profutura, juxta laudabilem Sacræ hujus Congregationis praxim, de qua testatur *Eminentissimus Petra t.1. ad const.1. Divi Leonis Magni sect.3. n.84. & seq. & sect.4. num.128. & 134.* & constat ex Rescripto edito *in Albanen. Beneplaciti 2. Jun. 1698.* Nec dictis emphyteutis opitulari putat enunciatum Rescriptum Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium negotiis præpositæ, dum per illud commissum non fuit Episcopo Pisciensi, ub absolutè dictas concessiones approbaret, sed tantum sub clausula, *quatenus ipse in evidentem Ecclesiæ utilitatem fuissent, & forent cessuræ.*

His itaque ponderatis una cum relatione Episcopi, qui juribus dictorum Jacobi, aliorumque de Zucconis plurimum favet, spectat ad Eminentias VV. respondere.

I. *An constet de validitate contractus*; & quatenus negative.

II. *An sit locus sanationi in casu &c.*

Die Sabb. 7. Julii 1736.



OB temporis angustiam tres, quæ mox describentur Causæ, in postrema Congregatione habita sub diem 2. mensis proxime præteriti discuti, ac definiri non potuerunt. Resumpto itaque Folio tunc distributo, rogantur Eminentissimi Patres, Dubiis, quæ in illis proponuntur, respondere,

LUCANA CELEBRATIONIS MISSARUM. *Se.22.Dec.de observ.& evit. in celeb.Miss.*

I. *An Confraternitates Sanctissimæ Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis, & Sanctissimi Nominis Jesu teneantur singulis annis celebrare facere triginta Missas, seu potius quindecim tantum pro earum qualibet;* & qua-

& quatenus affirmative ad primam partem, & negative quoad secundam.

II. *An absolvi debeant ab onere celebrari faciendi Missas in præteritum non celebratas in casu &c.*

Ad I. Affirmative quoad primam partem, & Negative quoad secundam, & quoad tertium. Trigesimum Missarum videatur particulariter. Ad II. Affirmative usque ad Decretum cl. mem. Card. Spada.

Sess. 22. c. 9. de ref.

JUVENACEN. ADMINISTRATIONIS.

An administratio proventuum spectantium ad Confraternitates, & Loca Pia Terlitii pertineat ad Confratres, & Officiales cum omnimoda independentia ab Episcopo; vel potius erogatio dictorum proventuum facienda sit a dictis Confratribus, & Officialibus cum scientia, & approbatione Episcopi in casu &c.

Negative quoad primam partem, & Affirmative quoad secundam ad formam Decretorum bon. mem. Episcopi Chiurlia.

Sess. 25. c. 11. de ref.

PISCIEN. EMPHYTHEUSIS.

I. *An constet de validitate contractus;* & quatenus negative.

II. *An sit locus sanationi in casu &c.*

Negative ad utrumque.

Sess. 24. c. 13. de ref.

VIGILIEN. Discussis sub diem 14. Aprilis proxime præteriti tribus hisce Dubiis -- I. *An dispositio, seu destinatio pecuniarum facta ab Episcopo Sarnellio pro erectione Seminarii sustineatur.* II. *An sit standum, vel recedendum a Decisis sub diem 21. Augusti 1734.* III. *An sustineatur dispositio facta ab eodem Episcopo Sarnellio in suo Codicillo* -- Sacra Congregatio respondit -- *Ad I. Affirmative. Ad II. In decisis, donec fieri possit erectio Seminarii, & si quid ex fructibus quotannis supererit, investiatur in eamdem causam. Ad III. Negative.*

Cum autem Capitulum Cathedralis Ecclesiæ, cæterique Legatarii Episcopi Sarnelli Resolutioni huic minime acquiescentes postulent iterum jura sua experiri; idcirco EE. VV. tum ex adductis in veteribus scriptis, tum ex novis juribus utrinque adducendis dignabuntur decernere.

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

In Decisis, & amplius.

Sess. 25 c. 13. de ref.

CREMONEN. QUARTÆ FUNERARIÆ. Cum exorta inter Parochos, & Regulares Civitatis Cremonæ controversia super solutione Quartæ Funeralis, discussoque Dubio -- *An Parochis Civitatis Cremonensis præter emolumenta in associatione, & susceptione Cadaveris, debeatur Quarta etiam de intorticiis, & candelis, quæ citra Cadaver, & in Altaribus accenduntur die funeris, & in aliis subsequentibus Officiis, quando Cadavera tumulantur in Ecclesiis Regularium in casu &c.* die 9. Januarii 1734. rescriptum fuerit -- *Præfigatur ab Episcopo terminus duorum mensium Parochis ad declarandum, an velint stare taxæ, & consuetudini, vel potius, facta collatione, consequi quartam partem quorumcumque emo-*

emolumentorum funeris -- cumque ad Dubium postmodum, instantibus Regularibus, disceptatum, nempe -- *An, stante Resolutione per Sacram Congregationem edita die 9. Januarii 1734., conferri debeant a Parochis dumtaxat intorticia, quæ accenduntur pro associatione Cadaveris ad Ecclesiam tumulantem, ac in eadem Ecclesia accensa remanent circa Cadaver juxta declarationem ab ipsis emissam; vel potius conferendæ etiam sint tam candelæ, quæ a Parochis gestantur, & illæ, quæ Cruci Parochiali affiguntur, quam eleemosyna, aliæque candelæ, quæ pro Missa Parochiali eis traduntur in casu &c.* Sacra Congregatio die 3. Decembris 1735. rescripserit -- *Affirmative quoad primam partem, & negative quoad secundam* -- Regulares prædicti novæ Audientiæ beneficio, quod adversus Resolutionem hanc postmodum impetrarunt, hodie utentes enixe flagitant, ut ea ad novam trutinam sub consueto Dubio revocetur.

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

In Decisis, & amplius.

SPOLETANA COLLEGII, ET DOTIUM. Sub annum 1644. Virgilius Lucarinus e Trebio, instituto hærede in usufructu suorum Bonorum Episcopo Reginaldo Nepote, ita cavit -- *E perchè la mente mia è, che la mia eredità vada a benefizio parte di maritaggio di Zitelle, ed un' altra parte in fondare un Collegio di Giovani, però dichiaro, che queste opere pie si adempino da detto mio Erede ò in vita, ò dopo morte, come più li piacerà, ed in tempo dell' adempimento voglio, quanto al maritaggio delle Zitelle si piglino dall' entrate de' Beni miei di Roma scudi 600. moneta, li quali si distribuischino in dote di sei Zitelle del Terziero di Matige &c. Quanto poi al Collegio de' Giovani, non potendo per la mia grave età dargli stabilita fondazione, come desiderarei, voglio, si fondi nella mia Casa di Trevi posta nella Piazza di S. Emiliano &c., e vi si mantenghino soggetti di Padre abitante in Trevi de' più poveri, che vi siano, ed in quella quantità, che potrà comportare, dedotte le spese, e per il resto della mia eredità, levati li scudi 600. per il maritaggio da farsi come sopra &c.* -- & inferius in hæc verba subjunxit -- *Voglio, che il denaro della mia entrata tanto per il maritaggio, quanto per il Collegio si debba depositare sul Monte della Pietà di Roma in credito del Maritaggio Lucarini, e del Collegio Lucarini di Trevi respettivamente per convertirgli solo in servizio dell' opere pie, e non alimenti &c. Avvanzando il denaro dell' entrate per la caducazione delle doti, o per mancamento degli Alunni, o per altra causa, si debba investire per valersene sempre in benefizio di dette opere pie; nel resto poi raccomando le suddette opere pie al detto mio Erede, ed in particolare al Signor Luca Venturini, con il quale io ho avuta strettissima amicizia, pregando detto Signor Luca, e tutta la Compagnia a testificare a tutti della mia Terra di Trevi, che io ho sempre desiderato di far qualche beneficio publico ad essa Terra, in servizio del quale ho fatto il Monte di rubbia cento di grano &c. ed essendo piaciuto a Dio, che io non abbia avuto erede della mia Casa, ho impiegato il mio in suo bene*; & reipsa post obitum memorati Episcopi Reginaldi ad effectum perduci cæpit pia Testatoris voluntas tam circa distributionem subsidiorum dotalium, quam circa institutionem Collegii. *Sess. 24. c. 4. de ref.*

Verum, quia diminutis deinde annuis proventibus hæreditatis, iisque non excedentibus summam scutorum 713. petita fuit moderatio, vel numeri, vel quantitatis subsidiorum dotalium, & Sacra hæc Congregatio primum die nempe 10. Maii 1687. rescripsit, ea esse reducenda ad sc. 60., ut in *lib. 37. Decr. pag. 293.*, postmodum vero, reclamantibus puellis,

qui-

quibus subsidia dotalia erant assignanda, die 6 Augusti 1689. recessit a Decisis -- ut in *lib.89. Decr. pag.296*, & in eadem sententia perstitit die 3. Junii 169.. ut in *lib.40. Decr. pag.341.*, itaut quidquid annuorum redituum, solutis enunciatis subsidiis dotalibus, supererat, impar esset sustentationi Alumnorum Collegii, idcirco Sodales Confraternitatis Sacrorum Stigmatum: quibus a Testatore commissa fuit Collegii cura, & administratio Bonorum, quæ sunt in Agro Trebiensi, dicto anno 1690., Episcopo approbante, clauserunt Collegium, locata Domo, quam Alumni inhabitabant, donec anno 1726 exoptantes Collegium instaurare, recursum habuerunt ad hanc Sacram Congregationem, quæ, ut maturiorem deliberationem inire posset, instructam se reddi, & suffragium exponi jussit, non solum ab Episcopo Spoletano, sed etiam ab Antonio Francisco de Valentibus tunc Sacræ Rotæ Auditore; dum autem res in hoc statu versabatur, san. mem. Benedictus XIII. sub annum 1728. motu proprio sancivit, dotalia subsidia puellis imposterum conferenda esse non in scutis centum, ut mandaverat Testator, sed in scutis quinquaginta, quidquid vero ex annuo reditu reliquum esset, Collegio Adolescentium esse adjudicandum.

Anno itaque 1730 in obsequium Pontificii Chirographi apertum fuit Collegium, quatuor Alumnis in illud cooptatis; at post memorati Pontificis obitum Sanctissimo Domino Nostro supplicatum fuit, ut dotalia subsidia, assignatis unicuique puellæ scutis centum, juxta Testatoris voluntatem, in pristinum statum restituerentur, quare, precibus ad Signaturam Gratiæ remissis, ut in ejus Congregatione discuteretur, an esset locus aperitioni oris, die 28. Augusti 1731. prodiit Rescriptum -- *Prævia aperitione oris, ad Sacram Congregationem Concilii*, quæ, proposita Causa sub diem 24. Maii 1732., censuit, ante illius decisionem scribendum esse Episcopo Spoletano, ut authoritate ejusdem Sacræ Congregationis statum hæreditatis nedum tempore obitus Testatoris, sed etiam tempore præsenti coram se, utraque Parte audita, firmari juberet; idoneum Exactorem, qui excuteret Debitorum nomina, deputaret; necnon ad rationis redditionem cogeret eos, qui præterito tempore Montem frumentarium, aliaque Bona hæreditaria administrarunt.

Cum igitur ad normam hujus Rescripti firmatus fuerit status dicti Montis frumentarii, aliorumque Bonorum hæreditariorum tam in agro Trebii, quam in Urbe existentium, indeque appareat, ex annuo dictæ hæreditatis reditu, qui ad summam scutorum 859. 30. ascendit, distributis subsidiis dotalibus in summa scutorum 50. pro quolibet ad formam Pontificii Chirographi, necnon persolutis aliis oneribus, quibus dicta hæreditas gravata reperitur, superextare scuta 435. pro sumptibus ad Collegii manutentionem necessariis in summa scutorum 510. 49. propterea, resumpto Folio in anteacta Causæ propositione die 26. Aprilis 1732. distributo, necnon ponderatis juribus utrinque circumferendis, placeat Eminentiis Vestris definire.

An constet de invaliditate reductionis Dotium, itaut sit danda reintegratio in casu &c.

Dilata.

Sess.24. c.12. de ref.

CASTRI MARIS. Dignitates, & Canonici Cathedralis Ecclesiæ Civitatis Castri Maris, cum sub annum 1727. usum Rocchetti una cum Cappis Magnis a san. mem. Benedicto XIII. impetrassent, ut cultum, & decorem suæ Ecclesiæ eo magis promoverent, loco Presbyterorum, & Hebdomadariorum, qui antea ad ipsorum nutum erant amovibiles, duodecim

decim perpetua Beneficia sub eodem nomine Hebdomadariatuum fundarunt adjecta inter cæteras hac lege -- *Che, siccome li suddetti Lignità, e Canonici offiziano, e servono in Divinis ex antiquissima consuetudine per turnum ripartiti per tre settimane nel Coro della detta loro Chiesa Cattedrale, cosi debbano tutti essi dodeci Ebdomadarj servire per turnum ripartiti frà le stesse tre Settimane in tutti li Divini Offizj, Messe Cantate, Anniversarj, ed altre qualsivogliano Funzioni Capitolari tam intra, quam extra Cathedralem, e mancando, soggiacciano alla puntatura, e multa, che si stabilirà nelli Statuti Capitolari*; deindeque exponentes, se prædicta Beneficia fundasse, postularunt ab Episcopo, ut illorum fundationem sua authoritate approbaret, necnon Hebdomadariis tam præsentibus, quam futuris aliquod Insigne, quo ab aliis Presbyteris simplicibus distingui possent, elargiretur.

Huic itaque petitioni annuens Episcopus in Pastorali visitatione anno 1732. peracta præfatos Hebdomadariatus in titulum Beneficiatorum erexit sub iisdem conditionibus, & oneribus in fundationis Instrumento expressis, prætereaque memoratis Hebdomadariis indulsit ,, ut in Choro, & inter Missarum, Horarum Canonicarum, Divinarumque pariter, & cæterorum, & aliorum Divinorum Officiorum celebrationem etiam extra eamdem Cathedralem in Processionibus, aliisque functionibus cum dicto nostro Capitulo peragendis tantum tam publicis, quam privatis quibuscumque anni temporibus, & aliis quomodocumque, ubicumque, & quotiescumque opus fuerit, superpelliceum, & Almutiam laneam cum vittis, seu *fettuccie* violacei coloris, quo utitur Ecclesia cum pellibus cinericeis, seu *bigie*, hyemali; æstivis vero temporibus Almutiam sericam cum prædictis vittis ejusdem coloris gestare, & deferre, illisque uti libere, & licite possint, & valeant, & quilibet ipsorum ex prædictis Hebdomadariis ordinariis, absque vero vittis quilibet ex supradictis supranumerariis possit, & valeat --

Posthæc ad instantiam ejusdem Episcopi exponentis, Capitulum dictæ Cathedralis Ecclesiæ octodecim Dignitatibus, & Canonicis, novem Hebdomadariis numerariis, ac tribus supranumerariis constare, sed ejusdem Ecclesiæ servitio decem dumtaxat ex illis unaquaque hebdomada per turnum, seu tertiariam incumbere, ita ut Divino cultui satis consultum non esset, & pontificales functiones ex ministrorum defectu rite peragi aliquando nequirent, Sacra hæc Congregatio die 6. Februarii 1734. ita rescripsit -- *Scribatur Episcopo, ut servari faciat dispositionem Sacri Concilii Tridentini, nonpermittendo vacationes ultra tres menses, ita tamen etiam, ut Canonici iis frui nequeant tempore Adventus, & Quadragesimæ, aliisque excipi solitis juxta alia Decreta, & duæ saltem ex tribus partibus semper Choro intersint*; sub diem vero 30. Julii 1735., disceptato ad preces Canonicorum consueto Dubio -- *An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.* respondit -- *In Decisis, sed ex gratia indulgendum esse, ut inservire possint per mediarias ad formam Rescripti in Cathacen. Servitii Chori 5. Sept. 1699.*

At quia memorati Canonici, & Dignitates, a quibus in obsequium editæ resolutionis præscriptum *per Mediarias* servitium præstari jam cæptum est, eidem Decreto subiici authumant etiam Hebdomadarios, itaut ipsi quoque per medianas idem servitii genus præstare, teneantur; e converso autem Hebdomadarii contendunt, se dictæ Ecclesiæ nonnisi per tertiarias inservire debere, capta inde est occasio, proponendi sapientissimo Eminentiarum VV. judicio tria Dubia, quæ inferius describentur.

Sane, quod attinet ad primum Dubium, in quo disceptandum occurrit, num erectio dictorum duodecim Hebdomadariatuum ab Episcopo facta in titulum collativum, & sub reservatione jurispatronatus favore Capituli sustinea-

ſtineatur, authumant Hebdomadarii in partem affirmativam abſque ulla hæſitatione inclinandum eſſe; Siquidem præmittentes in facto, quod Epiſcopus, prævio Canonicorum conſenſu, quinimmo ad ipſorum inſtantiam, controverſos Hebdomadariatus erexerit, quodque ſimiles Hebdomadariatus in prædicta Eccleſia novi non ſint, ſed ibi jamdudum erecti reperirentur, putant Inde elici non ſolum rite, & valide illorum erectionem fuiſſe peractam, ſecundum ea, quæ ad rem tradunt *Abb. in cap. Cum acceſſiſſent num.4. de Conſtit. ibique Felyn. num* 11. *Fagnan. num.*17. *Corrad. in prax. Benef. lib* 2. *cap.*3. *num.*6., & conſtat, ex pluribus Decretis Sacræ hujus Congregationis relatis per *Urſavam tom.*5. *part* 2. *diſcept. eccleſ.*11. verum etiam conformem eſſe Sacro Concilio Tridentino *ſeſs* 22. *cap.*4. *& ſeſs.*24. *cap* 12. *de Reform*, ubi ſupponitur, in Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſiis præter Dignitates, & Canonicos reperiri alios Miniſtros, qui portiones, vel beneficia ſimplicia obtinentes Eccleſiæ ſervitio, & ſacris functionibus peragendis incumbant, uti cum aliis advertit *Frances de Eccl. Cathedral. c p.*14 *num.*177 *& ſeqq.*

Verum adverſus hujuſmodi Beneficiorum erectionem plura nomine Canonicorum, & Dignitatum opponuntur; primo, quod, licet conſenſus eorumdem Canonicorum interceſſerit, attamen erectio ipſa utpote non tantum abſque citatione eorum, qui hac in re intereſſe habent, ſed etiam ſine Apoſtolico Beneplacito expleta nullitatis vitio infecta ſit; ſecundo, quod corruat etiam ex defectu neceſſitatis, vel legitimæ cauſæ, cum perperam ea fuerit conſtituta in aſſerto divini cultus, Eccleſiæque ſervitii augumento; tertio, quod controverſa beneficia erecta ſint ex fructibus, & redditibus Capituli etiam pro quotidianis Canonicorum diſtributionibus aſſignatis; quum tamen nullibi cautum habeatur, redditus Eccleſiarum in quotidianas diſtributiones erogandos diſmembrari poſſe ad effectum erigendi novos Canonicatus, aut Beneficia, ſed ſancitum legitur, licitum eſſe Epiſcopis Beneficia menſæ capitulari unire, vel etiam aliquem ex canonicatibus ſupprimere, ut quotidianæ diſtributiones, ſi fuerint tenues, augeantur, juxta diſpoſitionem Sacri Concilii Tridentini *ſeſs.*24. *cap.*15. *de Reform.*; & quarto demum, quod fructus Canonicis, & Dignitatibus aſſignati, & in ſolis diſtributionibus quotidianis conſiſtentes etiam ante illorum diſmembrationem, & reſpective ante dd. Hebdomadariatuum erectionem, ne congruæ quidem, & neceſſariæ ipſorum ſuſtentationi ſufficerent, ideoque ex prædictis fructibus, etiam concurrente neceſſitate, aut legitima cauſa nequiverint ſæpedicta beneficia valide inſtitui, ad Textum *in cap. Vacante de præben.*, *ibique Gloſs. verb. Præbendas Abb. num.*1. *Garz. de Benef. lib.*12. *cap.*4. *n.*3.

De cætero, ſi controverſa Hebdomadariatuum erectio valida judicetur, progredientes Canonici, & Dignitates ad examen Dubii, quod ſecundo loco diſcutiendum proponitur, ſuſtinent, Hebdomadarios teneri Choro intereſſe, Eccleſiæque per *Mediarias* inſervire ad normam Decreti, ut ſupra, ab hac Sacr. Congregatione editi; idque deſumunt tum ex eo, quod Epiſcopus recurſum habens ad S. Congregationem tam adverſus Canonicos, quam Hebdomadarios, & de illis æque mentionem faciens ſatis oſtendit, præfatos Hebdomadarios eo prorſus modo, quo Canonici, & Dignitates Chori, Eccleſiæque ſervitio incumbere debere, tum etiam ex eo, quod in fundationis Inſtrumento inter cætera cautum fuit, ut Hebdomadarii ſubjecti eſſe debeant novis ſtatutis, quæ forte impoſterum circa rectum Chori, Eccleſiæque ſervitium conderentur; hinc enim inferre nituntur, quod, ſicuti Hebdomadarii tenerentur Eccleſiæ per *Mediarias* inſervire, ſi id a Capitulo ſtatutum fuiſſet, ita potiori jure præſtare obſtringantur, quod a Sacra Congregatione fuerit demandatum; & demum, quia, ſi Hebdomadarii inſervirent tantum per *Mediarias*, ſequeretur, eoſdem licet

Cano-

Canonicis inferiores, quin immo eorum Ministros, & Servitores minori onere præ iisdem Canonicis gravatos fore, quod recto ordini ecclesiasticæ hierarchiæ parum congruere videtur.

Perpendendum itaque erit, num hæc ad decisionem secundi Dubii spectantia, quæ a Canonicis, & Dignitatibus proponuntur, satis elidant præcipuum Hebdomadariorum momentum innixum literæ fundationis, qua cavetur, Hebdomadarios instar Canonicorum debere choro interesse, Ecclesiæque servitium per *Tertiarias* præstare: Ii enim hac lege freti contendunt, non posse graviori onere affici, nisi saltem admittantur ad participationem quorumdam aliorum emolumentorum, quæ recensent, sive annuus fructus eisdem assignatus aliter augeatur, ob eam nempe regulam passim receptam, quod Canonici, Beneficiati, cæterique Cathedralium, vel Collegiatarum Ministri nisi majoribus subinde ditentur emolumentis, non aliis chori, Ecclesiæve sacris functionibus interesse tenentur præter eas in limine fundationis præscriptas, ad notata per *Fagnan. in cap. Licet num.*58. *de Præben. Gallemart. ad Concil. cap.*12. *sess.*24. *de Ref. num.*41. *Card. de Luca in adnot. ad ipsum Concil. disc.*4. *sub num.*12. Idque eo magis servandum esse ajunt ipsorum intuitu ob tenuitatem reddituum, quos totos in quotidianis distributionibus consistentes ducatos decem pro unoquoque Hebdomadariorum ex numerariis non excedere prætendunt.

Circa tertium denique Dubium, an scilicet vigore Indulti concessi ab Episcopo uti possint præfati Hebdomadarii Almutia, cum illius decisio unice pendere videatur ab inspectione, an Episcopus potuerit ejus usum impertiri, notandum in jure occurrit, quod, licet Episcopus possit Canonicis suæ Cathedralis minora quædam Insignia Almutiæ videlicet, Cappuccii, & Zambardæ jure suo ordinario conferre, quemadmodum, inhærendo decretis aliàs editis in *Mileten.* 4. *Decembris* 1591. *in Sorana* 14. *Apr.* 1725. *& in Terracinen.* 25. *Januarii* 1727. Sacra Congregatio resolvit in causa, cui titulus *Dubium Insignium Canonicalium*, inter supplices libellos proposita sub diem 5. Julii 1727., attamen eumdem minime posse hisce minoribus cæteroquin Insignibus Mansionarios, Hebdomadarios, vel alios Cathedralis Ecclesiæ Beneficiatos condecorare, rescripsit S. Rituum Congregatio, uti testantur *Novar. in Summ. Bullar. comment.*85. *num.*13. *Barbos. in Collectan. Bull. verbo Almutia fol.*30. *& in verb. Episcopus fol.*333. *& Pignatell. consul.*59. *num.*13. *tom.*6.

Perspectis igitur Juribus, quæ una cum Episcopi Relatione in utramque partem circumferentur, onus erit Eminentiarum Vestrarum deliberare.

I. *An erectio assertorum Hebdomadariatuum facta in titulum collativum sub reservatione jurispatronatus favore Capituli sustineatur*, & quatenus affirmative.

II. *An, & quomodo teneantur prædicti asserti Hebdomadarii Ecclesiæ, & Choro inservire*.

III. *An vigore Indulti concessi ab Episcopo uti possint asserti Hebdomadarii Almutia, & Insignibus in casu &c.*

Ad I. Affirmative. Ad II. Teneri per mediarias instar Canonicorum. Ad III. Ad S. Congregationem Rituum.

NEAPOLITANA MATRIMONII. Joannes Baptista Bassand Burgundus, & olim Chirurgus cujusdam legionis Gallorum Militum Neapoli sub annum 1706. moram trahens, ad evitandas violentias, quas ei Dux quidam in dies minabatur, ut Genevesam Aloysiam des Cappelles in Domo ejusdem Ducis commorantem, scenicamque artem in publicis Thea- *Sess.*24. *c.* 1. *de ref. Matr.*

Theatris agentem sibi in uxorem adjungeret, folium quoddam a se, ut asseritur, in albo subscriptum in manibus præfati Ducis reliquit, indeque Taurinum profectus, postquam in ea Civitate aliquo temporis spatio consedit, Viennam progressus est, ubi anno 17 5., præmissis consuetis denunciationibus, coram Parocho, & Testibus Matrimonium iniit cum Maria Catharina Benedettin, & ex ea filiam nomine Mariam Joannam suscepit, deindeque Maria Catharina defuncta, anno 1725. in uxorem duxit Mariam Joannam Vvaldener, cum qua adhuc vivere præfertur.

Interea vero memoratus Dux, post discessum Joannis Baptistæ e Civitate Neapolis, curavit, in enunciato folio sibi tradito exarari Mandatum procuræ in personam Joannis Antonii Sottomajure sui familiaris ad contrahendum Matrimonium nomine dicti Joannis Baptistæ cum præfata Genevefa, quemadmodum reipsa sub diem 9. Maii 1706. coram Parocho, & Testibus contractum fuit. His ita peractis nonnisi circa finem superioris anni, post obitum Genevefæ in Xenedochio S. Eligi ejusdem Civitatis Neapolis die 20. Junii 1734 secutum, sæpedictus Joannes Baptista Bassand Viennæ adhuc degens supplicem Sacræ huic Congregationi porrexit libellum, quo postulavit, nullum declarari Matrimonium cum Genevefa suo nomine initum, legitimam vero prolem a se ex altero Matrimonio susceptam; Cumque super ejus precibus auditi jam fuerint ambo Eminentissimi Archiepiscopi Viennensis, & Neapolitanus, contingit modo ad ipsius instantiam bina infrascripta Dubia supremo Eminentiarum Vestrarum oraculo definienda proponere.

Porro ad evincendam Matrimonii nullitatem, de qua quæritur in primo Dubio, totus in eo est Joannes Baptista, ut ostendat enunciatum folium in albo subscriptum non alio prorsus consilio a se traditum fuisse præfato Duci, nisi ut assiduas gravium malorum minas sibi ab eodem Duce intentatas evaderet, cum de cætero nullum umquam habuerit animum constituendi Procuratorem, a quo Matrimonium cum Genevefa suo nomine contraheretur. Id vero satis compertum fieri putat, tum ex pluribus circumstantiis, quæ in tota facti serie deprehenduntur, tum ex depositione ferme concordi quatuor Testium, qui novissime ab eo inducti inter cætera hæc habent -- „ Si avvanzò in tal maniera la gelosìa del detto Duca, che in ogni conto „ voleva, che il detto Giovanni avesse sposata la detta Genevefa, altri„ menti l'avrebbe ammazzato, e nell'istesso tempo minacciava anco la „ suddetta Genevefa &c., e sò benissimo, che era capace di eseguirle, „ sì per la prepotenza, sì anche per esser egli Uomo capricioso, e vendi„ cativo &c. onde vivevano con grandissimo timore della vita &c., ed un „ giorno per isfuggire le violenze del detto Duca, ed alla richiesta della „ detta Genevefa sottoscrisse di proprio suo pugno un foglio in bianco per „ dar sodisfazione al detto Duca „ : tum denique ex declaratione per ipsam Genevefam usque ab anno 1718. coram Notario, & Testibus subscriptam, in qua sic legitur „ Dichiaro io sottoscritto, come il Matri„ monio, che quì in Napoli nella Chiesa Parochiale di San Matteo per „ procura trà me, ed il Signor Gio: Battista de' Bassand fu contratto, non „ vi fu la sua libera volontà, ma una mera, e pura forza, e potenza del „ fu Duca &c. minacciandolo della vita, se tal' atto non faceva, che pe„ rò conoscendo io essere detto Matrimonio invalido, e nullo, ne fo la „ presente dichiarazione, affinche il detto Bassand non resti per tal' effet„ in cosa veruna pregiudicato &c.

Præterea, cum idem Joannes Baptista juxta dictorum Testium depositionem, post subscriptum in albo memoratum folium, protestatus expresse fuerit coram Amicis, hoc ita egisse ob vim, & metum sibi incussos, absque animo ineundi Matrimonium cum Genevefa, hinc promanare contendit, assertum procuræ Mandatum in personam Joannis Antonii Sottomajure subinde

inde in dicto folio expositum sufficiens minime fuisse pro contrahendo valide Matrimonio, vel quia dici nequeat legitime confectum, vel quia reputari debeat saltem tacite revocatum ex dicta subsequuta protestatione: certum quippe in jure est, mandatum procuræ, ut satis sit ad Matrimonium valide contrahendum, fieri debere certæ, & determinatæ personæ, atque ad effectum illud contrahendi cum certa, & determinata persona, uti per Textus expressos in *cap. fin. de Procurat. in 6. & in Clem. Non potest. eod. tit.* tradunt *Anchar. num.1. Butr. num.2. Passerin. num.8. & seqq. Sanchez de Matrim. lib.2. disp.11. num.4.* & cum aliis *Pontius eod. tract. lib.2. cap.15. num.3.*, illudque absque scientia, & consensu ejus, cui traditum est, tacite etiam revocari posse, juxta Rescriptum Bonifacii Octavi in *cit. cap. fin. de Procurator. in 6.* -- ibi -- *Sane si Procurator, antequam contraxerit, a Domino fuerit revocatus; contractum postmodum Matrimonium ab eodem (licet tam ipse, quam ea, cum qua contraxit, revocationem hujusmodi penitus ignorarent) nullius momenti existit, cum illius consensus defecerit, sine quo firmitatem habere nequit.*

Cæterum, ubi etiam nullitas afferti Matrimonii cum Genevefa satis in aperto posita non censeretur, adhuc juxta quæstionem in secundo Dubio institutam, tuetur Jo: Baptista, prolem a se susceptam ex posteriori matrimonio sub annum 1715. contracto, utpote in faciem Ecclesiæ coram Parocho, & Testibus, ac bona fide saltem alterius ex conjugibus celebrato, pro legitima ad omnes juris effectus habendam esse; Proles enim redditur legitima etiam ex vi Matrimonii, quod, licet vere non sit validum, tale nihilominus existimetur ob ignorationem vitii illud inficientis, dummodo apud alterutrum ex contrahentibus ea resideat opinio bona fide concepta, ut ad normam *cap. Cum inter. cap. Pervenit, & cap. Ex tenore. Qui filii sint legit.* firmavit *Rot. decis.214. par.10 rec. decis.82. coram Ubago dec.667. 683. & 969. coram Emerix Jun.*, & declaravit hæc Sacra Congregatio in *Tornacen. Legitimitatis 24. Maii 1681. lib.31. Decret. pag.400. in Mechlinien. Matrimonii, & Legitimitatis Prolis 25. Septembris 1728. & 28. Januarii 1730. lib.78. Decr. pag.491., & lib.80. pag.23.* & recentius in *Tricaricen. Matrimonii 27. Junii 1733. lib 83. Decr. pag.297.*

Eminentissimus Archiepiscopus Neapolitanus, summatim relatis iis, quæ super hac re deposuerunt memorati Testes, necnon adductis facti circumstantiis, ex quibus prætenditur, satis colligi, Joannem Baptistam ex violentiis sibi illatis supradictum folium subscripsisse absque animo Matrimonium contrahendi cum Genevefa, ita subdit -- ,, Verum enim vero, quum ,, Testium fides in Judicis prudenti arbitrio jurium dispositioni conformando sit reposita, EE. VV. expendendum reor, ab Oratore dictarum minarum protestationem in scriptis minime fuisse redactam, neque, ut redigeretur, curatum fuisse, & nullimode procurationis mandatum, seu ,, folium, eo invito, & coacto subscriptum fuisse revocatum, quod haud ,, erat difficile; præterea dictum Mandatum originale in meo Archivio extans præ oculis volui, in eoque Procuratoris nomine eodem Notarii caractere quamvis parum grandiori, quo integre exaratum folium conspicitur, animadverti; Quoad epistolas ab utroque conjuge ad sese invicem datas, nulla earum ad me exhibita fuit, quas tamen isti S. Congregationi, si veræ sunt, exhibere poterit Orator, nec supra relata ,, mulieris confessio, seu declaratio (cujus originale mihi, nec etiam fuit ,, exhibitum) ut Matrimonii nullitatem arbitrer, satis animum movet ,, meum; Etenim ex Decretali Cœlestini III. Eminentiis VV. satis nota ,, in cap. super eo. de eo, qui cognovit consang. utriusque conjugis confessio idoneam haud habet probationem ad Matrimonium dirimendum; ,, ad hæc tanti temporis lapsus ab anno scilicet 1706. usque adhuc, vel præcipue ab anno 1718. quo Mulier recensitam confecit declarationem, ut

„ asseritur, intra quod Orator ejusmodi Matrimonii nullitatem in medium
„ adducere, nemine præpediente, neglexit, Genevefæ expectans obitum
„ sequutum anno 1734., me prorsus in sententia tenet ancipitem.

In literis autem, quas sub finem superioris anni ad Sacram hanc Congregationem dedit Eminentissimus Archiepiscopus Viennensis rescribens, nullam umquam in sua Archidiœcesi exortam fuisse suspicionem de Matrimonio nomine Joannis Baptistæ Baffand cum Genevefa Aloysia des Cappelles inito, sed ambo Matrimonia, ut supra ab eodem Joanne Baptista contracta hactenus existimata fuisse valida, prolemque inde susceptam ab omnibus legitimam reputari, præsertim ob bonam famam dicti Joannis Baptistæ, ac præterea satis constare, ex authentica declaratione Genevefæ sibi exhibita, quod controversum Matrimonium per vim, & metum fuerit initum, necnon probabiliter credi posse, Oratorem sero, & post contractum secundum Matrimonium illius notitiam habuisse, sententiam suam hisce verbis aperuit -- „ Quod reliquum est, dignus mihi
„ videtur, quod, attentis facti circumstantiis, nempe adeo diuturna
„ dictæ Genovefæ taciturnitate, & subsequenti declaratione, cum qua
„ obiit, ac honestate ipsius Supplicantis, Uxorum, & Consanguineorum illarum valde civilium, ut gratiam quam enixe petit, consequatur.

Decidendum itaque erit.

I. *An constet de nullitate Matrimonii*; & quatenus negative.

II. *An saltem reputari debeat ad omnes juris effectus legitima proles suscepta ab altero Matrimonio contracto anno* 1715. *in casu &c.*

Ad I. Affirmative. Ad II. Provisum in primo.

Sess. 25. n. 12. & resp.

AQUILANA DISTRIBUTIONUM. Ad conficiendam Causam super assignatione Congruæ, aliorumque emolumentorum, quæ Xaverio de Marchis uti Vicario Curato perpetuo Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Paganicæ *ab extra* præstanda forent a Capitulo Collegiatæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Paganicæ *ab intra* unum corpus, unamque Massam Capitularem cum Ecclesia præmissa constituentis, proposito in hac Sacra Congregatione die prima Septembris 1725. Dubio -- *An sit locus assignationi congruæ, & emolumentorum ad formam Bullæ deputationis, sive erectionis Vicarii perpetui Curati Ecclesiæ S. Mariæ de Paganica* ab extra; *sive potius servanda sit assignatio facta anno* 1611. *favore ejusdem Vicarii in casu &c.* rescriptum fuit -- *Affirmative quoad primam partem, & negative quoad secundam.*

Verum, controversia hac absoluta, aliæ plures inter eumdem Xaverium de Marchis, & Capitulum, ac Cappellanos præfatæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Paganicæ *ab intra* super nonnullis præeminentiis postmodum agitatæ sunt lites, quibus tandem juxta votum Eminentissimi Domini Cardinalis Bellugæ a Sacra Congregatione expetitum definitis, nova adhuc inter easdemmet Partes, quæ modo viget, emersit contentio. Scilicet, postulante Xaverio in exequutionem præmissi Rescripti distributiones quotidianas una cum aliis emolumentis ad formam enunciatæ Bullæ pro congrua sibi assignatas, objecit Capitulum, detrahendam prius esse ex Massa Capitulari totam pecuniæ summam in sumptus dictarum litium erogatam; Cui tamen Massæ capitularis imminutioni, utpote quæ in detrimentum portionis suæ cessisset, cum non acquieverit Xaverius, judicium super integra earum præstatione instituit coram Ordinario, a quo obtinuit declarari, congruam ad terminos Constitutionis Pianæ illi assignatam „ immunem, & liberam a quocumque onere, & expensis tam ordi-

„ ordinariis, quam extraordinariis sive litium passis, & in futurum supportandis a prædicto Capitulo esse solvendam.

Cum autem ab ejusmodi sententia Capitulum interposuerit appellationem ad A.C., ulterior istius controversiæ cognitio fuit ab Eminentissimo Pro-Auditore Sanctissimi delegata Sacræ huic Congregationi, a qua rogatus denuo Eminentissimus Belluga, ut super ea sensum suum aperire dignaretur, libratis rationum momentis a collitigantibus expositis, ex triplici potissimum fundamento censuit Eminentia Sua, integram Distributionum portionem Vicario Curato præstandam esse; primo, quia æquum non est, ut ille subeat expensas litium, quas Capitulum, & Cappellani cum ipso habuere, cum nemo pro sumptibus litis adversus semetipsum ab altero institutæ contribuere teneatur; secundo, quia sæpedictæ lites utpote non actitatæ cum extraneis, sed inter ipsos Capitulares, nullum attulerint Ecclesiæ compendium, ideoque illarum sumptus ex communi Massa non sint detrahendi; & tertio demum, quia dictus Vicarius, cum proprie non sit de gremio Capituli, sed tantum de gremio Ecclesiæ ob servitium, quod ei præstat, distributiones illi assignatæ induant naturam congruæ alimentariæ, proindeque sine ulla diminutione, & a quovis onere immunes præstandæ, uti luculentius explicat doctissimum præfati Eminentissimi Bellugæ Votum, quod circumfertur.

Quæstio non longe absimilis decisa fuit ab hoc Sacro Tribunali die 11. Januarii 1721. in *Gerundem Expensarum*, ubi, contendentibus inter se Beneficiatis Graduatis, & non Graduatis illius Cathedralis Ecclesiæ super quodam jure præeminentiali, quæsitum fuit – I. An liceat Beneficiatis non graduatis pro expensis litis, de qua agitur, extrahere pecunias ex Massa communi. II. An idem liceat Beneficiatis graduatis, itaut valeant ex eadem Massa communi extrahere non solum expensas faciendas, sed etiam factas occasione prædictæ litis; *& quatenus negative quoad utrosque*. III. An Beneficiati non graduati teneantur reintegrare Missam de pecuniis extractis in casu &c. *prodiitque Rescriptum* Ad I. & ad II. Negative. Ad III. Affirmative -- ut ex *lib.71. Decr.pag.1.*

Et consonat Resolutio recentius capta *in Ruben. Expensarum*, in qua, proposito Dubio -- An pecuniæ necessariæ pro expensis faciendis in caussis pendentibus, & discutiendis in Sacra Congregatione, vel in aliqua earum sumi possint ex Massa communi Capitulari Ecclesiæ Cathedralis Rubensis in casu &c. -- die 25. Septembris 1734. responsum pariter fuit *Negativè, & Episcopus mandet reintegrari Massam Capitularem de pecuniis extractis* -- ut in *lib.84. Decr. pag.493.*

Superest igitur, ut EE. VV. dignentur pronunciare.

An distributiones integrè debeantur Xaverio de Marchis, seu potius detrahenda sit ab eis rata expensarum litis contra ipsum factæ in casu &c.

Affirmative quoad primam partem, & Negative quoad secundam.

Die Sabbathi 4. Augusti 1736.



Sess. 25. c. 5. de ref.

POLETANA COLLEGII, ET DOTIUM. Resolutio, quæ in superiori Congregatione habita sub diem 7. Julii proxime præteriti dilata fuit, in hodierna iterum efflagitatur sub eodem Dubio.

An constet de invaliditate reductionis dotium, itaut sit danda reintegratio in casu &c.

Dilata, & firmetur Status coram Eminentissimo de Gentilibus Protectore Collegii cum omnibus facultatibus necessariis, & opportunis non retardata interim collatione Dotium promissarum, aliarumque distributione pro nunc ad formam Brevis.

Sess. 22. Dec. de obs. & evit. in celeb. Miss.

EUGUBINA. Cum in hac Causa proposita in Congregatione diei 2. Junii resciptum fuerit, Decretum ab Episcopo editum in Visitatione super clausura januæ, de qua agitur, executioni demandandum esse, cumque Fratres de Fundis huic Rescripto minime acquiescant, prævio novæ Audientiæ ab ipsis impetratæ beneficio, discutiendum proponitur.

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

In decisis, & amplius.

Sess. 24. c. 12. de ref.

OSNABRUGEN. DISTRIBUTIONUM. Contendente Communitate Vicariorum Cathedralis Ecclesiæ Osnabrugensis, non solum nullas distributiones quotidianas usque ab anno 1728. deberi Joanni Balduino, verum etiam eumdem veluti a sua Ecclesia per plures annos absque legitima causa absentem privandum esse Vicaria, quam in præfata Ecclesia possidet, discussa fuerunt duo hæc Dubia: I. *An, & a quo tempore debeantur distributiones quotidianæ.* II. *An, & quomodo sit providendum in casu &c.* Die vero 24. Martii currentis anni prodiit Resolutio: *Ad* I. *Deberi usque ad annum* 1728. *Ad* II. *Episcopus procedat prout de jure ad formam Concilii.*

Verum quia adversus hanc Resolutionem præfatus Joannes Balduini, qui sub illam diem jura sua deducere neglexit, ea modo experiri posse obtinuit, rogantur Eminentiæ VV., resumpto Folio tunc distributo, deliberare.

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

In decisis, & amplius.

Sess. 22. cap 6. de ref.

MACRATEN. CAPPELLANIÆ. Sub annum 1715. Franciscus Xaverius Lisius, relictis jure Legati Jacobo Philippo, Dominico, & Joseph Antonio Pomponii suis Nepotibus, & Hyacintho pronepoti tribus scutis pro quolibet, triginta vero Ignatio Xaverio ex d. Joseph Antonio Pronepoti sub lege, quod nil aliud ex sua hæreditate prætendere possint, quod-

quodque dicta pecuniarum summa nonnisi post obitum Ursulæ Mariæ Uxoris persolvi debeat hæredem ex asse scripsit eamdem Ursulam Mariam hisce verbis: „ In tutti poi singuli miei Beni &c. istituisco mia Erede „ universale la Sig. Orsola Maria Lisi mia dilettissima Consorte, la quale „ facendo vita vedovile, voglio, che sia, durante la sua vita, donna, „ madonna, e padrona assoluta di tutti li miei beni, e che di quelli possa „ essa volersi, come potrei, e posso fare io medesimo, e dopo la di lei „ morte, voglio, che detti miei Beni, che si ritroveranno, e saranno „ in quel tempo, si debbano immediatamente vendere, e tutto il prezzo „ di essi erogarlo con farsi celebrare tante Messe per suffragio dell'Anima „ mia, di detta Sig. Orsola mia Consorte, e dell'Anime di mio Padre, „ mia Madre, Fratelli, Sorelle, e delli miei amici, per li quali sono „ obligato pregare.

Secuto Francisci Xaverii Testatoris obitu, Ursula Maria, quæ in viduili statu permanens hæreditariis Bonis juxta amplam facultatem sibi a Viro tributam, usa non est, quæque hactenus parce adeo, & œconomice vixit, ut Bona prædicta non solum penitus conservaverit, sed industria quoque, laboribusque suis curaverit adaugeri, cum modo ex infirmitate contracta post ictum apopleticum, quo sub annum 1722. percussa fuit, ad omnem corporis exercitationem evaserit impotens, accersita germana Sorore, cujus ope, & ministerio absque ullo rei familiaris detrimento, propriæ sustentationi consulere studet, animum induxit constituendi tum ex Bonis hæreditariis Francisci Xaverii viri sui, tum ex aliis omnibus ad se quocumque jure spectantibus Cappellaniam Laicalem ad Altare Privilegiatum S. Petri de Alcantara Collegiatæ Ecclesiæ Sanctissimi Salvatoris Maceratæ, imposito Rectori onere celebrandi tot Missas juxta redditus eorumdem Bonorum ab Ordinario præfiniendas, necnon ea sub conditione, ut primus Cappellanus sit Clericus Andræas de Saracenis suus Nepos, Patronatu postmodum in ejus Hæredes, & Successores delato.

Quoniam vero hujusmodi dispositio utpote præseferens commutationem voluntatis dicti Francisci Xaverii absque Apostolico Beneplacito irrita remaneret, ad hoc propterea impetrandum Ursula preces suas porrexit Sanctissimo, a quo cum fuerint huic Sacræ Congregationi remissæ, oportet hodie disceptare Dubium, quod inferius describetur.

Momenta, quibus innixa Oratrix petitioni suæ annuendum putat, in eo potissime versantur, quod ipsa veluti a Viro donata amplissima facultate disponendi de omnibus ejus Bonis hæreditariis libere potuisset in sui beneficium cuncta ferme Capitalia distrahere, quodque eadem potestas sibi manet usque ad obitum, adeout, si illa uteretur, facillime nil reliquum ex iisdem Bonis superesset, quod in Missarum celebrationem juxta mentem Francisci Xaverii posset erogari. Cum igitur loco ducendi vitam commodiorem elegerit durissimam, ut sumptibus parceret, ac etiamnum minori, quo potest, impendio pergat alimentis, ceterisque necessitatibus suis providere, rem utique pietate plenam authumat, se meditari, dum Bona laboribus, parsimoniaque suis servata, & aucta assignare intendit pro dote Cappellaniæ cum onere Missarum perpetuo; eoque magis, dum impense memor animæ Viri sui jam pridem biscentum supra mille Missas fecit in illius suffragationem celebrari.

Jussus Ordinarius hac de re Sacram Congregationem instruere, auditis interesse habentibus, confirmata facti serie per Ursulam exposita, rescribit alteram ex executoribus testamentariis Francisci Xaverii unice superstitem assentiri desiderio Mulieris, itidemque Legatarios ejusdem Francisci Xaverii erectioni Cappellaniæ non contradicere, dummodo sibi veluti Consanguineis præfati testatoris, post primum Cappellanum ab Ursula nominan-

minandum, juspatronatus activum super ea reservetur, huic tamen conditioni non acquiescere Ursulam propugnantem, memoratos Francisci Xaverii consanguineos contentos esse debere legato eis a testatore relicto, tum quia Uxorem ille, & non ipsos prædilexit, tum etiam quia suæ tantum rei familiaris œconomicæ administrationi, uti præmissum est, conservatio Bonorum Viri tribui debeat.

Præterea, quæ a collitigantibus super controversia inter ipsos oborta afferentur, non ab re est adnotare, quod in *Perusina, seu Civitatis Plebis Cappellaniæ*, postulante Rocho Pavoncello, ut ex hæreditariis bonis a Joanne Andrea Fantauto relictis sub lege, quod obeunte absque filiis Constantia de Pavoncellis Uxore, eorum pretium in tot Missarum celebrationem erogaretur, perpetua Cappellania erigi posset, utque jus nominandi Cappellanum sibi, suisque Descendentibus adjudicaretur, Sacra Congregatio, cum prætium dictorum bonorum attingeret summam scutorum 2246., & emptor haud facile posset inveniri, ideoque eadem Bona longe viliori pretio vendenda forent, propositis hisce Dubiis.

I. *An sit locus erectioni Cappellaniæ in casu &c.* & quatenus affirmative.

II. *An jus nominandi Cappellanum sit reservandum favore Proximiorum Hæredis Testatoris in casu &c.*

Die 27. Junii 1733. in hæc verba rescripsit: *Episcopus procedat ad erectionem Cappellaniæ, imposito Cappellanis onere celebrandi juxta mentem Andreæ Fantauti tot Missas, quot celebrari possunt ex fructibus bonorum ad rationem manualis, detractis utensilibus, & Cappellania remaneat liberæ collationis, sed pro prima vice ex gratia ab Episcopo conferatur Fratri Constantiæ Pavoncellæ*, -- ut in *lib.83. Decr. pag.294.*

Omnibus itaque perpensis, dignabuntur Eminentiæ Vestræ respondere.

An, & quomodo sit consulendum Sanctissimo pro erectione Cappellaniæ, de qua agitur, in casu &c.

Dilata, & rescribatur Episcopo pro meliori Informatione juxta instructionem.

Sess. 22. Dec. in c. f. & evit. de celeb. Mis.

CIVITATIS CASTELLI CELEBRATIONIS MISSARUM. Marchionissa Margarita Berioli hæredes sibi ex asse scripsit Comitem Gasparem Antonium fratrem, ejusque filios masculos -- *Con peso, ed obligo, che subito seguita la mia morte debba far celebrare con gli annui frutti de' miei beni ereditarj ad un Cappellano da nominarsi, come abbasso, Messe sei la Settimana per suffragio dell' anima mia in perpetuo all'altare, e Cappella di S. Giovan Battista esistente nella Chiesa de' PP. di S. Agostino e spettante a' Signori Buffalini, dove io sarò sepolta, e siino tenuti dare ogn'anno al Cappellano sudetto per la celebrazione di dette Messe scudi 40. e scudi 6. parimente ogn'anno alli PP. di detto Convento, acciò somministrino al Cappellano cera, Paramenti sacri, ed altro necessario per la celebrazione di dd. Messe, il qual Cappellano voglio e dichiaro, che debba esser perpetuo, e non possa rimoversi per tutto il tempo di sua vita, come ancora sia perpetua la d. Cappellania &c., e per primo Cappellano di d. Cappella nomino, e dichiaro, che sia il Sig. D. Andrea di Gio. Paolo Serafini da Treggio, e dopo la di lui morte, voglio il jus di nominare il Cappellano sudetto spetti, & appartenga al Signor Conte Gasparo Antonio Berioli, e Descendenti legitimi, e naturali in perpetuo* -- sunt verba Testamenti sub annum 1693. conditi.

In Codicillis vero postmodum confectis recedens a nominatione primi Cappellani in testamento facta declaravit -- *Che per la prima volta ne sia Cappellano, e per tale in primo luogo nomina il Signore Abbate Flavio*

Facci

Fucci da questa Città di Castello, e che detta Cappella sia perpetua con obligo al d. Sig. Abbate primo Cappellano, come sopra nominato a celebrare, o far celebrare in sua assenza al medemo Altare perpetuamente Messe quattro la Settimana, e simil peso debba adempirsi successivamente in perpetuo dagl'altri Cappellani nominati a d. Cappella.

Defuncta Testatrice, Flavius Fuccius, ut supra, in primum Cappellanum nominatus Missas prædictas modo per seipsum, & modo per alios Presbyteros a se substitutos persolvit, donec anno 1711. dubitans, num sibi licitum esset pro hujusmodi oneris adimplemento alium Sacerdotem substituere, seu potius ei per se ipsum satisfacere obstringeretur,. postulavit, ut super hac re, quid juris esset, ab isto Sacro Consessu definiretur, sed postmodum audiens, Episcopum, cujus votum exquisitum fuerat, in ea esse sententia, quod Oratori liberum foret dictas Missas per alium celebrare, neglecta prosecutione instantiæ pridem expositæ, eas partim per Presbyteros seculares, & partim per Religiosos Conventus Sancti Augustini celebrari curavit.

At eodem Flavio Fuccio sub initium superioris anni defuncto, cum Marchio Ludovicus Borbonius de Monte ipsius hæres fiduciarius compererit ejus hæreditatem esse creditricem Comitis Philippi Berioli moderni hæredis supradictæ Testatricis in scutis 400. ratione annuarum præstationum, quę pro dictarum Missarum celebratione memorato Flavio eousque persolutæ non fuerant, instetit, ut ea sibi traderentur; E converso autem præfatus Comes Philippus Berioli sub obtentu, quod Flavius, celebrando Missas per alium, oneri, quo gravabatur, non satisfecerit, opposuit, se a Rev. Fabrica S. Petri super earumdem Missarum celebratione non adimpleta compositionem reportasse; quocirca, instituta quæstione super ejusmodi compositionis validitate, cum agnitum fuerit, eam pendere ab inspectione, an præfatus Flavius teneretur necne dictas Missas per se ipsum celebrare, Eminentissimus Pro-Auditor Sanctissimi, coram quo super pertinentia causæ disceptatum est: „ quoad declarationem oneris „ celebrandi per se ipsum, vel per substitutum -- remisit causam -- ad „ Sacram Congregationem Concilii, præfixo termino duorum Mensium „ ad reportandam dictam declarationem, & in reliquis ad Congrega- „ tionem Rev. Fabricæ, suspensa interim executione compositionis.

In hujus itaque Decreti sequelam, cum Dubium infrascriptum supremo Eminentiarum VV. oraculo decidendum proponatur, Marchio Borbonius de Monte, ut evincat, Flavium Fuccium licite potuisse substituere alium Sacerdotem, qui Missas a testatrice præscriptas celebraret, innititur regulæ passim receptæ, quod in hujusmodi Cappellaniis Missarum celebratione gravatis, nisi verba disponentis sint adeo stricta, ut imponant expresse Capellano onus celebrandi per se ipsum, facultas adimplendi per alium numquam adempta censeatur, juxta firmata in *dec.*825. *coram Merlin.*, & juxta ea, quæ sæpius resolvit hæc sacra Congregatio, & signanter *In Sabinen. Cappellaniæ* 8. *Martii* 1684. *in Interamnen. Cappellaniæ* 3. *Februarii* 1685., *&* *in Romana Cappellaniæ* 29. *Augusti* 1722. *relatis per extensum in Summario ejusdem Marchionis de Monte num.*10. 11. & 12., quibus addi potest Rescriptum novissime editum in alia *Romana Cappellaniæ*, ubi, disputato Dubio -- *An Cappellanus teneatur Missas celebrare per se ipsum in casu &c.* die 28. mox elapsi Mensis Aprilis responsum fuit -- *Negative* --

Verum Comes Berioli, tametsi regulam præmissam non omnino inficietur, contendit tamen, plures in hypothesi concurrere peculiares circumstantias, ex quibus compertum fiat, Flavium Fuccium alterius Sacerdotis ministerio uti non potuisse: Primo nimirum, quia Testatrix, dum illi expresse potestatem fecit celebrandi per alium in casu absentiæ, satis aperte osten-

ostenderit, mentem suam fuisse, ut, eo casu cessante, per se ipsum celebrare teneretur, secundum ea, quæ dixit *Rot. in dec.*403. *n m* 3 *&* 4. *par.*12. *recen.* Secundo, quod eadem testatrix, ideo numerum sex Missarum, quas in testamento celebrandas præscripserat Andreæ de Seraphinis, ad quatuor tantum reduxerit in Codicillo, ubi in Cappellanum nominavit Flavium, quia ipsum gravare voluerit onere celebrandi per se ipsum, ita scilicet compensato majori personalis celebrationis incommodo cum notabili Missarum diminutione: Tertio, quod hoc revera in votis habuisse testatricem constat etiam ex teste, qui præsens confectioni Codicilli nuper in hæc verba deposuit „ Sentii benissimo, che detta Signora Marche- „ sa Margarita disse, che era contenta di nominare in Cappellano &c. „ il Signore Abbate Flavio Fucci, ma che voleva, che l' officiasse da „ se stesso, e questo io lo so, perchè come ho detto, mi ritrovai pre- „ sente „. Et quarto demum, quod ipsemet Flavius, si non plene conscius præmissæ voluntatis suæ benefactricis, de illa saltem dubius adeo foret, ut necessarium duxerit, super ea re Sacram Congregationem consulere: neque dicendum sit, omnem subinde dubitationem deposuisse post auditum Episcopi sensum in ejus Relatione panditum: Cum enim Sacer iste Consessus, eadem Relatione accepta, negocium istud maturiori examine indigere censuerit, edito sub diem 2. Junii 1611, Rescripto, ut Causa poneretur in Folio, inde potius elicitur, nullo bonæ fidei velamine obtendi posse negligentiam Flavii, qui pro habendo Sacræ Congregationis Responso, nullam posthac operam voluit impendere.

Omnibus igitur ponderatis, pronunciare oportet.

An Sacerdos Flavius potuerit substituere alium Sacerdotem, vel potius strictus esset Missas celebrare per se ipsum in casu &c.

Affirmative quoad primam partem, & negative quoad secundam, & amplius

Sess. 25. c. 19. de ref. CAMERINEN., ET FABRIANEN. RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. Philippus Onuphrius Marcucci intendens proponere nullitatem Professionis, quam, assumpto nomine Patriniani septemdecim ab hinc annis in Conventu Patrum Minorum Observantium S Francisci ob vim, & metum sibi a Nicodemo Patruo, & a Francisca ejus Matre tunc Vidua incussos emisisse affirmat, porrecto Summo Pontifici libello, ut adversus lapsum quinquennii pridem transacti restituatur, eoque de more ad hanc Sac. Congregationem remisso, coram Vicario Generali, cui ab Episcopo commissum fuit, ut juxta mandatum ejusdem Sacræ Congregationis Processum conficeret, primum exhibuit solemnem declarationem, quam, interposita jurisjurandi religione, in exonerationem conscientiæ ipsemet Nicodemus in hæc verba exaravit „ Io sotto- „ scritto attesto per verità con il mezzo del mio giuramento, ed anco „ per scrupolo di mia coscienza, come essendo morto mio fratello carnale „ Gio: Battista Antonio Marcucci lasciò in casa una ragazza, ed un ra- „ gazzo d'anni 13. in circa col nome di Filippo Onofrio, sicchè non „ avendo questo altra direzione, che mia, e di sua madre, lo mandassimo in „ Recanati in tempo, che li Padri Minori Osservanti di S. Francesco fa- „ cevano la recezzione de Giovani per farsi Religiosi, e questo fu rice- „ vuto; onde ritornato che fu dal detto luogo il medesimo giovane non „ volse più andare alla Scuola. Vedendo ciò, fu messo all'arte delli cal- „ zetti, onde passato molto tempo gli venne la lettera ubbidenziale „ per vestirsi Religioso, e questo a ciò onninamente non acconsentiva, „ ed io risolutamente lo forzai a farsi Religioso, o pure da me sarebbe

stato

„ stato mandato via per fare il Soldato a Ferrara, che in pochissimo
„ tempo sarebbe in qualche luogo restato morto; e di più poi, se non
„ acconsentiva a farsi Religioso, lo volevo condurre in Ancona per
„ venderlo al Veneziano, e così il Giovine intimorito sforzatamente pre-
„ se l'abito.

Deinde vero binos induxit testes, quorum alter nomine Patrinianus ejus consobrinus in depositione antea confecta, & subinde in formali suo examine confirmata sic habet: „ Sono benissimo informato, che il medesimo (*nempe Orator*) prese il sagro habito di detto Ordine per forza, perchè il
„ poverino non potea vivere onoratamente, conforme richiedeva il di
„ lui stato, anzi poco prima che vestisse dette sagre lane, si trattenne di
„ continuo per lo spazio di quattro mesi, e di più in casa mia, perche la
„ Signora Francesca sua Madre non li voleva dar da mangiare, nè qualsi-
„ voglia altro lecito sostentamento, e perchè Nicodemo Marcucci mio
„ Padre fece risentimento con il Signor Simone Rossi marito di sua sorella
„ e figlia respettivamente di detti Padre Patrignano, e Signora France-
„ sca, che lui non lo voleva più governare, il medesimo Signore Rossi le
„ rispose, che dicesse al detto Padre Patrignano, se si voleva far Reli-
„ gioso di S. Francesco, e caso che non volesse, ve lo condurrete con voi
„ alla fiera di Sinigallia, che già è vicina, e colà ve lo venderete: e tut-
„ to questo io lo sò, perchè ritornato a Casa d. Nicodemo mio Padre
„ sentì colle proprie orecchie, quanto disse in mia casa al detto Padre Pa-
„ trignano tutto ciò che sopra ho deposto, al che il medesimo Padre ria
„ spose, bisognerà farsi Religioso per forza per non soggiacere alle sopr,
„ narrate violenze.

Verum quia circa metum Oratori, uti asseritur a Francisca Matre illatum, tam idem Patrignanus interrogatus: „ Ad quem finem & effectum Franci-
„ sca Mater supradicti Patris Patriniani de Fabriano negabat eidem ali-
„ menta, antequam susciperet habitum Religiosum, *respondit* -- Io sen-
„ tivo, quando detta Francesca Marcucci negava da mangiare a detto
„ Padre Patrignano suo figlio al presente Minore Osservante di S. Fran-
„ cesco, e gli diceva, che, se esso voleva mangiare se lo guadagnasse,
„ e si facesse Religioso, e però dico, che li negava da mangiare, perchè
„ voleva, che se lo guadagnasse, e si facesse Religioso „ Quam Domini-
„ cus Petri alter testis itidem interrogatus de causa, ob quam præfata
„ Francisca alimenta Oratori denegaret, hoc dedit responsum: „ Io non
„ so altra causa &c. che questa, cioè detto P. Patrignano li chiedeva da
„ mangiare, detta sua Madre glie lo negava, detto suo figlio gli risponde-
„ va, che gli avesse data la robba del suo padre, per ajutarsi, ed allora
„ era, che lo batteva: „ Idcirco ponderatum est; num memorata Francisca Oratori alimenta denegaverit, eumque verberibus affecerit, ut victum suis labore, & industria sibi compararet, vel potius, ut eum ad induendum habitum Religiosum hoc pacto adigeret; cum de cetero metus ad alium finem, quam ad extorquendam professionem incussus non sufficiat, ut ea irrita atque invalida declaretur secundum ea, quę communiter tradunt scribentes *in cap. Sicut Nobis de Regular.*

Præterea adversus Oratoris petitionem hæc in facto notanda sunt, primo quod idem Orator non fuit juxta stylum formali examini subjectus, secundo, quod beneficium Restitutionis in integrum non imploravit statim post obitum præfati Nicodemi secutum anno 1733., sed illum sub annum proxime præteritum tantummodo postulavit, tertio, quod sacros Ordines ad titulum Religiosæ paupertatis suscepit, neque docet, ab exercitio munerum, quæ solis professis conveniunt, abstinuisse; & quarto denique nullum affertur documentum, quo comprobetur, Oratorem de asserțis violentiis conquestum fuisse, & de prætensa professionis nullitate pro-

protestatum, hinc enim expendendum erit, num præstet, ejus examen, antequam procedatur in causa, demandare, vel potius quia satis constet. Professionem, quæ ab Oratore prætenditur nulliter emissa, fuisse postmodum ab eo saltem tacite ratificatam, petita in integrum Restitutio debeat absolute denegari.

Episcopus transmittens processum a suo Vicario Generali fabricatum, qui ex duobus tantum Testibus constat, hoc unum refert, alterum ex dictis Testibus Oratoris in secundo gradu consanguineum esse pauperem, alterum vero miserabilem.

Placeat igitur Eminentiis VV. definire.

An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.

Negative, & amplius.

Sess. 5. c. 2. de reform. & de Sac. Miss.

NUCERINA PAGANORUM REDUCTIONIS MISSARUM, Officiales Ven. Societatis Sanctissimi Rosarii in Cathedrali Ecclesia jamdudum erectæ conspicientes, eam ob plura piorum testatorum legata multiplici Missarum onere gravatam esse, ne in earum celebratione deficeretur, ut annuus redditus ex unoquoque Legato proveniens separatim, & absque ullo confusionis periculo posset administrari, tres curarunt distinctas Depositorum capsulas una cum suis libris confici, ut si qua fieret per Debitores Censuum extinctio, unumquodque eorum Capitale in unam ex dictis Capsulis, ad quam spectabat inferretur; Sed hæc pro evitanda Capitalium, fructuumque commixtione in deponendis pecuniis servata ratio successu temporis parum profuit, quippe quia, propositis quæ occasio identidem ferebat, investimentis, pecuniæ prædictæ licet ex Censibus non ab uno, eodemque Testatore relictis provenientes, quin etiam aliæ ex bonis liberis ejusdem Confraternitatis aliquando retractæ cæperunt in emptionem bonorum stabilium, sive aliorum Censuum ita promiscue erogari, ut posthac neque fructuum rata unicuique ex dictis legatis tribuenda, neque numerus Missarum, ob eosdem fructus interea notabiliter imminutos in suffragium Animæ cujuslibet Benefactoris celebrandarum dignosci queat.

Id itaque exponentes moderni Officiales prædictæ Societatis cum authument, non alio pacto occurri posse incommodo ex præmissa Capitalium, seu legatorum confusione in spirituale Testatorum detrimentum obvenienti, quam si universi omnium legatorum proventus uniantur, iisque per integrum decennium computatis, juxta ipsorum ratam in singulos quosque annos proportionabiliter distribuendam tot Missæ quotannis celebrentur, atque indiscriminatim pro omnibus Benefactoribus applicentur, enixe rogant, ut juxta hanc methodum Missarum numerus, earumque respectiva applicatio imposterum facienda præscribatur.

Episcopus super hac re a Sacra Congregatione requisitis, transmissa tabella, in qua de more inscripta sunt onera Missarum quolibet anno celebrandarum, refert, Confraternitatem ex variis legatorum proventibus retrahere aureos tercentum, & sexdecim, ex quibus aurei 234. & obuli 52. impendendi sunt in celebrationem Missarum 1442. juxta diversam eleemosynam a Testatoribus præscriptam, reliqui vero 81. 49. erogantur pro assistentia, & servitio Capituli Cathedralis, pro cera tam in Missarum celebrationem, quam in expositionem quadraginta horarum insumi consueta, & pro concionibus, instaurationibus, aliisque hujusmodi expensis vel utilibus, vel necessariis.

Præterea recenset, eamdem Confraternitatem ex legato Archidiaconi Pompei de Amora percipere aureos circiter nonaginta, ex quibus, deductis sexde-

sexdecim absque ullo onere ex Testatoris dispositione in beneficium Cappellæ societatis cedentis, nec non aliis quatuor, vel quinque pro litibus, reparationibus, & his similibus, putat non nisi Missas 530 ad summum quotannis celebrari posse; Itidemque memorans, ex legato Martini Martiano retrahi aureos centum, & quindecim, quorum viginti nulli prorsus oneri obnoxii cum ceteris liberis Cappellæ redditibus commiscentur, & decem plus minusve pro litibus, reparationibus, ac hujusmodi aliis impenduntur, censet, ex reliquis octuaginta quinque, Missas 567. ad rationem assium quindecim pro unaquaque celebrandas esse, concludens denuo peculiares Missarum obligationes in unam redactas ascendere ad numerum 2559.; Atque ex his omnibus judicat, tum animarum suffragio, tum ejusdem Confraternitatis commodo consultum iri, si hæc ad præfixum Missarum numerum pro universis Benefactoribus deinceps celebrandarum alligaretur.

Jura, quæ sodalium petitioni patrocinari videntur, circumferuntur; onus igitur Eminentiarum VV. est statuere.

An sit locus reductioni Missarum cum unione legatorum, earumque applicationi pro Benefactoribus in genere in casu &c.

Quo ad legata Pompei de Amora, & Martini Martiano pro reductione ad Manuale cum applicatione pro iisdem: Quoad reliqua pariter ad Manuale cum applicatione pro Benefactoribus descriptis in Tabella facto verbo cum Sanctissimo.

TAURINEN. NULLITATIS PROFESSIONIS. Cum Frater Dominicus Chiabrand professionem a se emissam anno 1730. sub instituto Familiæ Dominicanæ in Conventu Civitatis Cherii per vim, & metum a patre sibi extortam prætenderet ejus nullitatem insequenti anno 1731. coram Ordinario Taurinensi, & Patre Magistro Emanuele Rinolfi præfati Conventus Priore juxta præsciptum a Sacro Tridentino Concilio *sess.25. cap.19. de Regular.* proposuit, sed, contradicentibus Antonio, & Sebastiano de Chiabrand ipsius germanis Fratribus, contectus de more fuit processus, quo tandem absoluto, binæ sub initium anni 1734. a memoratis Conjudicibus inter se pugnantes sententiæ prodierunt; In illa enim Ordinarii Taurinensis declaratum fuit: „ Non constare de prætensa nullitate professionis dicto Fratre Dominico Chiabrand Actore in præfato „ Ordine Prædicatorum, & Conventu ipsius Ordinis Civitatis Cherii „ solemniter emissæ, ac propterea eamdem Professionem uti libere, ac „ nullo metu, ac vi adhibita, seu incussa factam validam fuisse, & esse; „ *In alia vero Prioris Conventus dictum est*; Professionem præfati Dominici Chiabrand invalidam esse, inefficacem, & nullam utpote emissam per vim, & metum cadentem in constantem virum. *Sess.19. c.25. de Reg.*

Ad hoc itaque supremum Tribunal in gradu appellationis devoluta Causæ cognitione, suam prosequitur instantiam memoratus Frater Dominicus contendens, ex depositione decem, & novem Testium, quibus constat processus, nedum satis colligi aversum animum, quem ipse jugiter ostendit a statu regulari, cum paulo ante suum ingressum in Religionem sponsalia contraxerit cum Catharina Maria Camussa, & sæpe etiam, decurrente anno probationis, palam fuerit protestatus se velle Uxorem ducere, Bonisque sibi jure fideicommissi a Gaspare Patruo relictis potiri, nec nisi ficte se professurum, si a Patre cogeretur religiosum institutum amplecti, verum etiam plene probari, quod reipsa importunis Patris sui persuasionibus, minis, verberibus, aliisque severioribus actibus fuerit ad susci-

ſcipiendum habitum regularem adactus, ita quidem ut, dum aliquando pertinaciter renuebat, ne Sarcinator ad corpus ſuum primæ Veſtis Religioſæ formam deſignaret, non erubuerit Pater eumdem diſtricto enſe perſequi, donec ipſe necis ſibi inferendæ minis perterritus Paternæ cederet voluntati; proindeque nihil ſibi obeſſe putat, ſi durante eadem cauſa metus ſolemnem emiſit profeſſionem, cujus tamen invaliditatem, arrepta occaſione ultimæ infirmitatis Paternæ, judicialiter quam primum expoſuit.

Conatibus Dominici non adverſatur Religio, quin imo Fratres Conventus Cherii capitulariter congregati expreſſe declararunt: „ Che niuno di eſſi „ diſcrepante, eſſendogli venuta notizia della nullità di profeſſione ſtata „ propoſta dal Rev. P. Fra Domenico Chiabrand del loro Ordine è ſtata „ per eſſo fatta nel preſente loro convento, e per quale verte lite nella „ Curia Archiepiſcopale della Città di Torino, hanno perció dichiarata, „ e dichiarono, non aver cauſa, ne ragione da proporre per contradire, „ ed opporne alla propoſta nullità di profeſſione fatta dal P. Domenico „ Chiabrand, come forzato, e violentato da ſuoi parenti „. Num vero Antonius, & Sebaſtianus ejuſdem Dominici Fratres animum primævæ oppoſitioni adhuc intendant, ignotum eſt. Quocirca ex juribus ſive ab utraque, ſive ab altera tantum Parte circumferendis decidendum erit.

An conſtet de nullitate Profeſſionis in caſu &c.

Affirmative.

Seſſ. 25. c. 19. de Reg.

ULIXBONEN. ORIENTALIS RESTITUTIONIS IN INTEGRUM

Franciſcus Xaverius Feyxeira Sacerdos profeſſus Ordinis Militum Chriſti invalidam prætendens profeſſionem a ſe emiſſam in Conventu Thomar utpote ab Aloyſio patre pluribus violentiis extortam, poſtulat in integrum reſtitui adverſus lapſum quinquennii jamdudum elapſi, producto in hunc finem proceſſu, quem nuper Ordinarius Ulixbonenſis obſequens juſſibus Sac. hujus Congregationis confici curavit.

Quatuor in dicto proceſſu comperiuntur ab Oratore inducti teſtes, quorum primus Pater Antonius Pereira ejuſdem Ordinis profeſſus refert, audiviſſe a nonnullis Religioſis dicti Conventus Thomar, ac ſubinde ſpeciatim a quodam Petro familiari Aloyſii Feyxeira Patris Oratoris: „ Che queſti „ aveſſe tenuto ne' ceppi detto ſuo figlio in una ſtanza oſcura, dove gli „ daſſe pochiſſimo da mangiare, e moltiſſime battiture il tutto a fine „ d'indurlo a prender l'abito dell'Ordine di Criſto.

A primo teſte non differt ſecundus Frater Hyacinthus de Barros pariter ejuſdem Ordinis Religioſus deponens: „ Per relazione del P. Fr. Felice de „ Fauſto, che nel tempo di dover profeſſare il detto Padre Fra Franceſco „ Saverio andaſſe pregando li Padri, che non le daſſero il voto per la „ profeſſione, perchè non intendeva eſſer Religioſo, ed aveva anche inteſo da un famihare della caſa paterna di detto Religioſo, chiamato „ Pietro Perea, che ſuo padre lo aveſſe obligato a forza a prendere l'abito trattandolo come uno ſchiavo, e tenendolo ne' ceppi per indurlo al „ ſuo intento, e minacciandolo, che altrimenti l'averebbe fatto confinare nell'Indie (deindeque ſubjungit) ed effettivamente lui medeſimo „ (nempe Franciſcus Xaverius Orator) alcuni anni dopo aver fatta la „ profeſſione ſi era dichiarato col teſtimonio, che la ſua profeſſione era „ nulla per non averla fatta di ſpontanea volontà, ne pure eſſere informato, che le competeſſe il tempo di cinque anni per riclamare.

Tertius autem Franciſcus Perez Machado, non tantum de auditu ab aliis, ut Religioſi prædicti, ſed tamquam teſtis oculatus aſſerit, ſe pluries vidiſſe,

difse, quod Aloysius Pater Oratoris ,, Io teneva ne' ceppi, avendolo anche segregato dalla sua mensa, e mandandolo a mangiare con i servitori, anzi trattandolo peggio, che uno schiavo, e più d'una volta aveva inteso dargli la maledizione, e rimproverarli, che non era suo figlio, e lo aveva da far confinare nell'Indie, perchè non voleva dargli questo gusto ,, scilicet religiosam vitam amplecti.

Quartus demum P. Benedictus Ferreira Religiosus professus Ordinis Sanctissimæ Trinitatis refert veluti sibi compertum ex publica voce, & fama, quod Aloysius obstrinxerit Franciscum Xaverium: Con violenza ad entrare nella Religione, e che per dimostrarsi renitente a prender detto stato, lo trattava pessimamente tanto di parole, che di fatti, dandogli molte battiture fino a tenerlo ne' ceppi, e minacciandolo di confinarlo nelle Indie, se non aderiva al suo volere (addens præterea audivisse ex ore ipsius Francisci Xaverii) : le dette violenze, vessazioni, e strapazzi, che gli faceva il detto suo padre per costringerlo entrare nella Religione &c. (quodque idipsum) publicamente propalava, dopo di aver preso l'abito ogni volta, che si era data l'occasione di parlarsi, gli aveva detto, che contro sua voglia avesse fatta la professione per timore del detto suo padre, e che non era altrimenti Religioso, ed aveva da far tutto il possibile per non morire nella Religione.

Præter Testes mox recensitos produxit Orator Epistolam P. Josephi de la Cerda sui patrui sub annum 1728. scriptam Aloysio ejusdem oratoris patri, in qua præ ceteris hæc habentur: ,, In quanto a ciò, che lei mi dice di Saverio, non mi reca veruna meraviglia, supposta la repugnanza, colla quale egli entrò nell'Ordine &c. Li miei Prelati dicono asseverantemente, che se egli otterrà la dispenza del quinquennio, senza dubbio veruno annullerà la sua professione &c. ,, ac insimul protulit processum quemdam decurrente anno 1729. ad sui petitionem a Superioribus Ordinis constructum, ubi plura tum circa ipsius aversionem a statu Religioso, tum de violentiis in eumdem a patre exercitis, tum de ejus conquestionibus identidem factis super nullitate suæ professionis nonnulli Testes formiter examinati deposuerunt, & signanter unus ex eis affirmavit se accepisse ex ore ipsius Oratoris ea die, qua proposita fuit approbatio suæ professionis, hæc præcisa verba: ,, Tutti quelli, che votaranno a mio favore, peccano mortalmente, perchè io dico assolutamente, che non voglio essere Religioso, nè giammai ebbi tal tentazione.

At notandum est, neque ex præmissis Testibus, neque ex aliis documentis hucusque productis constare, quo tempore Franciscus Xaverius induerit Habitum Religiosum, & solemnem professionem emiserit, minusque quot ab hinc annis sacros Ordines susceperit, cum de cetero in ejus examine peracto die 22. Decembris 1732. enuncietur Sacerdos professus illius Ordinis ætatis annorum 24. Præterea, licet idem Franciscus Xaverius in sua depositione asseruerit, quod ,, in tutto il tempo, che era stato nella Religione, non aveva esercitata veruna Prælatura, nè altro Officio di Dignità nell'Ordine ,, : Id tamen a nullo ex Testibus inductis comprobatum legitur, dum eorum nemo super hac circumstantia fuit interrogatus: Quin vero cum inter articulos, super quibus examinati sunt Testes in dicto processu per Superiorem Ordinis constructo fuerit in ordine quintus ubi quærebatur: ,, Se dentro il quinquennio il detto Padre Fra Francesco Saverio si fosse lamentato, che riputava nulla la sua professione ,, : Plerique ex iisdem Testibus deposuerunt, se id prorsus ignorare, & alter eorum nempe Pater Fælix
de

de Tavora: ,, Disse, sapeva, che il detto Religioso non aveva mai ,, riclamato per la nullità della sua professione dentro il quinquen- ,, nio, ma solamente da due anni in quà preteso risolutamente di an- ,, nullarla.

Peculiari itidem animadversione digna est depositio memorati Patris Josephi de la Cerda Patrui Oratoris, qui sub dictum annum 1729. requisitus de assertis violentiis ab Aloysio in Franciscum Xaverium adhibitis: ,, Disse, ,, e giurò sopra li Santi Evangelj, che non sapeva, le fosse stata usata ,, violenza grave, (cadentem in constantem virum), ma solamente ,, le particolarità, che le aveva riferite il medesimo F. Francesco Sa- ,, verio, ed unicamente sapeva, e poteva deporre, che procrastinando ,, egli qualche tempo di venirsi ad esaminare per prendere l'habito, il ,, Testimonio aveva scritto a Luigi Feixeira de Magallhares suo Fratel- ,, lo, e padre respettivamente del detto Religioso, che se il suo Figlio ,, non dimostrasse buona volontà di farsi Religioso, non lo mandasse, ed ,, egli medesimo se pretendeva l'abito, dovesse scrivere, e domandare ,, l'ingresso nella Religione, ed effettivamente il detto Padre Fr. Fran- ,, cesco Saverio scrisse, ch'egli voleva, e domandava l'abito della Re- ,, ligione,,: Verumtamen cum adversus hunc Patrem Josephum de Cerda opponatur, quod ipse voluntati Aloysii Fratris sui obsecundas plures adhibuerit artes, ut Franciscum Xaverium ad emittendam professionem induceret, quippe qui tunc temporis erat Novitiorum Magister, quemadmodum depromitur ex quadam attestatione P. Joannis a Sancta Theresia in sæpedicto Processu anni 1729 inserta, idcirco perpendendum erit, num ejus depositioni fidendum sit.

Religio Oratoris instantiæ non obsistit. Ordinarius autem Ulixbonensis in literis, quas una cum processu ad Sacram Congregationem usque ab anno 1733. transmisit hæc habet: ,, Causæ huic Sacræ Congregationi allega- ,, tæ super nullitate professionis Patris Fr. Francisci Xaverii Teixeira ,, Religiosi Ordinis Christi, & probatæ in actis, EE. VV. determina- ,, tioni remitto, mihi secundum jus sufficientes videntur, ut a beni- ,, gnitate Apostolica comparet Orator quod contendit, & multo spe- ,, cialiter attentis vi, & violentia, cum quibus Pater hunc Filium Pri- ,, mogenitum tractavit, ut ad secundum genitum majoratum transiret, ,, ceterasque hæreditates, quæ eidem Primogenito ab uno Patruo pro- ,, venerunt, de cujus progressu metus cadens in virum constantem ,, optime probatur.

Onus erit Eminentiarum Vestrarum declarare.

An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.

Non proposita.

Die

Die Sabbathi 1. Septemb. 1736.



LIXBONEN. RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. Ex novem Caufis, quæ de more in folio poftremæ Congregationis habitæ fub diem 4. Augufti mox elapfi defcriptæ funt, hæc una propofita non fuit. Refumpto itaque memorato folio, hodie decidendum erit. *Sefs.25. c.19. de reg.*

An fit locus reftitutioni in integrum in cafu &c.

Dilata, & coadjuventur probationes juxta inftructionem.

NEAPOLITANA EXEMPTIONIS. Cum fupremum hoc Tribunal, contendente Sacerdote Joanne Baptifta de Luca, fe vigore literarum Patentium Curiæ Abbatialis S. Antonii Viennenfis ab omni Epifcopi Anglonenfis jurifdictione exemptum effe, difcuffoque ad ejus inftantiam Dubio: *An provifi ab Eminentiffimo Domino Abbate Generali Commendatario de Ecclefiis, Oratoriis, Beneficiis, & Hofpitalibus fub invocatione S. Antonii Viennenfis fint exempti a jurifdictione Ordinarii Anglonenfis in cafu &c.* fub diem 24. Junii 1734. refcripferit *Joannem Baptiftam de Luca non effe exemptum a jurifdictione Ordinarii Anglonenfis*, — cumque fubinde Epifcopus Caputaquenfis in Relatione ftatus Ecclefiæ, quam in obfequium Conftitutionis Sixtinæ nuper ad Sanctam Sedem tranfmifit, exponens, per multos, tam in fua, quam in aliis Diœcefibus Regni Neapolitani reperiri Clericos, & Presbyteros, qui affecuti Ecclefias, Cappellas, Beneficia, aliafve Grancias ad Generalem Præceptoriam S. Antonii Viennenfis fpectantes, a quavis illius, aliorumque Epifcopoporum jurifdictione liberos fe effe prætendunt in vim Privilegiorum, quæ præfatæ Generali Præceptoriæ ab Apoftolica Sede tributa afferuntur, indeque fieri, ut nullo Superioris timore coerciti non fine gravi populi fcandalo, atque notabili ecclefiafticæ difciplinæ detrimento præfumant delicta imune perpetrare poffe, poftulaverit, ut huic malo remedium aliquod adhiberetur; Eminentiffimus Archiepifcopus Neapolitanus modernus Commendatarius ejufdem Generalis Præceptoriæ, ne ex memorato Refcripto Sac. Congreg., atque ob fimiles Epifcoporum quærimonias grave aliquod vulnus Privilegiis fuis in pofterum inferatur, pofthabita quæftione, num Clerici, & Presbyteri patentalibus, feu commiffionalibus literis a Commendatario dictæ Præceptoriæ impetratis communiti ordinariæ Epifcoporum jurifdictioni fubjaceant, ad normam Sacrofanctæ Tridentinæ Synodi *Seff.*21. *cap.*9. *de Ref.*, & fecundum Refolutiones Congregationis *In Theanen. & Cafertana prætenfæ Exemptionis* 20. *Decembris* 1664. *& in Neapolitana Jurifdictionis* 1. *Decemb.*1668. Repugnans dumtaxat, eos omnes qui Beneficia, Ecclefias, Cappellas aut Oratoria fæpedictæ Præceptoriæ obtinent, folius Commendatarii poteftati obnoxios effe, ita quidem ut Epifcopi, ceterique Locorum Ordinarii adverfus illos ad fummum extrajudicialiter procedere poffint in Paftorali Vifitatione, vel extra illam, fi Commendatarius ab eifdem Epifcopis monitus delinquentes intra certum tempus debitis pœnis punire neglexerit, juxta Decreti ejufdem Sacri Concilii Tridentini *cap.*3. *feff.*6. *de ref.*, *& cap.*14. *feff.*25. *de reg.* *Sefs.24. c.21. de Ref.*

ea, quæ pollet eximia sollicitudine præoccupandi lites provido Ecclesiarum regimini facile infensas, generale Dubium, quod sub finem præsentis restrictus describetur, ab Eminentiis Vestris decidi flagitat.

Summa eorum, quæ assertæ exemptioni opponi possunt, quæve alias deducta fuerunt in Foliis dierum 5 Junii, & 24. Julii 1734. in Causa *Anglonen. Exemptionis*, hæc esse videntur; primo, quod Sacrosancta Tridentina Synodus *sess. 6. cap. 3. sess. 14. cap. 4. & sess. 24. cap. 10. de Ref.* tribuens Locorum Ordinariis facultatem, ut tanquam Apostolicæ Sedis Delegatis valeant contra Subditos, non obstante quocumque exemptionis privilegio procedere, eosque delinquentes debitis pœnis cohibere, enunciata exemptionis Privilegia quantumvis ampla, & generalia abrogaverit; secundo, quod, licet memorati Clerici, & Presbyteri de Beneficiis, Ecclesiis, aut Cappellis ab Eminentissimo Abbate Commendatario provisi summa libertate, & exemptione nomine dictorum Privilegiorum potiantur, nihilominus ratione delicti, sive contractus, aut rei, de qua contra ipsos agitur, rite possint coram Locorum Ordinariis conveniri, atque isti in triplici hoc casu suam valeant in illos jurisdictionem exercere, juxta expressam sanctionem Innoc. IV. in *cap. Volentes de Privileg. in 6.* postmodum innovatam a Sacro Concilio Tridentino *sess.6. cap. 14. de Ref.* & tertio demum, quod prædicta Privilegia fuerint a Summis Pontificibus impertita illis dumtaxat Præceptoriis, Monasteriis, ac Domibus, seu Granciis, ubi Regularis disciplina viget, & hospitalitas exercetur, necnon solis Religiosis, qui eorumdem Monasteriorum, ac Domorum servitio addicti intra eorum septa commorantur, atque Peregrinorum curæ incumbunt, ideoque extendi nequeant ad Præceptoriam Generalem Civitatis Neapolis, utpote quæ a toto Ordine S. Antonii Viennensis, illiusque Monasterio separata, & Secularibus Presbyteris commendata fuit, neque suffragentur præfatis Beneficiatis, qui in suis Ecclesiis, vel Cappellis nec Religiosum Institutum observant, neque hospitalitatem exercent.

Verum adversus hæc nomine Eminentissimi Abbatis Commendatarii tuentis, Privilegia suæ Generalis Præceptoriæ haud abrogata fuisse per Concilium Tridentinum, profertur Decretum ejusdem Sacri Concilii *sess 14. cap. 5.* ubi, post revocata quælibet exemptionum Privilegia, hanc adjecit exceptionem: „ Universitates autem Generales, ac Collegia Doctorum, „ seu Scholarium, Regularia loca, necnon Hospitalia actu hospitalita- „ tem servantia, ac Universitatum, Collegiorum, Locorum, & Hospi- „ talium hujusmodi Personæ in præsenti canone minime comprehensæ, „ sed exemptæ omnino sint, & esse intelligantur „: necnon quædam Re- „ solutio hujus Sac. Congregationis a san. me. Urbano VIII. sub annum 1625. confirmata, qua rescriptum fuit, exemptionem tributam Abbatiæ Generali, Præceptoriis, Prioratibus, Ecclesiis, & aliis quibusvis Beneficiis ad Ordinem S. Antonii Viennensis spectantibus sub generali aliarum exemptionum revocatione per Concilium facta minime includi, sed sub præmissa illius exceptione contineri, uti constat ex Apostolico Brevi ejusdem Summi Pontificis: ibi: „ Cumque exemptio, & libera- „ tio, ac subjectio hujusmodi per dictos Prædecessores factæ, ac subinde „ per Decretum Sacri Concilii Tridentini revocatæ, & annullatæ ab „ aliquibus prætenderentur &c. Nos de Venerabilium Fratrum Nostro- „ rum S. R. E. Cardinalium Concilii prædicti Interpretum consilio ex- „ emptionem, liberationem, & subjectionem per Prædecessores nostros „ factas Apostolica authoritate tenore præsentium approbamus, ac om- „ nes supplemus, ac de cetero, quatenus opus sit, Abbatem, Præce- „ ptores, Priores, & Religiosos, necnon Ecclesias, Monasteria, Præ- „ ceptorias, & alia quæcumque Beneficia Hospitalis, & Ordinis præfa-

„ torum

„ torum Nobis, & Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjicimus, ac illos, & „ illas, illaque reſpective, dummodo, & quandiu hoſpitalitatem hujuſmodi retinuerint, & exercuerint, minime ſub revocatione, ſed ſub „ exceptione prædicta comprehendi declaramus.

Deinde vero, præmiſſa juris cenſura, quæ communiter receptum eſſe videtur ſanctionem Innocentii IV. in citato *cap. Volentes* Locum ſibi vindicare in exemptione generaliter conceſſa, ſecus vero, quando ea ita concepta legitur, ut Locorum Ordinarii nequeant adverſus exemptos neque ratione delicti, ſive contractus, aut rei, de qua agi contingat, procedere, uti cum aliis diſtinguendo, explicant *Fagnan. in cap. Tuarum n.* 14. *& ſeqq. de Privil. & Paſſerin. de ſtat. homin. tom.* 3. *quæſt.* 189. *n.* 630. & Doctiſſime *Eminentiſſimus Petra in Commentariis ad Conſtit.* 1. *Paſchalis II. ſect.* 1. *num.* 33. *& ſeqq. tom.* 1. adducitur inter ceteras Conſtitutio in ordine la 2. Clementis VII. ubi ſic habetur: „ Ne quis „ Diœceſanus, vel Ordinarius ſuper viſitationibus, erectionibus, correctionibus, Procurationibus &c. Monaſterium S. Antonii, & illius „ Præceptorias, Priores, Adminiſtratores Conventuum, Canonicos, & „ perſonas prædictas de cetero perturbare, moleſtare, aut in eis aliquam juriſdictionem, vel cenſuram eccleſiaſticam exercere præſumerent &c. authoritate Apoſtolica tenore præſentium ex certa noſtra „ ſcientia approbamus, ac robur perpetuæ firmitatis obtinere, & obſervari debere decernimus etiam, quatenus inquietarentur ratione delicti, contractus, ac rei, de qua ageretur, ubicumque committantur „ delictum &c. eadem authoritate extendimus „; hinc enim cum ſatis conſtare videatur, exemptionem, de qua diſceptatur, poſterioris ſpeciei eſſe, concludi poſſe prætenditur, eam juxta enunciatam regulam non fuiſſe neque ex lege præſcripta in dicto *cap. Volentes*, neque ex Decretis Tridentinorum Patrum, qui eam redintegrarunt, ſublatum, ſed potius illis ita conformem eſſe, ut clauſula in approbatione Conſtitutionum Congregationis Reformatæ S. Antonii Viennenſis hiſce verbis adjecta: „ dummodo Sacris Canonibus, & Concilii Tridentini Decretis, & Conſtitutionibus Apoſtolicis, non ſint contraria „ Omnino reſpiciat eaſdem Conſtitutiones, & ſtatuta memoratæ Congregationis, non autem referri debeat ad controverſa exemptionis Privilegia utpote quæ nec Sacris Canonibus, neque Tridentini Concilii Decretis ullo pacto adverſantur.

Poſt hæc, ut oſtendatur, ſæpedictam præceptoriam una cum ſuis membris & Granciis, tametſi Presbyteris ſecularibus commendatam, & a toto Ordine S. Antonii, ejuſque Monaſterio Viennenſi ſeparatam priſtina exemptione potiri, ſubjungitur, enunciata exemptionis Privilegia numquam fuiſſe a Summis Pontificibus expreſſe abrogata, ideoque veluti propter Eccleſiæ, & Religionis utilitatem elargita adhuc vigere, etiamſi Præceptoria e ſtatu Regulari dici poſſet ad Secularem traducta, ſecundum ea, quæ ad rem notant *Innoc. in cap. dilectus de cappell. Monach.*, *Butr. in cap. Abbat. num.*22. *de verb. ſignific. Tamburin. de jur. Abbat. tom.*1. *diſput.*15. *quæſt.*11. *num.*4. *& ſeqq. & Piton. diſcept. Eccl.*160. *num.*59. *tom.*4. Fortius vero cum reipſa, ſtatu regulari haud immutato, fuerit ſimpliciter Presbyteris ſecularibus commendata juxta Apoſtolicas literas, quibus Summus Pontifex Urbanus VIII. ſupponens, dictam Præceptoriam in priſtino ſtatu permanſuram, eam clar. mem. Cardinali Magalotto commendavit ſub lege hiſce verbis concepta: „ Volumus autem, „ quod propter commendam noſtram hujuſmodi in primodicta Præceptoria divinus cultus, ac ſolitus Monachorum, quatenus illa Conventualis exiſtat, & Miniſtrorum numerus nullatenus minuantur „; addens præterea, quod hæc Præceptoria a Monaſterio S. Antonii Vien-

 nenſis

nensis in Provincia Delphinatus jampridem erecto separata, & in posterum non dependens: „ cum omnibus ejus annexis membris, juribus, „ rebus, & pertinentiis quibuscumque; „ a præfato Cardinali Magalotto ejus Commendatario cum juribus sibi debitis possideretur.

Postremo nihil controversæ exemptioni officere asseritur, quod ea simul cum aliis Privilegiis a san. mem. Urbano VIII. Ecclesiis, Monasteriis, Præceptoriis, & Beneficiis Ordinis S. Antonii Viennensis concessa fuerit sub clausula: „ dummodo, & quandiu hospitalitatem hujusmodi retinuerint, „ ac exercuerint: „ tum quia exemptio alicui Abbatiæ, vel Monasterio ratione hospitalitatis tributa, haudquaquam dici possit extincta, licet hospitalitas postmodum cesset, quemadmodum rescripsit Sacra Congregatio in *Neapolitana Censurarum*, ubi proposito Dubio „ An, cessante ho- „ spitalitate, cessaverit exemptio concessa Ecclesiæ, & Abbatiæ S. Ma- „ riæ de Patientia vigore Brevis San. mem. Clementis VIII. „ sub diem 29. Novembris 1693. prodiit Resolutio -- *Negative* -- *ut in lib.*43. *decr. pag* 589. tum etiam, quia dicta clausula universum Ordinem ita respiciat, ut satis sit hospitalitatem in eo tamquam in capite vigere, licet in singulis illius Ecclesiis, & Beneficiis non exerceatur; attento potissimum, quod hospitalitas non expletur quidem in Ecclesiis, Cappellis, vel Beneficiis Regni Neapolitani ad prælaudatam Præceptoriam Generalem spectantibus, ob impares huic onere eorumdem Beneficiorum redditus, at singuli dictarum Ecclesiarum, Cappellarum, vel Beneficiorum Rectores quasdam annuas præstationes, quibus hospitalitas in Civitate Neapolis extra Portam Capuanam exerceri possit, Generali Præceptoriæ contribuunt.

Ceterum, quod memorata præceptoria Generalis, Monasteria, Ecclesiæ, Cappellæ, aliaque illius membra, & Granciæ, & respettive omnes ii, qui illas assequuntur, Eminentissimo Abbati Commendatario dumtaxat subjiciantur, & a quavis Episcoporum jurisdictione sint exempti, etiam postquam eadem Præceptoria fuit in commendam tradita, & ab universo Ordine Sancti Antonii Viennensis divisa luculentius comprobari, contenditur; sive ex deputatione Apostolici Nuncii Neapolitani in Conservatorem privilegiorum, & exemptionum eidem Præceptoriæ competentium; sive ex nonnullis hujus Sacræ Congregationis Decretis per extensum relatis in *Sum.* Eminentissimi Abbatis Commendatarii *num* 10. 11. & 12. quibus declaratum fuit, collationem Beneficiorum ad dictam Præceptoriam spectantium privative ad Commendatarium, seu Præceptorem Generalem pertinere, atque Sacerdotes Ecclesiæ S. Antonii Viennensi Civitatis Neapolitanæ non teneri accedere, neque ad Synodum Diœcesanam, neque ad publicas processiones; sive ex qualitate eorumdem Beneficiorum, quæ uti Regularia manualia, & ad nutum amovibilia declarata fuerunt a Sacræ Rotæ Auditorio in *decis*.47 *num.*3. *& seq. post Antonell. de jur.*, *& oner. Cleric. cor. clar. mem. Card. Caprara decis.*428. *& coram Molin. dec.*541. *& dec.*561.; Sive ex resolutione Sacræ Congregationis Immunitatis, quæ sub annum 1656. præcepit clar. memoriæ Cardinali Philomarino tunc Archiepisc. Neapolititano, ut omnibus mediis provideret conservationi Immunitatis, & Privilegiorum ejusdem Præceptoriæ; sive demum ex pluribus inhibitionibus a Tribunali Apostolicæ Nunciaturæ adversus Episcopos relaxatis, quibus Causæ etiam Criminales dictorum Beneficiatorum ad Tribunal Præceptoriæ Generalis fuerunt revocatæ: Ex tot enim actuum serie constituta dicitur observantia veteri exemptioni plurimum favens uti ad rem tradunt *Fagnan. in cap. Tuæ num.*14. *&* 14. *de Cleric. non resid. Pignattell. consult.*85. *num.*9. *tom.*5. *Bard. de Luc. de Jurisd. disc.*5. *num. fin. Eminentiss. Petra in suis doctissimis Commentariis ad Constit.*6. *Alex.III. sect.*1, *num.*57. *tom.*2.

Placeat

Placeat igitur Eminentissimis PP. statuere.
An Beneficiati, & Provisi ab Eminentissimo Abbate Generali Commendatario de Ecclesiis, Cappellis, Oratoriis, Beneficiis, & Hospitalibus Sancti Antonii Viennensis sint exempti a jurisdictione Ordinariorum; & quomodo Ordinarii contra eos delinquentes procedere possint.

Dilata, & scribat Procurator Generalis Curiarum Episcopalium in Urbe.

SARSINATEN DISMEMBRATIONIS. Plebani, seu Archipresbyteri Locorum Montis Sorbi, Ranchii, & Rivoschii, impetrato novæ Audientiæ beneficio adversus Resolutionem, qua Sacra Congregatio die 12. Maii currentis anni definivit, dismembrationem Parochialium Ecclesiarum existentium in Villis vulgo nuncupatis *della Piavola*, *Falcino*, *Valderipa*, *e Linaro*, earumque respective unionem, ac subiectionem Parochiali S. Romani in titulum Plebanatus erectę validam, & justam esse, hodie postulant, ut Eminentiæ VV. non graventur respondere. *Sess. 25. c. 5. de Ref.*
An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

In Decisis, & amplius.

CASSANEN. Discussa hac Causa die 28. Aprilis proxime præteriti sub novem hisce Dubiis -- „ I An dispositio Pomponii Iordani facta sub die 17. Junii 1722. prævio Decreto hujus Sacræ Congregationis quoad Missam hebdomadalem, & festivitatem S. Mariæ de Monte Carmelo celebrandam a Fratribus S. Francisci de Observantia sit servanda per illius hæredes. II. An eisdem Religiosis, sive illorum Syndico Apostolico aliqua competat actio instandi pro celebratione Missarum, ac pro earum eleemosyna. III. An constet de jurepatronatus Cappellæ S. Mariæ de Monte Carmelo favore hæredum Pomponii. IV. An per præfatos Religiosos in dicta Cappella impediri valeat dictis Hæredibus celebratio Festivitatis S. Mariæ de Monte Carmelo, & aliorum Festorum Beatæ Mariæ Virginis. V. An teneantur iidem Hæredes solvere præfatis Religiosis ducatos quatuor pro celebrando eodem Festo. VI. An dicti Religiosi potuerint denegare tumulationem cadaveris Nicolai Rossi in Sepulchro sito prope dictam Cappellam. VII. An idem cadaver tumulari debeat in præfato Sepulchro. VIII. An prædicta Cappella visitari debeat per Ordinarium, seu per Regulares. IX. An, & de quibus recursibus ad Judices Laicos constet etiam ad effectum refectionis damnorum, & expensarum in casu &c. *rescriptum fuit* -- Ad I. Affirmative. Ad II. Serventur decreta generalia. Ad III. Affirmative quoad jus honorificum. Ad IV. Negative. Ad V. Negative, & ad mentem. Ad VI. Negative. Ad VII. Affirmative. Ad VIII. Serventur Decreta. Ad IX. Ad Eminentissimum Præfectum juxta mentem. *Sess. 25. c. 2. de ref.*
Cum autem Promotori Fiscali causarum piarum Episcopalis Curiæ Cassanensis facta fuerit potestas jura sua iterum experiendi, eadem causa modo ad novam trutinam revocatur sub Dubio.
An, & in quibus sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

In Decisis in omnibus, & quoad quartum Dubium juxta modum, & amplius.

PLACENTINA. In testamentariis tabulis, sub quibus obiit Joseph Politius Præpositus Parochialis, & Collegiatæ Ecclesiæ S. Joannis Evangelistæ, scripta hærede in universo patrimonio anima sua, primum duo insti- *Sess. 22. c. 6. & sess. 25. c. 4. de ref.*

instituit, ut ajunt, laicalia salaria, adnexo eorum cuique onere celebrationis unius Missæ quotidianæ una cum geminis perpetuis Anniversariis, deinde vero nonnullas annuas præstationes, certis quibusdam personis, naturali earum vita durante, nomine legati reliquit, nimirum annuas libras 400. Sacerdoti Josepho Politio ejus Consobrino, centum Franciscæ, Emiliæ, & Juliæ de Politiis pro qualibet, ac tandem sexaginta Luciæ Bojardæ sib lege, quod, cessantibus omnibus, vel aliqua ex enunciatis præstationibus, quidquid annui redditus ex sua hęreditate post adimpleta prædicta Missarum, & Anniversariorum onera superesset in hæreditariam Capsulam Annibalis Credali olim Præpositi ejusdem Collegiatæ inferretur, idque ita divisim postmodum investiretur, ut, si fundi in hanc causam constituti casu aliquo perirent, aut alia ratione imminuti supportandis piis oneribus non sufficerent, commode, & absque confusionis periculo ex fructibus inde percipiendis eorumdem piorum onerum adimplemento suppleri posset.

Hac præmissa dispositione, Capitulum præfatæ Collegiatæ Ecclesiæ duodecim Canonicis, & octo Præbendariis constans, onere inserviendi Choro diebus tantum festis gravatum, meditans divini cultus augumentum obtulit se promptum toto Adventus, & Quadragesimæ tempore Choro interesse, Ecclesiæque servitio incumbere, si libræ 500., quæ, adimpletis prædictis oneribus, ac persolutis memoratis annuis præstationibus, ex redditibus hæreditatis præfati Josephi Politii annuatim supersunt, Massæ suæ Capitulari alioquin admodum tenui adiicierentur; atque in hunc finem Sanctissimo Domino Nostro sub annum 1732. preces suas exposuit, quibus ad hanc Sacram Congregationem remissis, excitatus de more fuit Episcopus, ut eidem Sacræ Congregationi rerum circumstantias, sensumque suum aperiret.

Rescribente itaque Episcopo, bina ex dictis legatis vitalitiis, alterum nempe librarum 400. per obitum Consobrini Testatoris, alterum vero librarum centum Juliæ Politiæ jam cessasse, necnon subjungente, memoratum Capitulum annuas libras 800. a quovis distributionis onere exemptas ex propriis Bonis percipere, easque posse pro perpetua dictarum Missarum, & Anniversariorum celebratione obligare, adeout, si quando proventus hæreditatis præmisso oneri impares evadant, ipsorum defectui alia ratione suppleri valeat eadem Sacra Congregatio sub diem 29. Augusti 1733. censuit, attenta Episcopi relatione, si Sanctitati Suæ placuisset, per suas literas Apostolicas in forma Brevis eidem Episcopo committi posse: „ ut, veris existentibus narratis, supradictas annuas libras quingentas ex redditibus præfatæ hæreditatis in augmentum distributionum ad præmissum effectum juxta petita pro suo arbitrio, & conscientia favore Capituli Oratoris applicaret, & assignaret, ita tamen ut fundi hactenus acquisiti, eorumque omnes fructus semper remanerent specialiter obligati pro adimplemento onerum a Testatore injunctorum, & ulterius idem Capitulum in forma juris valida obligare teneretur etiam Bona sua pro perpetuo adimplemento Anniversariorum, & Missarum, sublata etiam facultate petendi unquam, & in quocumque casu reductionem.

Postmodum vero supplicante eodem Capitulo, ut omnes redditus sæpedictæ hæreditatis, tam vigentibus, quam cessantibus enunciatis legatis vitalitiis, in causam supra expressam assignarentur, auditus iterum fuit Episcopus super novis hisce precibus, cumque præter ea, quæ antea rescripserat, retulisset, Testatorem annuas libras 500. reliquisse pro Missarum, & Anniversariorum celebratione, nec non libras quinquaginta Præposito dictæ Collegiatæ, ut sacram suppellectilem necessariam subministraret, assignasse, in hæc verba sub diem 14. Novembris ejusdem anni 1733., rescriptum fuit -- „ Pro gratia juxta petita, dummodo augeatur servitium „ Chori

„ Chori juxta expoſita in precibus, & dummodo Capitulum obliget etiam „ ſua Bona pro perpetuo adimplemento Anniverſariorum, & Miſſarum „ cum utenſilibus juxta diſpoſitionem Teſtatoris, ſublata etiam facultate „ petendi unquam, & in quocumque caſu reductionem dictorum onerum.

At, cum modernus Præpoſitus dictæ Eccleſiæ, cæterique teſtamentarii Exequutores coram Epiſcopo, cui exequutio gratiæ per literas Apoſtolicas in in forma Brevis expeditæ commiſſa fuerat, ſeſe nuper objecerint ſub obtentu, quod Capitulum enunciatas libras 800. ſcuta 46., & obulos 40 monetæ Romanæ conſtituentes libere, & abſque ullo diſtributionum onere non poſſideat, eaſque proinde pro dictorum onerum adimplemen o nequeat obligare juxta legem tam in dictis Reſolutionibus, quam in Apoſtolico Brevi adjectam; e converſo autem Cepitulum contendens, controverſum Breve abſque ullo obreptionis, vel ſubreptionis vitio ad tramites Reſolutionum hujus S.C. fuiſſe impetratum, ideoque executioni demandandum eſſe, ut elideret exceptionem a præfatis Executoribus promotam, coram eodem Epiſcopo deduxerit nonullas Bonorum donationes nuperrime a pluribus Benefactoribus eidem Capitulo factas in ſumma librarum 9500., necnon in quibuſdam Domibus annui redditus librarum 279 ſub conditione, quod ejuſmodi Capitalia, ſi fructus hæreditatis Joſephi Politii aliquando deficerent, celebrationi Miſſarum, & Anniverſariorum ab ipſo præſcriptæ obnoxia maneant, idcirco examen hujus controverſiæ ad hanc S.Congregationem delatæ modo aſſumendum eſt.

Epiſcopus in noviſſima ſua Relatione, quæ circumferetur, diſtincte recenſet omnia momenta Cauſæ ſemel, atque iterum coram ſe tractatæ, illudque inter cetera narrat, binos ex quatuor Executoribus Teſtamentariis, qui hodie ſuperſunt, nimirum Priorem novum Societatis Sanctiſſimi Sacramenti, & ſeniorem Canonicum Collegiatæ pro executione Brevis Apoſtolici coram ſe noviſſime inſtetiſſe, Præpoſitum vero, aliumque ex dictis Executoribus primævæ oppoſitioni adhuc inſiſtere.

Perpenſis itaque juribus adducendis, deliberare oportet.

An Breve, de quo agitur, ſit exequendum in caſu &c.

Affirmative.

LEODIEN,. SEU COLONIEN. FRUCTUUM. Anna Salome Comitiſſa de Manderſcheidt Falakenſtem, quæ Canonicatum una cum Decanatu in Collegiata Eccleſia utriuſque ſexus ſub titulo Beatæ Mariæ Virginis in Oppido Thorenſi Leodienſis Dioceſis erecta, necnon Abbatiſſatum in alia ſimili Collegiata ad S. Urſulam intra Coloniam obtinet, in ſupplici libello Sanctiſſimo Domino Noſtro ſub annum 1735. proxime præteritum porrecto, & a Sanctitate Sua ad Sacrum hunc Conſeſſum remiſſo inter cetera exponens, ſe ob contractam in oculis infirmitatem impediri, quominus e Civitate Coloniæ, ubi moram trahit, ad Oppidum Thorenſe ſe conferat, ibique debitam reſidentiam apud præfatam Eccleſiam B. M. V. expleat, enixe poſtulat, ab onere reſidendi in ſæpedicta Collegiata diſpenſari, ſimulque injungi illius Capitulo, ut donec ex dicta oculorum infirmitate convaluerit, fructus omnes tam ex Decanatu, quam ex Canonicali Præbenda provenientes pro rata medii anni ſibi tradantur. *Seſſ.24.c.12. de ref.*

Aſſertam ſuorum oculorum infirmitatem ex allato trium Medicorum teſtimonio ſatis probatam eſſe, contenditOratrix, ſubindeque aſſerens, ſe ante hoc infortunium conſuevisse in d.Collegiata quolibet anno per ſex conſuetos menſes reſidere, ei ſedulo, ac laudabiliter inſerviendo, petitionem ſuam fulciri authumat tum Reſcripto Honorii II. relato *in Cap. Audientiam. de Cleric. non reſiden.*, & Bonifacii VIII. in *Cap. unic. eod. tit. in 6.* ubi, licet a fructbus, & diſtributionibus quotidianis arceantur ii, qui in ſuis Eccleſiis

non

non resident, eisque negligunt inservire, excipiuntur tamen illi, *quos infirmitas, seu iuxta, & rationabilis corpralis necessitas, aut evidens Ecclesiæ utilitas excusat*, tum praxi Sacræ Congregationis, quæ consuevit Indulta lucrandi fructus Præbendales una cum distributionibus quotidianis elargiri etiam Canonissis, quæ ob infirmitatis impedimentum Divinis nequeunt interesse, ut constat ex Resolutionibus editis in *Tullen. seu Nullius* 12. *Julii* 1721. *lib.* 71. *Decre. pag.* 262. & *in Colonien. Indulti* 5. *Junii* 1734. *lib.* 84. *Decre. pag.* 321.

At Capitulum d Collegiatæ authumans, Oratricem sub obtentu dictæ infirmitatis a sua Ecclesia abesse non posse, alias fructus Canonicalis Præbendæ, quam ibi possidet, amittere, eosque inter ceteros Canonicos, & Canonissas Chori, Ecclesiæquæ servitio incumbentes dividi debere, illius instantiæ contradictorem se præbuit sub triplici fundamento; primo, quod, tametsi unum dumtaxat Canonicatum, vel Beneficium obtinentes ex causa infirmitatis possint a residentia suæ Ecclesię abesse, atque eo tempore, quo ex præmissa causa absunt, non solum fructus Canonicatus, vel Beneficii percipere, verum etiam quotidianas distributiones lucrari, id tamen permissum non reperiatur Canonissis, quæ plura Beneficia, & Dignitates assequuntur, quæve, cum possint Matrimonium inire, non quidem Ecclesiasticæ, sed personæ mere seculares esse dicantur; secundo, quod in illa Collegiata vetus vigeat consuetudo, juxta quam Canonici, & Canonissæ causa etiam infirmitatis nequeant ab ea discedere, sed ibi residere teneantur, si volunt fructus Præbendales, & quotidianas distributiones acquirere; & tertio tandem, quod memorata Anna Salome ex Abbatissatu, quem in Collegiata ad S. Ursulam intra Coloniam retinet, necnon ex Decanatu Collegiatæ Thorensis proventus ad congrua vitæ subsidia satis idoneos percipiat, quin reliquis Præbendæ Canonicalis fructibus, ratione laboris, & servitii tantum debitis, ac jure accrescendi inter inservientes merito repartiendis indigeat.

Cæterum circa quæstionem, num Canonicus ex Apostolica dispensatione, vel alio nomine binos Canonicatus in duabus Ecclesiis obtinens possit interpollatis temporibus in utraque Ecclesia residere, & unicuique per semestre quotannis inservire, adeo ut infirmitate, aut alio legitimo impedimento detentus censeatur in præfatis Ecclesiis præsens, proindeque non solum fructus ex dictis Canonicatibus obvenientes, verum etiam quotidianas distributiones acquirat, notanda sunt ea, quæ ad rem cum aliis tradit *Natta cons.*41. ubi sub finem sic habet -- ,, Non obstat, quod ex quo D Ger-
,, manus habetur in Ecclesia Casalensi pro residente propter ejus infirmita-
,, tem, ut patet ex dicta epistola exhibita, non debet haberi pro residen-
,, te in Ecclesia Astensi propter eamdem infirmitatem, quia fictio non de-
,, bet plus operari, quam veritas, sed si vere D. Germanus in Ecclesia
,, Casalensi resideret, non haberetur pro residente in Ecclesia Astensi, &
,, sic fructus Præbendæ Astensis percipere non debet. Ad ista respondetur,
,, quod D. Germanus potest utroque loco vere residere interpollatis tempo-
,, ribus, & servire per semestre Ecclesiæ Astensi, & per aliud semestre
Ecclesiæ Casalensi, sicut in sanitate facere consueverat &c. Ergo nunc in-
,, firmus haberi potest, ut in utraque Ecclesia residens, & videtur modo
,, geminis, ut ajunt, sellis sedere.

Apostolicus Nuncius ad tractum Rheni super Oratricis precibus auditus, in folio suis literis adnexo, & per manus Eminentiarum Vestrarum circumferendo, relatis rationum momentis, quæ tam Oratricis, quam prælaudati Capituli nomine coram se fuerunt proposita, in hæc verba sententiam suam aperuit ,, Ponderati pertanto esattamente i motivi dedotti hinc inde,
,, sembra, che l' istanza dell' Oratrice non sia ben fondata, e però non am-
,, missibile, massimamente, se si riflette l' osservanza inalterabile, la quale
,, vera-

,, veramente milita in queste Parti della Germania, dimostrando questa,
,, che chi vuol conseguire, e godere de' frutti della sua Prebenda ancorchè
,, indisposto, o infermo, e legitimamente impedito non possa frequenta-
,, re il Coro, sia nondimeno tenuto a dimorare in quel luogo medesimo,
,, ove ha la sua Chiesa, e Beneficio, non togliendo la personale indisposi-
,, zione, che non possa esser presente nel luogo, ancorchè non possa pre-
,, stare il suo servizio alla Chiesa: Ma quando la petizione dell' Oratrice
,, sembrasse ragionevole, ed equa per conseguire dalla Clemenza di No-
,, stro Signore qualche grazia, si crede, che non meriti di essere esaudita
,, al più, che pro rata temporis, in cui fu solita servire alla Chiesa di
,, Thorn.

Omnibus itaque perspectis, dignabuntur Eminentiæ VV. binis Dubiis, quæ consentanee ad Oratricis petitionem subscripta fuerunt, respondere.

I. An Comitissæ Annæ Salome debeantur fructus Præbendæ Canonicalis Ecclesiæ Collegiatæ Thoren. ab anno 1735. non obstante ejus absentia a dicta Ecclesia ex causa prætensæ infirmitatis apud Ecclesiam Collegiatam S. Ursulæ Coloniæ in casu &c.

II. An sit concedendum Indultum in casu &c.

Negative ad utrumque.

LEOPOLIEN. UNIONIS. Georgius Mocki in supplici libello Sanctissimo Domino Nostro sub annum 1732. porrecto, & a Sanctitate Sua ad Sacrum hunc Consessum remisso exponens, Parochialem Ecclesiam in Oppido de Zulkiero hæreditario Serenissimi Jacobi Ludovici Sobieski Regni Poloniæ, & Magni Ducatus Lithuaniæ Principis Regii jamdudum erectam, plurimaque sacra, & pretiosa suppellicti exornatam reperiri, necnon subjungens, se veluti dictæ Ecclesiæ Præpositum penes illam simul cum sex Vicariis, Clero, Concionatore, quatuor Mansionariis, & aliquibus Altaristis residere, ibique Populo Sacramenta ministrare, ac cætera, quæ ad spiritualem animarum curam spectant, laudabiliter exercere, eamdem vero Ecclesiam adeo pauperem esse, ut ex annuis illius redditibus vigintiquatuor dumtaxat ducati aurei de Camera ad onera adnexa subeunda omnino impares percipiantur, postulavit, ut aliam Parochialem, & Præpositurälem Ecclesiam de Kolikof; prævia illius suppressione, memoratæ Ecclesiæ una cum omnibus illius fructibus, & oneribus unire dignaretur; At quia Sacra Congregatio, relata sub diem 14. Novembris 1733. inter supplices libellos Oratoris instantia, censuit, petitam unionem minime concedendam esse, idem Georgius Mocki quin verius laudatus Serenissimus Princeps Jacobus Sobieski cupiens, rem maturius deliberari, obtinuit, ut Causa sub congruo Dubio in Folio describeretur. *Sess. 21. c. 5. de ref.*

Præcipua rationum momenta, quibus redintegrata petitio hodie fulcitur, hæc esse videntur; primo, quod ambæ dictæ Parochiales Ecclesiæ ita sint bonis destitutæ, ut nec earum Rectores ex annuis redditibus congrue sustentari, neque onera unicuique adnexa supportare valeant; secundo, quod eædem Ecclesiæ una tantum germanica leuca inter se distent, proindeque unus, idemque Rector propter loci vicinitatem possit absque spirituali animarum detrimento utrique commode inservire; tertio, quod unus, dumtaxat Rector ad utramque Ecclesiam pluries antea præsentari consueverit, quodque reipsa idem Georgius modernus Rector, seu Præpositus prædictæ Ecclesiæ de Zulkiero, prævia illius præsentatione, & Apostolica dispensatione super Beneficiorum incompatibilitate, Parochialem Ecclesiam de Kolikof obtineat, ibique deputaverit Vicarium, qui populo Sacramenta administret, & cetera animarum curam concer-

nentia exerceat; & quarto denique, quod Capitulum Cathedralis Ecclesiæ petitæ unioni non contradicat, sed eam fieri exoptans consensum suum jam præbuerit, itaut, pro ipsa intercedente Regio Principe utriusque Ecclesiæ Patrono libentius in illam sit inclinandum.

Perpetuas Parochialium Ecclesiarum uniones propter earum inopiam posse etiam ab Episcopis fieri, quando unus idemque Rector, attentis locorum vicinitate, Parochianorum numero possit illis inservire, declaravit Sacrosancta Tridentina Synodus *Sess.*21. *cap.*5. *de ref.* hisce verbis: „ Ut „ etiam Ecclesiarum status, ubi Sacra Deo officia ministrantur, ex dignitate conservetur, possint Episcopi etiam tanquam Apostolicæ Sedis „ Delegati, juxta formam juris, sine tamen præjudicio obtinentium, „ facere uniones perpetuas quarumcumque Ecclesiarum Parochialium, „ & baptismalium, & aliorum Beneficiorum curatorum, vel non cura- „ torum cum curatis propter earum paupertatem, & in ceteris casibus a „ jure permissis, etiamsi dictæ Ecclesiæ, vel Beneficia essent generaliter, „ vel specialiter reservata, aut qualitercumque affecta „: & consentanee ad hanc conciliarem dispositionem Sacra Congregatio Episcopo Fulginatensi suscitanti, num posset duas Parochiales propter earum paupertatem unire, rescripsit: „ Posse Episcopum facere hanc unionem, si „ modo unus Rector valeat omnibus illis Ecclesiis inservire, habita „ ratione vicinitatis locorum, & numeri Parochianorum „: ut in *lib.*2. *Decr.pag.*160. hancque rescribendi normam in aliis casibus, quos subinde proponi contigit semper retinuit & signanter in *Verul.* 1.*Dec.*1708. 11.*Maii* 1709., *&* 28.*Julii* 1713. *in Reatina Unionis Parochialium* 4. *Augusti* 1714. *in alia Fulginaten.* 30. *Januarii* 1723. *& in Cæsenaten.* 31. *Julii ejusdem anni.*

Verumtamen, quia itidem sancitum reperitur, Parochialibus Ecclesiis, quarum fructus adeo exigui sunt, ut debitis nequeant oneribus satisfacere unienda esse Beneficia simplicia, sique id fieri non possit, curandum fore ab Episcopo, ut primitiarũ, vel decimarũ assignatione, aut per Parochianorum symbola, ac collectas, aut qua commodiori ei videbitur ratione, tantum redigatur, quod Rectoris aut Parochiæ necessitati decenter sufficiat, juxta normam ab eodem Sacro Tridentino Concilio traditam *Sess.*24. *cap.*13. *de ref.*; atque dumtaxat permitti solet, easdem Parœcias invicem, & æque principaliter, ut ajunt ob earum inopiam uniri, uti constat ex præcitatis Sacræ Congregationis Resolutionibus, in quibus semper actum fuit de Parochialium unionibus hoc pacto unitis; idcirco ad maturiorem hujus controversiæ decisionem duo sunt ponderanda; alterum nempe, an in hypothesi satis constet, non alia, præter propositam unionem, suppetere media, quibus congruæ Parochi Zulkievensis sustentationi consuli possit; alterum vero, num liceat sæpedictam Parochiam de Kolikof supprimere, eamque alteri Ecclesiæ de Zulkiero adjungere, vel potius expediat, eas invicem, ac æque principaliter ita adnectere, ut si forte earum proventus successu temporis adaugeri contingat, valeant commode separari, & unaquæque a proprio Rectore administrari, secundum ea, quæ adnotata fuerunt in Foliis dierum 12. *Decembr.* 1733. *&* 15. *Januarii* 1735. *in Causa Sancti Miniatis Dissolutionis Unionis, & in Mileten. Dismembrationis.*

His itaque perpensis, decidendum erit.

An sit locus unioni in casu &c.

Expectetur novus Archiepiscopus.

PERU-

PERUSINA PRÆCEDENTIÆ. Exorta controversiæ inter Paschalem Lazzarini Rectorem Cappellaniæ sub invocatione Spiritus Sancti in Cathedrali Ecclesia erectæ, & Carolum Pilorci unum ex Cappellanis, quos a Julio Oradino Fundatore nuncupant Oradinos, num scilicet ille tamquam in possessione suæ Cappellaniæ antiquior debeat isti in Choro, & Processionibus præcedere, disceptata fuerunt duo hæc dubia. Sess.24.c.12. de Ref.

I. An servanda sit consuetudo præcedendi juxta antianitatem possessionis inter Cappellanos residentes in Ecclesia Cathedrali Perusina, itaut Paschalis Lazzarinus præcedere debeat Carolo Pilorci; *& quatenus negativè*.

II. An ordo præcedendi cum ceteris Cappellanis residentibus statui debeat juxta antianitatem fundationum in casu &c. Et die 14. Jan. præsentis anni rescriptum fuit. Ad primum, affirmative. Ad secundum, Provisum in primo.

Verum quia præfatus Carolus Pilorci, ceterique Cappellani Oradini, qui in anteacta Causæ propositione jura sua adducere neglexerunt, adversus enunciatam Resolutionem obtinuerunt audiri, deliberandum proinde est.

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

In Decisis, & amplius,

JUVENACEN. Cum paucis ab hinc annis consuevisset Capitulum Collegiatæ, & Parochialis Ecclesiæ Oppidi Terlitii in Festivitate Purificationis Beatæ Mariæ Virginis privatim benedicere nonnullas candelas, easque ad Ædes Archipresbyteri, Domini temporalis dicti Oppidi, aliarumque particularium personarum transmittere, Episcopus Juvenacesis in edicto ad valvas ejusdem Ecclesiæ affixo sub initium anni 1735. præcepit Capitulo sub pœna Interdicti Ecclesiæ ipso facto incurrenda, sibique reservata, ut imposterum servatis Ritibus a rubrica Missalis Romani præscriptis, benedictio, & distributio candelarum sumptibus ejusdem Capituli comparandarum fieret, expresse vetans cuicumque Sacerdoti sub pœna suspensionis a divinis ipso facto pariter incurrenda, ne Candelas prædictas privatim benediceret, ac distribueret. Sess.22. Dec. de obser. & evit. in celeb. Missæ.

Quoniam vero, licet major dicti Capituli pars edicto huic acquievisset, adhuc illius Procurator generalis, nec non alter, uti asseritur, ejusdem Capituli Deputatus enunciatas candelas in alia Ecclesia occulte benedici, easque ad libitum distribui curarunt, idcirco ad normam memorati edicti Collegiata fuit Ecclesiastico interdicto subjecta, atque inobedientes, non obstante appellatione interjecta, & ab Archiepiscopali Curia Barensi admissa, fuerunt suspensione a Divinis innodati.

In hoc itaque rerum statu, negotio ad hanc Sacram Congregationem delato, cum authumet Capitulum, neque præfatum Episcopi Edictum, neque Censuras ab eo post interpositam, & admissam dictam appellationem latas sustineri, ac preterea excipiat, se minime obstrictum esse, candelam ullam benedictam Episcopo sive præsenti, sive absenti tradere, suspensis proinde Censuris, facta fuit illi potestas disputandi tria infrascripta Dubia quæ controversias istas complectuntur.

Sane Capitula in Cathedralibus, & Collegiatis, necnon Parochos in Parochialibus Ecclesiis teneri Candelas in festo Purificationis Beatæ Mariæ Virginis solemniter benedicere, easque suis sumptibus Clero, & Populo distribuere, præscriptum habetur in *Ceremoniali Episc. cap.* 16., & ita resolutum fuisse a Sacra Congregatione Rituum, testantur *Quarant. verb. Miss. Ricc. part.*4. *resol.*309. *de Paroch. par.*1. *cap.*12. *num.*4. *Nicol. in floscul.*

*flofcul. verb. Candelæ. num.3. Gavant. in Manual. Epifc. verb. Benedictio num.*12. ipfifque cavendum effe, ne candelas hujufmodi ad laicorum Ædes tranfmittant, fed eas recipi debere in Ecclefia juxta laudabilem Ecclefiæ confuetudinem, refcripfit Sacra Congregatio Epifcoporum, & Regularium negotiis præpofita, uti referunt *Barbof. de Paroch. d. cap.*12. *num.5. Nicol. in flofcul. verb. Candelæ num.3. verf. in Ecclefia Gavant. in Manual. Epifc. verb. Benedictio num.*13.

Epifcopos vero, ceterofque locorum Ordinarios in id omni ftudio incumbere debere, ut Sacri Ritus, & cæremoniæ in Ecclefiafticis functionibus peragendis ferventur, utque deteftabiles abufus, & corruptelæ, fi quæ forte irrepferint, quavis non obftante appellatione, vel confuetudine etiam immemorabili, removeantur, noviffime fancitum fuit in Concilio Romano *tit.*15. *cap.*1. hifce verbis: „ Cum invifibilia Dei per vifibilia Reli- „ gionis, ac pietatis figna, quæ cæremoniarum nomine cenfentur, intel- „ lecta confpiciantur, Paftoralis noftri muneris curam ad hoc intendimus, „ & ab omnibus fieri volumus, & mandamus, ut in Sacramentorum vi- „ delicet adminiftratione, in Miffis, & Divinis Officiis celebrandis, „ aliifque Ecclefiafticis functionibus obeundis, non pro libito inventi, „ & irrationabiliter inducti, fed recepti, & approbati Ecclefiæ Catholi- „ cæ Ritus, qui in minimis etiam fine peccato negligi, omitti, vel mu- „ tari haud poffunt, peculiari ftudio, ac diligentia ferventur. Quamo- „ brem Epifcopis districtæ præcipimus, ut contraria omnia, quæ in Ec- „ clefiis feu Secularibus, feu Regularibus (iis exceptis, qui proprio, „ vel Rituali, vel Miffali, vel Breviario utuntur a S. Sede probato) „ contra præfcriptum Pontificalis Romani, & Cæremonialis Epifcoporum „ vel Rubricas Miffalis, Breviarii, & Ritualis irrepfiffe compererint, „ deteftabiles tamquam abufus, & corruptelas prohibeant, & omnino „ ftudeant removere, quavis non obftante interpofita appellatione, vel „ immemorabili allegata confuetudine.

Premiffa pertinent ad primum Dubium, aliorum autem Decifio pendet potiffimum a circumftantiis facti in juribus circumferendis enucleandi. Omnibus itaque infpectis, onus erit Eminentiarum Veftrarum pronunciare.

I. An Edictum Epifcopi demandantis fub pœna cenfurarum diftributionem candelarum propriis fumptibus faciendam a Capitulo Terlitii die Purificationis Beatiffimæ Virginis Clero, & Populo fuftineatur; *& quatenus affirmative.*

II. An teneatur dictum Capitulum dare cereum tam Archipresbytero, quam Epifcopo, five alteri tantum ex eis five præfenti, five abfenti.

III. An Cenfuræ latæ per Epifcopum poft interpofitam, & admiffam appellationem a Metropolitano fuftineantur in cafu &c.

Dilata ad fequentem.

Die

Die Sabbathi 22. Septem. 1736.



IN postrema Congregatione habita die 1. currentis mensis non prodiit Resolutio quoad unam tantum Causam mox describendam; ideoque, resumpto folio tunc distributio, dignabuntur Eminetissimi PP. decernere.

JUVENACEN. *Sess.7. c.13. de Sacr., & Sess.22. c.5. de sacrif. miss.*

I. An Edictum Episcopi demandantis sub pena Censurarum distributionem Candelarum propriis sumptibus faciendam a Capitulo Terlitii die Purificationis Beatissimæ Virginis Clero, & Populo sustineatur, & *quatenus affirmative*.

II. An teneatur dictum Capitulum dare cereum tam Archipresbytero, quam Episcopo, sive alteri tantum ex eis, sive præsenti, sive absenti.

III. An Censuræ latæ per Episcopum post interpositam, & admissam appellationem a Metropolitano sustineantur in casu &c.

Ad primum, affirmative. Ad secundum, affirmative dummodo sit præsens. Ad tertium, affirmative, & ad mentem.

SEGNEN. MATRIMONII. Detrectante Quirino Chiudinovich. sponsalia, quæ cum Puella Clara Staniceo inierat, exequi, eadem Clara, ut suo honori, suæque familiæ decori, quem sub spe futuri matrimonii sibi a Quirino promissi graviter læserat, ea meliori, qua posset, ratione consuleret, eumdem Quirinum primum coram Georgeo Volphango Chiolich Vicario Generali, deindeque, eo utpote præfati Quirini consanguineo in suspectum allegato, coram Episcopo in jus vocavit, absolutoque adversus Quirinum Processu, obtinuit sententiam, qua idem Episcopus sub diem 12. Decembris superioris anni declaravit: „ Constare de sponsalibus &c. initis inter Nobilem Quirinum Chiudinovich cum „ Clara Staniceo, & consequenter eumdem Quirinum teneri, & obligatum esse Matrimonio in facie Ecclesiæ celebrando sibi jungere „ Claram Staniceam, illatamque injuriam commutativa justitia reparare. *Sess.24. c.1. de ref. Matr.*

Ad impediendam sententiæ hujus executionem memoratus Quirinus statim excepit, se ante a die nempe 23. Novembris anni 1735. Matrimonium cum alia puella Catarina Lallich coram præfato Vicario Generali, & duobus Testibus contraxisse; utque probaret dictum Matrimonium valide initum fuisse, præter formale tam ipsius, quam dictæ Catharinæ examen, necnon judicialem Vicarii Generalis depositionem, binos Testes, quos Matrimonio interfuisse asserebat, induxit, eorumque alter Georgeus Uragnavin hanc facti seriem recensuit -- „ In primis ivit Quirinus „ Chiudinovich ad Vicarium medio circiter quadrante horæ ante nos, dein „ Petrus Lallich, Catharina Lallich, postea ego, & sic intravimus cubiculum, ingruente nocte, sicque dum fuissemus ingressi, apprehendit „ Quirinus Chiudinovich manu Catharinam Lallich, & genuflexi coram

„ D.Vi-

„ D. Vicario sedente in lecto, dum ingressi sumus, dixerunt flectentes
„ hanc formulam -- Quirinus -- ego accipio Catharinam Lallich pro mea
„ conjuge -- & Catharina dixit -- ego accipio Quirinum pro meo legiti-
„ mo conjuge; quibus auditis, D. Vicarius cæpit loqui -- Quomodo
„ hoc? Quid hoc? Hoc non potest esse, hoc Matrimonium non valet --
„ subjungens -- Ego non audivi formulam, -- ad quæ replicarunt formu-
„ lam clarius dicendo -- Ego accipio Catharinam in uxorem -- Cathari-
„ na dixit -- Ego accipio Quirinum pro Marito; Ad quæ iterum D. Vica-
„ rius Generalis cæpit loqui -- Quomodo hoc? Quod istud Matrimo-
„ nium non valeat, & amplius non dixit, se non audivisse. Post hæc
„ ego discessi; Quirinus autem, & Lallich remanserunt loquentes cum
„ Vicario; -- alter vero nomine Petrus Lallich in hæc verba deposuit --
„ Eram rogatus a mea Sorore, & Quirino, ut irem actum Testem Ma-
„ trimonii, quod intendunt facere, sicque ivimus in primis Ego, & Qui-
„ rinus, mea Soror, & D Georgeus Uragnavin coram D. Vicario,
„ & Parocho Brigniensi, ubi intravit in primis Quirinus Domum. quæ
„ cum esset clausa, aperuimus, dein ego post illum, postea mea Soror,
„ & Georgeus Uragnavin in cubiculum D. Vicarii, ibique coram Nobis
„ accepit Quirinus Chiudinovich meam Sororem per manum, procedentes
„ ambo ad genua, dixit, se illam accipere pro sua legitima conjuge;
„ similiter & mea Soror dixit, accipere se pro suo legitimo conjuge
„ Quirinum Chiudinovich; quibus D. Vicarius incæpit contrariari huic
„ Matrimonio haud valido futuro, & ulmatim se non audivisse, ad
„ quæ iterum Quirinus Chiudinovich dixit clariori voce, accipere se pro
„ vera uxore Sororem meam Catharinam, nam, & illa similiter, se ac-
„ cipere Quirinum præfatum pro suo Marito &c. Post hæc mea soror,
„ Georgeus Uragnavin abierunt, dein paulo post ego, & Quirinus Chiu-
„ dinovich.

Quoniam vero Vicarius Generalis rite interrogatus ita respondit -- Dum
„ sese D. Quirinus Chiudinovich, & D. Catharina Lallich unus erga al-
„ terum disponerent, conjiciens, eosdem contractum forte Matrimo-
„ nialem temerarie attentare velle, me data opera ad murum vertebam,
„ obstupendo, increpando, protestando, sicque affectabam non intelligere
„ quid loquantur, & quid agant, non advertere, prout revera in tali
„ reluctatione mutuum consensum non intellexi, neque etiam mutuam
„ manum strictionem, ut in articulo adverti, ob mensulam interme-
„ diam, quantumvis aliquid dicentes, genuflectente D. Catharina, &
„ ad genua prono, ut mihi tunc videbatur, D Quirino observaverim,
„ -- atque infra subjunxit -- Recordor, me hęc dixisse: Nihil volo audi-
„ re, nihilque esse hujusmodi contractus Matrimoniales, atque plane
„ turpissimum, nobilem virum hac temeraria via Matrimonium quærere
in contemptum judicii adhuc pendentis „; idcirco exorta controversia,
num præfatus Vicarius Generalis afferto Matrimonio ita moraliter præsens
fuisse, ut illud valide initum dici posset, idem Episcopus, semel, atque
iterum convocato suo Consistorio, controversiam hanc dirimendam propo-
suit, subindeque: „ attenta informatione, & relatione Vicarii Genera-
„ lis relativa ad binos juratos testes Petrum Lallich, & Georgeum Ura-
„ gnavin, nec non eorumdem confrontatione in actu Consistorii facta,
„ nempe, quod Quirinum Chiudinovich., & Catharinam Lallich cum
„ præfatis testibus coram se ex improviso comparentes in proprio cubiculo
„ eosdem in fine Matrimonii contrahendi advenisse intellexerit, dispo-
„ tionem unius ex assertis sponsis erga alterum, extensionem mutuam
„ manuum, genuflexionem, & locutionem advertit, quamvis quid loqu-
„ uti sint, non intellexerit ex affectatione, & perturbatione assertis,
„ quodque eosdem acriter increpuerit, quod contra Concilii formam
Ma-

„ Matrimonium attentare præsumant, in spretum pendentis Judicii &c. „ de Consistorii sui voto pro validitate Matrimonii inter eosdem Quiri- „ num Chiudinovich, & Catharinam Lallich pronunciavit.

Porro Memorata Clara, quæ, interjecta adversus enunciatam sententiam appellatione ad supremum hoc Tribunal statim recursum habuit, hodie præmissa duplici juris communis censura altera nempe, quod Matrimonium, quando de illius fœdere agitur, debeat concludenter probari, ad differentiam casus, in quo de Matrimonio disceptari contingat ad effectum legitimitatis prolis, successionis, vel alimentorum præstationis, uti distinguendo, tradunt *Geminian. conf.27.*, *Vvanes. conf.532. num.3. Paris. conf.15. num.37. & seq. Panimoll. dec.19. annot.2. num.6.*, & aliis adductis firmavit *Rot. in Leodien. Matrim.28. Jun.1720. cor. Foscaro*; Altera vero, quod Matrimonium occulte contra formam a Sacrosancta Tridentina Synodo præscriptam initum, utpote non favorabile, sed summopere odiosum, & a Sacris Canonibus improbatum ex depositione Testium, qui vel alteri, vel utrique sponso sint sanguine conjuncti, atque ex facti circumstantiis quoquo modo suspecti, nequeat demonstrari, secundum ea, que ad rem notant *Barbos. in cap. Super eo il 2. sub num.4. in fin. de testib.*, *Molin. de rit. nupt. lib.1. comparat.8. n.30. Guttier. de Matr. c.44. num.15. Boss. eod. tract. c.15. §.6. num.43. Card. de Luc. de Matr. disc.2. num.16. Panimol. dec.19. annot.2. num.23. & Rot. dec.58. num.11. par.7. rec.* authumat ex depositione dictorum Testium haud satis constare, quod Quirinus assertum Matrimonium cum sepedicta Catharina inierit; tum quia res est de Matrimonio, quod contra præscriptum Sacri Concilii Tridentini, & Episcopi Interdictum a præfato Quirino contractum fuisset ut nuptias, quas cum Clara juxta Episcopi sententiam inire obstringebatur, cluderet; tum etiam quia idem Matrmonium in consueto Matrimoniorum libro descriptum non reperitur, sed de eo dumtaxat deponunt Georgeus Uragnavin, Petrus Lallich, necnon Vicarius Generalis, non solum sunt Catharinæ Lallich, & Quirino sanguine conjuncti, atque ob commodum, quod ex dicto Matrimonio eidem Catharinæ obvenit, plurimum suspecti, verum etiam in enarranda præmissa facti serie inter se non parum discordes, uti ex eorum depositione emergere asseritur.

Posito autem, quod sepedictus Quirinus controversum Matrimonium inierit, contendit, validum non fuisse sub fundamento, quod Vicarius Generalis in suo examine constanter fassus est, se haud intellexisse mutuum sponsorum consensum; & quamvis communiter receptum sit, Matrimonii validitati non obstare, si Parochus mutuum Contrahentium consensum non intelligere affectet, juxta resolutiones ab hac sacra Congregatione editas in una *Giennen. 26. Julii 1582.*, *in Sarzanen. 16. Februarii 1648. in Patavina 16. Maii 1699. in Tolentina 28. Novembris 1671. & in Venetiarum 11. Martii 1673.* attamen propugnat, id locum sibi vindicare in casu, quo Parochus, non obstante sua affectatione, consensum ex verbis, vel signis percipiat, secus autem, ubi reipsa nec verba intellexerit, nec viderit signa uti explicant *Vallens. in 4. lib. Decretal. tit.3. num.8. in fin. Sanch. de Matr. lib.3. disp.39. num.6. Guttier. eod. tract. cap.69. sub num.9. Perez dicto tract. dis.40. sect.10. num.3. Tamburin. Oper. moral. lib.8. de Matr. tract.6. cap.2. §.3. num.10. Pax. Jord. elucubr. can. lib.3. tit.7. num.99. tom.1.*, & alii late cumulati *per Ursajam discept. Eccl.2. a num.105. cum plur. seqq. tom.1. part.2.*; At, num istis Authoribus consonet sententia Sacræ hujus Congreaationis, coniici potest ex Resolutionibus editis *in Romana Matrimonii 2. Junii & 24. Julii 1696. & in alia Romana Matrimonii 6. Aug.1721. in Amerina Matrimonii 14. Junii 1715.*, *& in Cæsenaten. Matrimonii 3. Octobris 1716.* quarum pleræque per extensum referuntur penes *Vincent. de Just. de dispensat. Matr. in appendic. cas.18. 21.*, *& 22.*

Circa quæstionem hanc Episcopus in accurata sua relatione sic habet : ,, Per-
,, molestiarũ, quibus afficiebar &c. iterũ proposui dubium utrum contasus
,, de morali præsentia Vicarii in ordine ad Matrimonii hujus validitatem,
,, & Consistoriales omnes &c. affirmative censuerunt &c. Constitit siqui-
,, dem illum intellexisse finem, in quem coram se adstabant Quirinus, &
,, Catharina nempe Matrimonii contrahendi, successive vidisse ge-
,, nuflectentes, manus mutuo offerentes, & postremo utrumque acriter
,, objurgasse, quod indigno plane nobilibus personis more Matrimonium
,, inire præsumant. Quibus omnibus in unum cumulatis, satis probata
,, mihi visa est moralis præsentia Vicarii ad differentiam somno sopiti,
,, aut ebriosi. cujus physica interessentia, & materialis nihil confert ad
,, valorem Matrimonii; in nostro siquidem casu Matrimonii propositionem
,, intellexisse, conspexisse dispositionem, postremo advertisse animum
,, ad id, quod agebatur, fatetur Vicarius, quandoquidem de eo, quod
,, egerint vehementer Sponsos increpuerit, quod sane non fecisset, nisi
,, quid coram se actum fuerit, probe intellexisset. Neque obstare vide-
,, batur assertio, se consensum mutuum non intellexisse, quandoquidem
,, antecedentia, concomitantia, & consequentia a se ipso confessa id re-
,, fellant, neque constet, aures obturasse, aut tantam fuisse animi per-
,, turbationem ut qui propositionem Matrimonii, genuflexionem, porre-
,, ctionem manuum tam clare advertit, his idem patulis auribus in an-
,, gustissimo cubiculo deprehensus consensum bis repetitum nullatenus per-
,, ceperit & tamen (quod plane assequi non poteram) utique sponso exprobra-
,, verit indignam hanc Matrimonium ineundi methodum.

Omnibus itaque perpensis, decidendum erit.

An constet de validitate Matrimonii, in casu &c.

Dilata.

Sess. 21. c. 3., Sess. 22. c. 3. de Ref.

REGIEN. ERECTIONIS CANONICATUS. Ad instantiam Joannis Baptistæ Bonezzi contendentis, erectionem Canonicatus, quem Dominicus Barca in testamento sub annum 1711. condito ordinavit, a Capitulo Collegiatæ Ecclesiæ admittendam esse, necnon ipsum in primum Canonicum a Testatore nominatum, cæterosque Canonicos successores iisdem honoribus, prærogativis, quibus potiuntur cæteri Canonici, debere frui, quemadmodum jussit idem Testator, & in erectione aliorum Canonicatuum observatum est, ad normam Decreti a Sacra Congreg. Rituum editi in altera *Regien.* 8. *Junii* 1652. proindeque reiiciendas fore omnes conditiones a Capitulo in illius receptione adjectas hisce verbis ,, ut salvo assensu Prin-
,, cipissæ de Massa, & Novellariæ uti Patronæ dictæ Collegiatæ, admitta-
,, tur novus Canonicus in Divinis tantum, dummodo tamen non possit
,, ascendere, nec per se, nec per Successores super alios Canonicos, & dum-
,, modo non habeat pariter vocem, nec activam, nec passivam in Capitu-
,, lo, & assignet fundum Sacristiæ pro manutentione suppellectilis sacræ,
,, & alium fundum pro distrrbutionibus, quibus subjacere teneatur ad for-
,, mam Concilii -- *disceptatum fuit hoc Dubium* -- An, & quomodo in Ec-
,, clesia Collegiata Sancti Stephani Novellariæ sit erigendus Canonicatus
,, ordinatus a Dominico Barca in casu &c.

Die vero 19. Novembris superioris anni Sac. Congregatio, opponente inter cætera memorato Capitulo, controversum Canonicatum tot fuisse gravatum oneribus a Testatore, ut ex illius redditibus congrua sustentatio Canonico haud superesset, distulit præmissi Dubii resolutionem, mandavitque, rescribi Episcopo pro meliori informatione juxta instructionem, quæ in his versata est, nimirum cujus valoris, & redditus esset pars Bonorum

a Te-

a Testatore alienata post testamentum, cujus itidem redditus sint bona, quæ modo superextant, & pro fundo dicti Canonicatus assignata fuerunt ad quam summam ascendant onera eidem Canonicatui adnexa, & demum, quæ onera ipse censeret, ad ratam diminutionis Bonorum reduci posse.

Episcopus itaque literis sibi juxta præscriptum datis respondet, partem bonorum, quæ a Testatore sub annum 1712. alienata fuerunt fuisse valoris in summa scutorum 152. & ob 50. annui vero redditus in scutis 12.; Bona, quæ adhuc existunt, & in dotem controversi Canonicatus constituta fuerunt, annuam summam scut. 49. & ob. 55. reddere, pro implemento autem omnium onerum, quæ eidem Canonicatui imposita fuerunt, necessaria esse scuta 40. & ob. 61. subindeque sententiam suam aperiens circa erectionem Canonicatus, atque enunciatam dd. onerum reductionem hæc ait -- „ Quoad
„ reductionem Canonicatus tamquam a Testatore principaliter contempla-
„ ti veluti instrumenti, & corporis ad illi adjuncta onera exequenda, &
„ ferenda, cum pro dote illius sub naturali onere residentiæ, ac manuten-
„ tionis ædificii ruralis exigantur libræ octocentum circiter monetæ Regio-
„ nis efficientes modo scuta 29. & ob. 9. idest scuta viginti septem, & obu-
„ los novem pro onere residentiæ satis superque sufficientia juxta qualita-
„ tem, & ubertatem Regionis, pro manutentione personæ in hujusmodi di-
„ gnitate constitutæ, juncta præsertim infrascripta eleemosyna Missarum,
„ & scuta duo pro dicta manutentione ædificii ruralis remaneant ex redditi-
„ bus bonorum superextantium scuta 20. & ob. 31., cæteris oneribus re-
„ ductis, hanc summam distribuendam, censerem, quoad scutum unum
„ cum dimidio pro onere manutentionis Cappellæ, seu Altaris ipsius Te-
„ statoris, & quoad reliquum in scutis decem & octo, & ob. 81. ÷ assi-
„ gnandum fore pro celebratione tot Missarum ad mentem Testatoris in
„ quantitate pro numero ad arbitrium, & Judicium Sapientissimum EE. SS.
„ definiendo.

His igitur in facto superadditis, ab EE VV. definiendum erit.

An, & quomodo in Ecclesia Collegiata S. Stephani Novellariæ sit erigendus Canonicatus ordinatus a Dominico Barca in casu &c.

Non proposita cum sequentibus.

CREMONEN. MATRIMONII. Nobilis Puella Lucia Agliodolce, quæ sub diem 20. Septembris 1720. nupsit Comiti Joanni Petro Schinchinellio, postquam per biennium Viro cum convixerat, necnon in Monasterio, in quod e domo Viri divertens sese receperat, duobus aliis annis commorata est, indeque egressa paternam domum circa annum 1725. repetiisset, die 6. Septembris 1728. actionem in Episcopali Curia instituit, ut Matrimonium, quod ex vi, metuque sibi a Patre, & Patruo incussis contraxisse authumabat, irritum declararetur; Episcopus autem exponente memorato Comite Schinchinellio, ignotum sibi prorsus esse, quidquid coactionis a Patre, & Patruo adhibitum fuerit, ut eadem Lucia controversum Matrimonium iniret, deindeque hæc subiiciente -- „ Ubi eadem *Sess. 24. c. 9. de Ref. Matr.*
„ Domina Lucia intendat super præmissis adhuc insistere, & ulterius
„ progredi, eidem exhibet probatorium terminum non solum cum pro-
„ testatione amplius non assentiendi, ubi eum renuat, sed cum reserva-
„ tione insuper quorumlibet jurium dicto Domino Comiti competentium,
„ & competiturorum „ -- post absolutum Processum a sententia ferenda sese abstinuit, exoptans, quæstionem hanc dirimi supremo Judicio hujus Sacræ Congregationis, ad quam omnia Acta authentica, præfixo utrique Patri termino ad jura sua deducenda, transmisit.

At quia, descripta Causa in Folio diei 22. Martii 1732., adversus præfatæ Luciæ instantiam plura animadversione digna fuerunt proposita, atque inter cætera, num ex allatis documentis satis constaret, assertam vim, metumque illatum fuisse; necnon illum ita perdurasse, ut in eadem Lucia tempore initi Matrimonii vere defuerit liber ille consensus, qui ad connubialem contractum ineundum requiritur, vel potius dici posset non per minas, vel dolum, seu per idoneas rationes, ac suasiones inducta, ut controverso Matrimonio consensum præberet, Sacra Congregatio, dilata ejusdem Causæ definitione, jussit coadjuvandas esse probationes juxta instructionem, quæ fuit, ut Episcopus mandaret, formiter, & cum interrogatoriis dandis a Promotore Fiscali examinari tum ambos Conjuges, tum etiam Matrem præfatæ Luciæ, Lauram Barbò, Joannem Petrum Barbò Virum ejusdem Lauræ, Præpositum Joannem Baptistam Barbò, qui ex delegatione Sponsos conjunxit in Matrimonium, ac Testes matrimoniales, nec non alios Testes, quos ipse ex officio putasset posse deponere de re, de qua agitur, & demum probationes, quæ respicerent tempus subsequens Matrimonii, reciperet.

Episcopus mandatis Sacræ Congregationis obsequuturus curavit, ut non solum præfati Testes, sed etiam Valentinus Cerioli formali examini coram Promotore Fiscali subiicerentur, novumque Processum ex eorum depositione confectum una cum attestatione Patris Antonii Mariæ Carmelitæ Excalceati jam defuncti, & olim Confessarii dictæ Luciæ die 13. Aprilis 1734. transmisit, utque nihil pro decisione hujus Causæ deesset, sub initium superioris anni binas alias attestationes Bartholomæi Paganini Medici: & Magdalenæ Palazzi Roncadelli circa mentis infirmitatem, cui Lucia obnoxia assceritur, ita postulante eadem Lucia, suis literis adnexas dedit; Quocirca, receptis omnibus documentis, quæ ad hujus Causæ decisionem necessaria judicata fuerunt, sæpedicta Lucia modo suas instaurat preces, ut tandem decidatur Dubium, quod infra describetur.

Plura sunt, quæ nomine Oratricis tam ex veteri, quam ex novo Processu proponuntur, ut demonstretur; amorem alterius nobilis Viri, cui se in Matrimonium collocari optabat, illius animum ita præoccupasse, ut nullo pacto ipsa adduci posset, ad obsecundandum voluntati Patris, & Patrui, qui eam destinaverant Sponsam Comiti Schinchinellio, ideoque inter eos hac de re diu certatum fuisse, ipsa acriter adeo repugnante, ut de mentis quoque sanitate fuerit deturbata, sed tandem Patrem, & Patruum tum blandis, tum acerbis verbis, tum minis, aliisque artibus, quas fusius enarrant Testes, obtinuisse, ut puella ad eorum sententiam accedens Matrimonium cum dicto Schinchinellio iniret.

At adversus hæc in facto notandum occurrit, quod sæpedicta Lucia post sibi illatas a prælaudatis illius Patre, & Patruo plures violentias, nec non minas -- „ di privarla della sua Eredità, e tenerla in tutto sogget-
„ ta con rinchiuderla in certi suoi Mezzanini di Villa, di bastonarla
„ con una canna d' India fino a farla diventar nera come un cappello „
adhuc obfirmato animo, constanter detrectavit controverso Matrimonio cum dicto Comite ineundo assentiri, quodque primum Laura Barbò, cui Puella in custodiam tradita fuerat, interrogata, cur Lucia post dictas violentias inducta fuisset ad subscribendum Capitulis Matrimonialibus ita respondit -- „ Fu l' opera del Padre Antonio Maria Confessore della
„ Signora Donna Lucia, con cui fu indotta a sottoscrivere il scritto
„ matrimoniale, e fare il matrimonio, perchè gli fece scrupolo di pec-
„ cato, se non prestava obedienza a suoi Genitori, ed io stessa sentii
„ il medesimo Padre a parlare a detta Signora in questi termini, pri-
„ ma

„ ma che seguisse la sottoscrizione del scritto -- *deindeque Joannes Petrus una cum aliis Testibus deposuit* -- che era riuscito al detto Padre non solamente d' indurre la suddetta Signora Lucia ad acconsentire al parere de' Signori suoi Parenti, ma anche di sottoscriversi ad un scritto di promessa di Matrimonio col Signor Conte Pietro Giovanni Schinchinelli, e che a tanto l'aveva indotta, perchè lo stesso Padre come suo Confessore l' aveva fatto scrupolo di peccato, se in tal affare non obediva a suoi parenti -- *quinimo eadem Lucia requisita* -- se avrebbe acconsentito, se il Padre Antonio Maria non le avesse detto, che peccava mortalmente -- *hoc dedit responsum* -- miga miga, che non avrei acconsentito, ancorchè mi avessero fatte le minaccie, che mi fecero „ -- hinc enim satis colligi videtur, quod, licet enunciatæ violentiæ, necnon minæ ex sua indole, attenta potissimum qualitate ipsius Puellæ adhuc in tenera ætate degentis, & eorum, qui controversum Matrimonium sub eisdem minis extorquere nitebantur, idoneæ esse poterant ad talem metum eidem Puellæ incutiendum, ut invita exoptato Matrimonio consensum præberet, secundum ea, quæ ad rem notant *Sanch. de Matrim. lib.*4. *disput.* 6. *num.* 4. *Ventrigl. in prax. tom.prim. adnotat.*4. §.1. *num.*15. *Panimol. decis.* 19. *num.*12. *& cum aliis Rot. coram Lanc. decis.* 353. *num.* 15.; attamen in præsenti themate satis minime fuisse videntur, ut eam a pristina voluntate dimoverent, nisi illius animus fractus fuisset a prælaudato Pat. Antonio Maria ejus Confessario sub ea objurgatione, quod renuens nuptias cum dicto Comite Schinchinellio inire, ita injuste obsisteret Parentum voluntati, ut in lethalem culpam incideret, atque in ea permanens non posset absolvi; ideoque metus dumtaxat inde conceptus fuerit in causa, quod ipsa tandem cuidam Matrimoniali Syngraphæ subscriberet, ac post nonnullorum dierum intervallum controversum Matrimonium celebraret.

In jure autem, posito, quod metus dumtaxat, aut saltem principaliter ratione suppositi peccati mortalis, nec non denegatæ absolutionis consensum a præfata Puella pro celebrando sæpedicto Matrimonio extorserit, ponderandum est, num metus iste dici possit ab intrinseco potius, quam ab extrinseco provenisse; receptum quippe habetur apud Theologos, & Canonistas, metum ab intrinseco promanantem, sive, ut ajunt, a causa naturali, & necessaria incussum, nimirum ratione mali temporalis, aut spiritualis voluntatem adeo liberam relinquere, ut amplectens statum Religiosum, aut Matrimonium contrahens, urgente metu, sive supplicii ob commissum crimen sibi debiti, sive peccati mortalis, & respective spiritualis pœnæ sibi inde impendendis valide Religionem profiteatur, vel Matrimonium contrahat, queadmodum in communibus terminis tam Matrimonii, quam Professionis ex *Text. in cap. sicut nobis Regul.*, *& leg. si Mulier* 21. *ff. de eo, quod metus causa* communiter ponderant *Joann. Andr. ibidem num.* 4. *Hostiens. num. prim. Ancharan. num.* 6., *Zabarell. num.* 3. *Abb. num.*5., *Gonzal. num.*7., *Fagnan. ibid. num.* 29. *in cap. Si quis num.* 81., *& sequent. eodem tit.*, *Covar. in* 4. *decret. part.*2. *cap.*3. §.4. *num.* 16., *&* 17., *Sot. in* 4. *distinct.*29. *quæst.* 1. *artic.*3. *vers. Hinc primo colligitur*, *& vers. Exurgunt hic tamen*, *Suar. de Relig. tom.*3. *lib.*6. *cap.* 4. *num.* 6. *in fin.*, *& num.* 7., *Sanch. ad Præcept. Decal. lib.* 4. *capit.* 3. *num.* 5., *& de Matrim. lib.* 4. *disput.* 13., *Sperell. decis.* 6. *num.* 11.

Si vero metus pœnæ temporalis, aut spiritualis ob delictum imminentis non fuerit per se, ac sponte conceptus ab eo, qui Religiosam Profes-

 sionem

sionem emisit, aut Matrimonium contraxit, sed fuerit ei ab altero incussus, atque immissus, tunc inspiciendum est, num proposita timendi Causa fuerit vera, & justa, vel potius falso, & dolose suggesta: In primo enim casu timor inde conceptus non adversatur validitati Professionis, vel Matrimonii, cum ex via monstrata ad evadendum periculum pœnæ commisso crimini debitæ auferri potius, quam inferri videatur metus, cui causam dabat ipsum crimen, ut observant *Sanch. ad Præcept. Decal. lib. 4. cap. 3. num. 5., & de Matrimon. lib. 4. disput. 13. dicto num. 3. Less. de Just., & Jur. lib. 2. cap. 40. dub. 3. vers. Sed verius est Sperell. dicta decis. 6. num. 11.* Secus vero in altero, ubi quis Professionem, aut Matrimonium extorqueret, falsam timendi causam dolose proponens, uti innuere videtur *Sanch. de Matrimon. dict. disput. 13. sub num. 1. vers. Tertio probatur, & num. 9. vers. Ad secundum fateor, & ad Præcept. Decal. lib. 4. cap. 3. num. 5. & 6., Sperell. dicta decis. 6. num. 11. vers. Contrarium*, & ad rem conferunt ea, quæ tradunt *Tamburin. oper. moral. lib. 8. de Matrim. tract. 4. cap. 6. §. 2. num. 13. & sequent. Card. de Lugo de Just. & Jur. disp. 22. num. 169.*

Cæterum, cum facile contingere potuerit, ut memorata Puella amore alterius nobilis Viri irretita prius nuptiis per Patrem, illiusque Patruum propositis repugnaverit, deinde vero sciens, ac prudens pristinam voluntatem mutaverit, ita quidem, ut, licet enunciatæ matrimoniali Syngraphæ ex vi, metuque sibi illatis subscripserit, postea tamen Comiti Schinchinellio libere nupserit, adeoque Matrimonium, quod ratione præcedentis metus, si iste ad tempus illius celebrationis perdurasset, irritum fuisset, eo postmodum cessante, validum, firmumque manserit, quemadmodum ex *Text. in leg. prim. §. Metus ff. de eo, quod metus caus.* alias resolvit Sacra Congregatio in *Graviner. 17. Septembris 1725. lib. 75. Decret. pag. 463.*, & firmavit *Rot. in Laccorien. Matrimonii 1. Julii 1726. & 10. Januar. 1727. coram Reverendissimo P. D. Calcagnino, & in Romana Matrimonii 1. Julii 1726., & 2. Maii 1727. coram R. P. D. Ratto*; oportet proinde in facto itidem advertere, quod eadem Lucia interrogata -- *se in questi otto giorni doppo sottoscritto il scritto Matrimoniale fosse a lei esaminata fatta veruna istanza, o premura da suoi Signori Genitori, o dalla Signora Laura, o dal Padre Antonio Maria, o da qualche altra Persona per divenire alla celebrazioue del Matrimonio* -- hoc responsum dedit -- *Fu tornato a scrivere una lettera, con cui mi si faceva intendere, che se voleva lasciar stare di fare il Matrimonio, lo lasciassi, ma io gli risposi di sì, giacchè me l'avevano detto, perchè me l'insinuavano tanto* -- nec non requisita -- *perchè lei acconsentisse al Matrimonio suddetto, non ostante, che in detta lettera scritta dal Padre Antonio Maria avesse inteso, che se voleva lasciar stare di farlo, lo lasciasse* -- sic inquit -- *avevo data parola di sì, e per questo lo feci, perchè il Padre Antonio Maria era venuto meco colle buone, e avevo data parolá alla Signora Laura* -- atque ad interrogationem -- *se avesse scrupolo di coscienza, se non manteneva alla Signora Laura la parola data* -- ita subdit -- *lo feci per consolarli tutti, ne allora aveva alcun scrupolo.*

Immo, quod Lucia tempore celebrari Matrimonii plena libertate illud non contrahendi potiretur, præter præmissam judicialem illius confessionem, confirmari posse videtur, tum ex eo, quod post subscriptam sæpedictam matrimonialem Syngrapham nulla vis illata, nec instantia ulla amplius ei facta fuit, ut Matrimonium, de quo disceptatur, iniret, quemadmodum

modum Laura una cum Petro Joanne Barbò ejus viro rite interrogata in hæc verba testimonium perhibuit -- *dopo la sottoscrizione non si sono più tentati altri passi, nè istanze verso la Signora L. Lucia intorno al mettere in dubio la sua promessa data al Padre Antonio Maria nè in voce, nè in scritto* -- tum etiam ex eo, quod eadem Lucia post dictum subscriptionis actum amplius conquesta non fuit, se ad dictum Matrimonium compelli, sed (uti respondit præfatus Petrus Joannes): *stette sempre con un' indifferenza tale, che non mostrò mai nè piacere, nè dispiacere, anzi stava secondo il suo solito di prima, non essendosi in lei rinovate in questo tempo altre istanze &c., e per quanto mi occorse di vedere, e sapere, non ebbi notizia, che avesse alcun pentimento di aver ciò fatto* -- & consonat depositio ejusdem Lauræ Barbò, quæ examinata -- *se in quel poco tempo, che passò trà la sottoscrizione del scritto matrimoniale, e la celebrazione del Matrimonio nella Chiesa della Levata mostrasse la Signora D. Lucia alcun pentimento della sottoscrizione fatta* -- respondit -- *Lei non dimostrò pentimento alcuno nell' esterno, perchè non si dava a conoscere per niente, nè da me, nè da altri se gli faceva sopra questo altra ricerca* -- tum denique ex formali examine Angeli Mariæ Orsi moderni Parochi Ecclesiæ vulgo nuncupatæ *della Levata*, qui inter cætera, quæ Oratricis petitioni adversari videntur, enarrat, Luciam una cum Laura Barbò Parochialem illius domum adiisse, illucque supervenisse Comitem Schinchinellium, qui eidem Luciæ in signum futuri Matrimonii sponsalitia quædam munera tradidit, deindeque interrogatus -- *come la Signora Lucia si mostrasse poi contenta di tal visita, e ragalo* -- sic ait -- *Mostrò la Signora Lucia di lodarli, dicendo, che erano belli, e quanto alla visita interrogata la Signora Lucia dalla Signora Laura, se gli era piaciuto il Sig. Conte, rispose secondo il suo solito naturale, che gli era più piaciuto allora, che l'altra volta, che l'aveva veduto* -- & demum, facta eidem hac interrogatione -- *se la Signora Lucia nell'atto, che si celebrò il Matrimonio nella Chiesa della Levata, a cui esso Esaminato fu presente per testimonio esprimesse il suo consenso con spirito, ed illarità di volto, o pure dimostrasse qualche ripugnanza, o turbazione* -- in hæc verba testatus est -- *Io fui quello, che avvisai la Signora Lucia d'accostarsi all'Altare per dare il consenso &c.; ed ella con la sua solita modestia si mosse subito, si portò all'Altare, ed interrogata dal Sig. Prevosto Barbò delegato non disse altro, che sì Signore, nè disse altre parole, e ciò disse nè con illarità, nè con turbazione, ma con la sua solita cera.*

Fusius hæc adnotari oportuit, ut non solum ea, quæ dumtaxat nomine memoratæ Luciæ circumferentur, verum etiam cætera, quæ Matrimonii validitati patrocinantur, Eminentissimorum PP. oculis proponerentur. Num autem Jura ejusdem Luciæ propositas exceptiones satis diluant, perpendendum erit ab Eminentiis Vestris, quibus incumbit pronunciare.

An constet de nullitate Matrimonii in casu.

SATRIANEN. JURIUM PAROCHIALIUM. Contendente Clero Oppidi Caggiani, Nicolaum Lepore Archipresbyterum Ecclesiæ Sanctissimi Salvatoris ex annuis redditibus, quos in summa ducatorum quadraginta monetæ Regni Neapolitani ex quodam beneficio sub invocatione S. Margaritæ pridem erecto, & subinde præfatæ Archipresbyterali Ecclesiæ unito percipit, commode sustentari posse, ac propterea se minime teneri ex decimis prænuatim præstare eidem Archipresbytero tumulos sexdecim frumenti, & octo hordei, sed eosdem cedere debere in expensas Epi- *Sess. 24. c. 4. de ref.*

Episcopo dictam Ecclesiam visitanti subministrandas nomine procurationis, itaut, si Episcopus ad visitationem non accedat, idem Clerus nihil teneatur Archipresbytero contribuere, eo autem visitante, liberum adhuc sit ipsi Clero imposterum loco prædictorum frumenti, & hordei necessarios sumptus eidem Episcopo tradere; E contra vero authumante memorato Nicolao Lepore, & ex pluribus, quæ profert, documentis constare, fructus ex dicto Beneficio provenientes ad congrua vitæ subsidia haud idoneos esse, ideoque controversos tumulos frumenti, & hordei sibi pro congrua sustentatione, non autem in assertam Episcopi procurationem tradendos esse, quippe quia hoc nomine consueverit Episcopus ab eodem Clero exigere ducatos 33. in vim concordiæ sub annum 1674 initæ, ac præterea propugnante, Ecclesias S. Catharinæ, & S. Mariæ Græcorum ita sibi, suæque Archipresbyterali Ecclesiæ subjectas esse ut ipse per se, vel per alium Præsbyterum a se deputandum functiones Parochiales ibidem peragere possit, illarum vero Rectoribus uti Cappellanis, & Vicariis ab ipso in animarum curæ exercitio deputatis licitum minime sit ex libris Parochialibus attestationes extrahere. seu id sibi tantum competere uti Parocho totius dicti Oppidi, delata fuit ejusmodi litium congeries ad supremum hoc Tribunal, a quo proinde septem infrascripta Dubia præmissas controversias complectentia ex peculiaribus facti circumstantiis, & ex documentis in utramque partem circumferendis resolvenda erunt.

I. An simplex Beneficium sub invocatione Sanctæ Margaritæ, quo fruitur Nicolaus Lepore uti Archipresbyter Terræ Caggiani, sit Præbenda congrua ipsius Archipresbyteratus; *& quatenus negative*.

II. An contributio tumulorum sexdecim frumenti, & hordei facta a Clero dicto archipresbytero debeatur eidem pro ejus Præbenda, vel potius pro expensis visitationis Episcopi, & ejus æquitatus; *& quatenus affirmative quoad primam partem, & negative quoad secundam*.

III. An, non accedente Episcopo ad visitandum, teneatur Clerus ad præfatam contributionem frumenti, & hordei favore Archipresbyteri.

IV. An in futurum, nolente Clero dictam contributionem frumenti, & hordei amplius præstare dicto Archipresbytero, liceat eidem Clero expensas visitationis subministrare per se ipsum in casu &c

V. An Ecclesiæ S. Catharinæ, & S. Mariæ Græcorum sint independentes ab Ecclesia Archipresbyterali Sanctissimi Salvatoris, sive potius filiales; *& quatenus negative quoad primam partem, & affirmative quoad secundam*.

VI. An Archipresbyter Caggiani possit in illis functiones Parochiales peragere, eoque impedito, alium deputare in casu &c.

VII. An possint asserti Parochi dictarum Ecclesiarum extrahere fides ab eorum libris Parochialibus, sive potius dicta extractio competat soli Archipresbytero in casu &c.

Sess. 25. c. 5. de ref.

JUVENACEN. ADMINISTRATIONIS. Causa hæc descripta fuit in Folio dierum 2. Junii, & 7. Julii currentis anni, discussoque Dubio -- ,, An administratio proventuum spectantium ad Confraternitates, & Loca Pia Terlitii pertineat ad Confratres, & Officiales cum omnimoda ,, independentia ab Episcopo, vel potius erogatio dictorum proventuum ,, facienda sit a dictis Confratribus, & officialibus cum scientia, & ,, approbatione Episcopi in casu &c. *prodiit Resolutio* ,, Negative quoad ,, primam partem, affirmative quoad secundam ad formam Decretorum ,, bon. mem. Episcopi Chiurliæ.

Cum

Cum autem memorati Officiales Confraternitatum, aliorumque Piorum Locorum Oppidi Terlitii authument, non solum administrationem proventuum ad dictas Societates, & Loca Pia spectantium sibi ita libere competere, ut eosdem redditus possint absque scientia, & approbatione Episcopi in usus pios erogare, verum etiam Episcopum non posse ad ejus libitum, sed tantum sub finem cujuslibet anni, si modo dictum Oppidum Terlitii quotannis visitet, redditionem rationis ab eis exigere; propterea ad ipsorum istantiam novæ Audientiæ beneficio adversus dictam resolutionem impetrato utentium duo, quæ sequuntur Dubia, EE. VV. Judicio discutienda proponuntur.

I. *An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.*

II. *An redditio rationis proventuum administratorum, eorumque erogatio facienda sit a Confratribus, seu Officialibus Episcopo in visitatione, seu potius extra ad arbitrium dicti Episcopi in casu &c.*

ASCULANA IN APULIA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. Contendente Nicolao Palma, solemnem Professionem, quam anno 1714. sub religioso Instituto S. Augustini in Conventu S. Mariæ de Populo Civitatis Asculanæ in Apulia emisit, irritam esse ob violentias sibi a Marco Antonio *del Vecchio* extraneo illatas, proindeque sub annum proxime præteritum postulante sibi facultatem impertiri, ut, prævia in integrum restitutione a quinquennio jamdudum elapso jura adversus eamdem Professionem experiri posset, Sacra Congregatio de more impetravit confectionem Processus, quo nuperrime ad Urbem delato, hodie Supremo EE. VV. judicio discutiendum proponitur, num petita in integrum restitutio concedenda sit. *Sess. 25. c. 19. de ref.*

Summa eorum, quæ ex memorato Processu colliguntur, quæve Oratoris petitioni favent, hæc esse videtur; Primo, quod Carolus de Sangro Dux Veteris Nicolaum Palma e Sacro Fonte suscepit, eique Parentibus postmodum orbato legati jure annuos ducatos centum reliquit, atque subinde Scipio ejusdem Caroli ex germano Fratre nepos, & hæres, eum in ætatem annorum tresdecim vix constitutum Neapolim misit, ut sub disciplina, & educatione præfati Marci Antonii *del Vecchio*, qui tunc in dicta Civitate ejus negotia gerebat, operam legali facultati navaret; sed antedictus Marcus Antonius timens, ne memoratus Scipio dictum Nicolaum, cum ad adultam ætatem pervenisset, muneri, ut ajunt, sui Generalis Agentis præficeret, ipsum vero hac occasione ab illo removeret, cœpit pluribus minis, & violentiis eumdem Nicolaum vexare, ut Religionem ingrederetur, eumque in hunc finem sub custodia cujusdam militis Carmini Blandi in cubiculo suæ domus clausum plurium dierum spatio primum retinuit, deindeque in publicum carcerem conjici curavit, tradito adeo tenui cibo, ut tandem Orator ad evadendas hasce Angustias Religionem S. Augustini, quam Marcus Antonius ei ab initio proposuerat, se ingressurum promiserit, uti ex certa scientia testati sunt, & in formali examine confirmarunt idem Carminus Blandi, & Frater Maximus Ruffus, & concordant alii duo testes, qui licet formali examini subjici non potuerint, attamen eorum alter nomine Ioannes Baptista Lamana, interposita jurisjurandi Religione deposuit: „ Come avendo servito alcuni anni il magnifico Dottor Marco „ del Vecchio in detto tempo stava nella sua casa un Giovine di Provi„ denti chiamato Nicola Palma, il qual magnifico Dottor Don Marco del „ Vecchio faceva al detto Giovine grandi Tirannnie, con farlo patire „ di mangiare, e di vestire, con averlo molte volte discacciato dalla „ Casa, con averlo tenuto rinchiuso dentro un Suppingo custodito da un

,, un Soldato chiamato Carmine, con averlo dal detto Sbirro fatto car-
,, cerare, e poi dopo molti giorni fatto scarcerare con averlo vestito
,, Monaco Agostiniano, e subito con detto Soldato Carmine lo mandò
,, in un convento nella Città d'Ascoli in Puglia ,, alter vero nempe Flavius Scaglione testimonium perhibuit ,, Qualmente avendo avuta antica
,, amicizia, e per qualche tempo anche coabitato in sua Casa con il Dot-
,, tor Signor Marco del Vecchio, nella Casa del medemo conobbe un
,, giovane chiamato D. Nicola di Palma, il quale per detto del mede-
,, mo Signor Marco era senza Padre e Madre, ed era dello stato del Signor
,, D. Scipione di Sangro, dal quale era stato raccomandato caldamente,
,, acciò sotto la sua cura si fosse approfittato nello studio della Legge,
,, qual Giovine vedea molto maltrattato di vitto, e vestito, e questo
,, qualche volta discacciato di casa, come ancora sentì d. Flavio un gior-
,, no, che detto Signor Marco lo sforzava a farsi Religioso con gran vio-
,, lenza, nella casa del quale vedeva un Soldato, il quale lo tenea per qual-
,, che tempo ristretto, e credo anche per qualche tempo carcerato in
,, una carcere di questa Città, qual Giovane viddi poi nelle camere di
,, detto Signor Marco vestito Religioso Agostiniano, e subito vestito vid-
,, di partire da Napoli dalla stessa casa per fuori accompagnato dallo stesso
,, Soldato.

Secundo, quod, decurrente probationis anno; idem Nicolaus Religiosum habitum pluries abjecit, fugamque e Novitiatu arripere tentavit, quodque continuo plorans tam ante, quam post emissam Professionem de violentiis sibi a dicto Marco Antonio incussis coram Religiosis, & Connovitiis præfati Conventus sæpius doluit, nec semel protestatus fuit, se ad Religionem a præfato Marco Antonio fuisse compulsum.

Tertio, quod sæpedictus Marcus Antonius, emisso jam Novitiatus curriculo, eumdem militem Carminum Blandi ad Nicolaum misit, quodque Carminus superveniens nomine Marci Antonii dictum Nicolaum coram Connovitiis, & aliis Religiosis in hæc verba fuit allocutus -- ,, Io sono
,, venuto per portarti in Napoli per ordine del Signor Agente del Vec-
,, chio, se farai la Professione, e se non farai detta Professione, ho espres-
,, so ordine da d. Sig. Agente, che ti conduca in Manfredonia con l'istesso
,, Calesso, dove ho ordine assentarti alla guerra, ed imbarcarti per lon-
,, tani Paesi, nè occorre pensare vedere più Napoli se non farai la
,, Professione.

Quarto, quod Orator, auditis prædictis verbis Carmini: ,, incominciò a
,, piangere inconsolabimente, ma essendosene subito uscito d. Uomo da
,, detta camera, si procurò consolare d. Fr. Nicola, il quale diceva sem-
,, pre, che non si voleva far Religioso, a' quali pianti accorse anche un
,, Sacerdote d'Ascoli, il quale udito il fatto, lo consigliò, che se vera-
,, mente non voleva far la Professione, che prima di ammetterla, si fa-
,, cesse protesta di nullità per mano di Notaro; calato da sopra il Con-
,, vento il P. Priore, ma ciò vedutosi da d. Fr. Nicola di Palma, disse in
,, nostra presenza, cioè di esso Attestante, e detti Novizj, ed altri Pa-
,, dri, che lui si voleva protestare di detta Professione, ma perchè il det-
,, to P. Priore, il quale stava assieme con d. Uomo, che pareva Soldato
,, accortosi di ciò, discacciorono il Notaro; onde d. Fr. Nicola tornò
,, a dire in presenza di esso Attestante, detti Novizj, ed altri Padri che
,, non voleva fare d. Professione, alle quali parole disse il Padre Priore
,, in presenza di tutti: Giacchè non vuoi far Professione, e non vuoi
,, esser Religioso, bisogna pagarmi il vitto di un anno d'infermità; ciò
,, uditosi da tutti poi restò attonito d. Fr. Nicola, Ma esortato da detto
,, P. Priore, che fosse andato seco alla Curia Vescovile per fare l'esplora-
,, zione della volontà, il medemo Fr. Nicola di Palma non vi volse in
,, verun

„ verun conto andare ; di più d. Padre Priore l'esortò a confessarsi, e „ communicarsi, il medemo non volse farne niente, ma solamente udí la „ Messa con noi tutti, e finita la Messa se ne salí sopra il Convento detto P. Priore, ed il detto uomo venuto da Napoli, disse ad esso Attestante, ed altri Novizj, e Padri presenti d. Fr. Nicola Palma: Voi „ avete già tutto sentito, e veduto il successo, con che io sono costretto „ a far Professione, e la farò simulatamente per non incontrare più travagli in questo stato, che stò ammalato; peró intendo, che d. Professione simulata sia nulla, ed io vi prego prima di partire, farmene attestato di tutto ció che avete veduto, ed inteso, protestandomi di nullità; „ poco dopo calato il P. Priore coll'istess'uomo venuto da Napoli, ed un „ Notajo, ed il d. Fr. Nicola parlato dal d. P. Priore, si accostò piangendo a fare l'atto della Professione, e nell'atto, che dovea giurare in mano del Notaro, come è solito, il d. Fr. Nicola richiesto del giuramento, disse aver giurato, ma non giurò „ -- Uti in hæc verba testatur Frater Dominicus Isaia, & consonat depositio aliorum Testium, nempe Carmini Blandi, Nicolai Freda, & Michaelis Ardito.

Verumtamen quia controversa Professio, tametsi ab initio fuisset invalida, attamen postmodum ratificata dici posset, vel ex eo, quod Orator, qui modo Sacerdos est, adversus illam nequidem extrajudicialiter reclamaverit, aut ex eo, quod tandiu distulerit, istius invaliditatem judiciario ordine proponere, & tandem ex quo munia, quæ solis Religiosis professis conveniunt exercuerit, indeque petita in integrum restitutio juxta laudabilem Sacræ Congregationis stylum denegari deberet; idem Orator ad excludendam suæ Professionis ratificationem præter proprium formale examen, ubi seriem plurium protestationum a se emissarum recenset, nonnullos induxit Testes, inter quos Frater Thomas Ursomanno deposuit: „ *che sempre il d. Fr. Nicola si è dichiarato publicamente, ed esclamato contro la sua Professione, anzi che circa due anni dopo che professò, mandò al Padre Generale in Roma molti attestati, dalli quali costava detta nullità, per fargli conoscere, che egli affatto nòn era Monaco, e di là poi a certo tempo lo viddi piangere, e domandatone il perchè, mi fece leggere una lettera del Padre Generale continente, che gli aveva brugiati gli attestati sudetti, e che non parlasse più di detta nullità, che lo mosse a compassione &c. di non aver mai voluto accettare uffizj in d. Religiòne, dicendo, che egli non era Religioso, e che forzato una volta dal Padre Maestro Orta Priore di S. Agostino di Napoli ad esercitare l'offizio di Sagrestano, parimenti ricusò, ma solo assistè al Padre Voria fatto Sagrestano per breve tempo, quale assistenza anche rinunziò, dicendo tra di noi che dubitava con questa semplice assistenza pregiudicarsi &c. che molte volte ha mandato in Roma, veduti con proprj occhj i memoriali, ed altre scritture continenti la riclamazione contro la sua pretesa Professione* -- necnon in formali examine ita subjunxit -- *E' vero, che d. P. Palma ha procurata far la sua causa della nullità di sua Professione, ma perchè si brugiarono le d. scritture, e per altri impedimenti, ed anche perchè è stato in luoghi della nostra Religione remoti da questa Città per ubbidienza a' Superiori non ha potuto metterlo in esecuzione.*

Præterea, ut clarius ostendat, se adversus dictam Professionem reclamasse, exhibuit enunciatam Epistolam Patris Generalis, qui Oratori postulanti licentiam Romam veniendi, ut posset nullitatem suæ Professionis judicialiter intentare, in hæc verba rescripsit -- „ *Il volervi richiamare dalla vostra Professione non è motivo a voi di potervi accordare la licenza per trasferirvi in Roma, ma ciò potreste fare con constituire un Procuratore, che faccia le vostre parti, e le scritture trovate in dosso del Converso Fr. Nicola Gallo da voi mandato senza nostra espressa licenza, furono*

rono giustamente consegnate alle fiamme. Potreste però voi per vostro bene quietarvi, e non più pensare a tal riclamazione, che tanto tie ne inquieta la nostra mente, e voi ad attendere unitamente all'imcombenza della vostra vocazione.

Episcopus in Relatione, quam in Superiori anno ad Sacram Congregationem una cum Processu transmisit, post facti seriem latius expositam, concludit, Professionem ab Oratore emissam invalidam esse, nec subinde ratificatam, ideoque eum adversus lapsum quinquennii in integrum restitui debere. Religio autem Oratoris petitioni non contradicit; quo circa ex iis, quæ deducta sunt, Eminentiæ Vestræ dignabuntur rescribere.

An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.

Sess. 22. c. 3. de ref.

ULIXIBONEN ORIENTALIS CANONICATUS, ET PRÆBENDÆ DOCTORALIS. Franciscus Carneiro de Figuesta sub annum 1705. dum publici Lectoris in Universitate Conimbricensi, ac una simul Ministri Tribunalis S. Officii munere fungebatur, Canonicatum, quem vocant, Doctoralem Cathedralis Ecclesiæ Ulixibonen. Orientalis obtinuit, ejusque possessionem, prævio juramento residendi, non obstante quocumque Privilegio Ministris Sancti Officii elargito, adeptus est.

Pollicitam explevit residentiam Franciscus usque ad annum 1722. quo decurrente cum fuerit a Serenissimo Lusitaniæ Rege electus in Rectorem memoratæ Uuniversitatis Conimbricensis, ut plures, quæ in eam irrepserant, inordinationes amovere curaret, ad ejusdem Serenissimi Regis preces a san. mem. Innocentio XIII. per literas in forma Brevis dispensatus fuit ad triennium a residentia sui Canonicatus, cum facultate interim percipiendi fructus omnes, & quotidianas distributiones, non secus ac si Choro, & Officiis Divinis personaliter revideret; deindeq; an 1735. iterum supplicante præfato Serenissimo Rege, ex cujus placito dictum Rectoris munus exercere pergebat, ejusdem Indulti prorogationem a san. mem. Benedicto XIII. ad aliud triennium reportavit.

Elapso jam vero sub mensem Octobris 1728. utroque triennio, & Francisco ad residentiam sui Canonicatus non revertente, distributiones quotidianæ, quæ illi obtigissent, inter Canonicos Divinis Officiis interessentes pacifice dispertitæ sunt, donec idem Franciscus aliud a Sanctissimo Domino Nostro feliciter regnante obtinuit Breve sub datum 8. Martii 1732. quo illi indultum est, ut, durante præfato Rectoris munere, quo tunc temporis adhuc fungebatur, quoscumque fructus, & distributiones quotidianas tam ordinarias, quam extraordinarias percipere posset. At, opponente Capitulo, breve hoc subreptionis vitio infectum esse, præsertim quia Franciscus tacuerat, se ob præcedentem trium annorum absentiam absque indulto denuo obstrictum esse juxta Ecclesiæ statuta ad continuam sex mensium residentiam, quam vocant *amaram*, in eo nempe versantem, ut quilibet Canonicus, si forte post plures annos ab assecutione sui Canonicatus centum triginta dies continuos abfuerit, continuam sex mensium, nullaque die interruptam residentiam iterum inchoare teneatur, idem Franciscus ad removendum hoc obstaculum, alterum a Sanctissimo Domino Nostro sub diem 11. Julii ejusdem anni 1732. impetravit Breve, cujus vigore etiam super dicta amara residentia dispensatus est.

Verum quia hujus pariter Brevis executionem impugnabat Capitulum excipiens, Franciscum incurrisse pœnam amissionis Præbendæ in vim specialium Apostolicarum Constinutionum Alexandri VI., Pii IV, & Innocentii X. statuentium, ut obtinentes in hac Cathedrali Præbendam Doctoralem ipso facto ejus privationi subjaceant, si per mensem absque licen-

licentia Ordinarii, vel Capituli a residentia abfuerint, quas quidem Constitutiones ipse Franciscus, antequam sui Canonicatus possessionem adipisceretur, servare. juramento se obstrinxerat, idcirco tertia vice coactus ille fuit supplicare Sanctissimo, ut, prævia enunciatorum Brevium confirmatione, omnimodam illorum executionem demandare dignaretur, erogando, quatenus opus esset, assertis dictorum Pontificum Constitutionibus; cumque preces istæ fuerint ad hanc Sacram Congregationem remissæ, audito Eminentissimo Cardinali de Acunha, qui multis laudibus cumulatum Franciscum petita gratia dignum esse, retulit, die 24. Julii 1734. prodiit rescriptum *pro omnimoda executione Brevis*.

Ad normam itaque hujus decreti memoratus Franciscus coram Vicario Generali Executore Apostolico pro dictorum Brevium exequutionem instetit, obtinuitque sententiam petitioni suæ conformem, a qua uti ex defectu jurisdictionis, & citationis invalida, necnon sub multiplici æquivoco edita cum appellationem interposuerit Capitulum contendens, utrumque Breve Sanctissimi Domini Nostri a Francisco impetratum pluribus subreptionis, & obreptionis defectibus laborare, quinimmo ob pœnam privationis Canonicatus jampridem ab illo incursam eo penitus spoliandum esse, idcirco, perpensis juribus in utramque partem afferendis onus erit Eminentiarum VV. declarare.

I. *An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.* & quatenus negative quoad primam partem, & affirmative quoad secundam.

II. *An, & quomodo sit providendum in casu &c.*

ROMANA SUBSIDIORUM DOTALIUM, ET CELEBRATIONIS MISSARUM. Sub annum 1597. Marcus Antonius de Florentiis jure donationis, quæ inter vivos nuncupatur, quindecim Loca Montium Provinciarum secundæ erectionis, quorum annuus redditus tunc temporis ad scuta sex cum dimidio pro quolibet ascendens constituebat summam sc. 97. & obulorum 50. reliquit Ven Archihospitali S. Spiritus in Saxia, adjectis inter cetera hisce oneribus. Primo „ che detti Monti per alcun „ tempo non si possino alienare, o vendere, e se a caso si estinguessero, „ vuole, che del Ritratto di essi si comprino altri Monti non vacabili, e „ che rendino l'istessa entrata di sc. 97. e mezzo l'anno trovandosi &c. ed „ il medesimo si farà, se si estinguessero quell'altri compri, volendo per „ sempre, che detto prezzo, e ritratto si converti in ricomprare altri „ Monti non vacabili, ritrovandosi, e non trovandosi, si investa il „ prezzo in tanti Beni stabili, e perchè nel ricomprar detti Monti, e „ Beni stabili forse non basterebbe detto ritratto per far la detta entrata „ di scudi 97. e mezzo l'anno, perciò dichiara, che in tal caso si con- „ tenta, si supplisca con quello, che si doveva spendere quell' anno in „ maritare le infrascritte Zitelle, volendo, quell'anno se ne mariti se „ non una, o niuna, purchè si maritino gl'altri susseguenti, e quando „ saranno compri altri Luoghi, che siano dell'istessa entrata di sc. 97. „ e mezzo l'anno: Secundo, che detto Ospedale &c. ogn'anno dopo la „ morte di d. Signor Marco Antonio sarà tenuto, ed obligato il giorno „ di tutti li Morti far ponere, mentre in d. mattina si dicano gl'Uffizj, „ una torcia di cera bianca di libre quattro alla Sepoltura di d. Marco „ Antonio, che sarà nella Chiesa di S. Silvestro di Monte Cavallo di „ Roma: Tertio, che detto Ospedale, e suoi Ministri ogn'anno, ed in „ perpetuo sia tenuto, ed obligato far fare due Essequie, o Anniversarj „ con Messe cantate, e piccole nell'istessa Chiesa di S. Silvestro per „ l'anima di detto Marc'Antonio da quelli RR. PP. Theatini, ed uno „ di detti Essequj si dovrà dire quel giorno, che d. Marc'Antonio mori- „ rà,

Sess. 22. c. 6 de ref.

„ rá, e l'altro l'ottáva di tutti i Santi, e a dette Essequie vuole, che
„ sian per ogni volta quattro torcie di cera bianca di quattro libre l'una,
„ e che sopra l'Altare Maggiore ci si pongano in quelli giorni dell'Esse-
„ quie sei Candele di cera bianca di mezza libra l'una, e alli Preti, che
„ canteranno intorno al d. Mortorio, si dia a ciascuno una candela di
„ cera bianca di due oncie l'una, e che di dette candele per ogni Essequia
„ se ne comprino libre quattro, che fa tutta d. cera, che si dovrà ogni
„ anno comprare per dette Essequie, libre 50. e vuole, che a detti
„ RR. PP. Theatini per ogni Essequia gli si dia per elcemosina scudi
„ due moneta, che si dovranno per quel giorno spendere dal loro Supe-
„ riore in pietanza per dd. RR PP.: Quarto, che in perpetuo ogni Lu-
„ nedì d. Ospedale, e suoi Ministri sia tenuto, ed obligato far celebrare
„ una Messa particolare per l'Anima del sudetto Marc'Antonio nella
„ Chiesa di S. Spirito all'Altare privilegiato: Quinto, che d. Ospedale,
„ e suoi Ministri siano tenuti, ed obligati in perpetuo ogn'anno far pa-
„ gare scudi 60. di paoli 10. per scudo in Perugia nel giorno dell'Assun-
„ zione di Nostra Donna per maritare due Zitelle da darsegli scudi 30.
„ per ciascuna con patto di restituirla al d. Ospedale in caso, che dette
„ Zitelle, o alcuna di quelle morisse senza figli, da nominarsi dd. Zitelle
„ in vita da d. Marc'Antonio da lui, e dopo sua morte dal più vecchio
„ Sacerdote, che sarà della Casa Florentii &c. *& Sexto demum*, che
„ detto Ospedale per sue fatiche, e cure vuole, che abbia ogn'anno delli
„ sudetti scudi 97. e mezzo quel più avanzerà di essi, detrattine li sc. 60.
„ per il maritaggio delle Zitelle, e spesa dell'Essequie, Messe, e Cera,
„ che si deve il giorno de' Morti mettere alla sepoltura, come sopra.

Secuto memorati Marc'Antonii obitu, primum anno scilicet 1603. clar. mem. Cardinalis Agucchius Præceptor Archihospitalis Sancti Spiritus agnoscens, annuum redditum dictorum quindecim Locorum Montium ita imminutum fuisse, ut summam scut. 75 non excederet, ideoque onera illis adnexa imposterum adimpleri non posse, prævio assensu Nepotum, & Hæredum ejusdem Marci Antonii, enunciata quindecim Loca Montium pro scut. 1537. & obulis 50. alienavit, eaque in Bonis stabilibus, quæ uberiorem fructum redderent, investivit sub lege, quod spatio quindecim annorum supradicta Puellarum dotatio suspendi deberet, donec ex fructibus cumulari posset alia summa scut. 900. indeque constitui certus, ac perpetuus redditus scut. 120. qui in dictorum piorum operum adimplementum erogaretur; subinde vero anno nempe 1623. completo jam enunciato cumulo scut. 900. bon. mem. Fr. Balthaxar Bolognettus tunc ejusdem Archihospitalis itidem Præceptor, necnon præfati Nepotes, & Hæredes Marci Antonii tam pretium Locorum Montium, quam eadem scuta 900. ex dicto augmento retracta super quadam Domo in Burgo Veteri posita, & ad sæpedictum Archihospitale spectante investiri curarunt, communique Partium consensu annua pensio hujusce Domus, quæ tunc annua sc. 140. attingebat, pro rata dictorum scutorum 120. subrogata fuit pro adimplemento piorum onerum, quibus Loca Montium antea gravata reperiebantur, addito inter cætera hoc pacto, quod casu, quo Domus dislocata per aliquod temporis spatium remaneret, & pensiones non currerent, sive minuerentur ex quovis capite etiam inundationis, incendii, ruinæ, seu quovis alio casu, & capite cogitato, & incogitato etiam de necessitate exprimendo, & dicta summa scut. 120. ex illa percipi non posset, aut in omnem casum evictionis generalis, & particularis d. domus, ut infra, seu in casum nullitatis, invaliditatis, rescissionis, vel inobservantiæ præsentis contractus ex quovis capite, & defectu resultantis in quemcumque ex casibus prædictis vel aliquo eorum, liceat ipsis Puellis, & Interessatis in d. donatione, sive dd. DD. Hæredibus, & Nepoti-

potibus supradicti qu. Marci Antonii Florentii, sive eorum Hæredibus se revalere super pensionibus alterius Domus, sive Domorum, vel super fructibus, & redditibus aliorum quorumcumque Bonorum ipsius Hospitalis ad eorum electionem pro concurrenti quantitate dictorum scutorum 120. &c.

In executionem hujusmodi pacti Administratores sæpedicti Archihospitalis ad hæc usque tempora omnia pia onera a Marco Antonio injuncta adimpleverunt, tametsi pensiones præfatæ Domus paulatim ita decreverint, ut ab anno 1692. annua scuta sexaginta non excedant, hodie autem prosequentes instantiam quam sub annum 1725. in supplici libello san. mem. Benedicto XIII. porrecto promovere cæperunt, quamque Summus Pontifex primum bon. mem. Archiepiscopo Valignani Commendatario dicti Archihospitali, deindeque Sacro huic Consessui cognoscendam commisit, contendunt, se minime teneri ex aliis Bonis, & fructibus Archihospitalis supplere, ut dicta pia opera adimpleantur, sed ea reduci debere ad rationem annui redditus, qui ex dicta Domo in præsens percipitur, vel saltem iterum suspendendam esse subsidiorum dotalium distributionem, donec ex cumulo reddituum, qui ex pensione memoratæ Domus, deductis Missarum, & Anniversariorum oneribus, superextabunt, restitui possit Archihospitali ea pecuniarum summa, quæ ex propriis Bonis in adimplementum dictorum onerum hactenus impendit, atque insuper confici valeat multiplicum, ex cujus Capitali retrahatur annua summa scutorum 37. 50. necessaria, ut antiquus redditus scutorum 97. 50. a Marco Antonio constitutus redintegretur, juxta primum ex binis Dubiis, quæ infra describentur.

Rogatus clar. mem. Cardinalis Marefuschius tunc temporis Urbis Vicarius, ut Sacram Congregationem super præmissa Oratorum instantia certiorem reddere, suamque sententiam aperire dignaretur, in doctissimo suo Voto, quod per manus Eminentiarum VV. circumferetur, post relatam facti seriem mox descriptam, censuit -- „ contractum subrogationis præfatæ Do„ mus celebratum a dicto Fr. Balthaxare Bolognetto Commendatario esse „ reducendum ad viam juris, & ad tramites justitiæ, ac æquitatis, di„ ctumque Archihospitale liberandum ab onere supplendi de proprio id, „ quod deficit annuis redditibus Domus, ut supra assignatæ „ -- tum quia enunciatus contractus a solo Commendatario nomine Archihospitalis absque Apostolico Beneplacito, & sine evidenti Loci Pii utilitate invalide celebratus fuerit, tum & præsertim, quia ob valde imminutam annuam pensionem Domus subrogatæ succurrendum sit Archihospitali ex præmisso contractu enormissime læso, juxta juris regulam, qua communiter receptum est, contractum quemlibet tractum successivum habentem licet ab initio justum, si tractu temporis fiat injustus, atque inde alter ex Contrahentibus enormissime lædatur, ad justitiam, & æquitatem, non obstante quovis contrario pacto, aut conventione, reducendum esse, quemadmodum per *Textum expressum in l. Cum quidam ff. de usuris & in cap. Suggestum de decim.* tradunt *Roderic. de ann. reddit. lib. 2. quæst. 15. n. 95. Calvin. de æquit. lib. 1. cap. 82. n. 10. Gob. consul. 6. n. 16. Card. de Luc. de Regular. disc. 2. num. 21. & disc. 5. num. 8. Thesaur. dec. 120. in fin. & dec. 226. per tot. Rot. dec. 81. n. 17. & seqq. par. 18. rec.*, tum demum, quia, diminutis redditibus Bonorum, quæ pro adimplemento alicujus pii Operis constituta fuerunt, ipsum quoque pium Opus debeat imminui juxta *Textum in l. Cum certus numerus ff. de tritic. vin. & ol. & in l. Nomen debitoris. Uni ex Hæredibus ff. de legat. 3.*

Deinde vero modum, quo enunciatus contractus possit ad justitiam, & æquitatem reduci, in hæc verba expressit -- „ Cum Archihospitale ex pretio „ Locorum Montium alienatorum consecutum fuerit summam scuto-

„ rum

„ rum 1537. 50., & alia ſcut. 900. ex augumento, ſeu multiplico Capi-
„ talis, & ſic in totum ſcuta 2437. 50.; ideo ad hoc ut inveſtimentum
„ futuris temporibus evadat magis tutum, & ſecurum exiſtimarem, quod
„ Archihoſpitale teneretur aſſignare tot Loca Montium Cameralium non
„ vacabilium præfatis valoris, quæ juxta pretium currens conſtitue-
„ rent Loca 20. cum dimidio & eorum annuus redditus aſcenderet ad ſcu-
„ ta 61. 50., & cum memorata aſſignatione liberari Domus ipſius Ar-
„ chihoſpitalis, ac inſuper ſuſpendi debeat in futurum ſolutio dotium,
„ donec, & quouſque ex redditibus dd. Locorum Montium, qui ſupere-
„ runt, deductis oneribus Miſſarum, & Anniverſariorum, & reintegra-
„ tione dam. i paſſi per Archihoſpitale a die primæ reclamationis, & ob-
„ tenti Reſcripti a ſan. mem. Benedicto XIII. perficiatur multiplicum,
„ & Capitale tot aliorum Locorum Montium, ex quo retrahi valeat in
„ totum annua ſumma ſcutorum 97. 50. ſecundum antiquum redditum a
„ Fundatore ſtabilitum, quod quidem temperamentum videtur undique
„ conforme voluntati dicti Donatoris, qui, prævidendo caſum diminu-
„ tionis annui redditus ab ipſo aſſignati, demandavit ſuſpenſam remanere
„ dotationem Puellarum, & de facto alia vice, & paulo poſt obitum
„ ipſius Donatoris ſuſpenſa remanſit per annos quindecim præfata dota-
„ tio Puellarum.

Hæc ſunt, quæ in facto circa primi Dubii deciſionem exponenda occurrunt. Sed quia idem Marcus Antonius Florenzj dicto Archihoſpitali injunxit: „ che ſia tenuto far fare due eſſequie, o Anniverſarj con Meſſe cantate, „ e piccole nella ſteſſa Chieſa di S. Silveſtro per l'anima di detto Marc' Antonio da quelli PP. Teatini „ -- quodque dictis Patribus pro utroque Anniverſario traderentur quinquaginta libræ ceræ albæ, & pro quolibet ex illis: „ ſi dia per elemoſina ſcudi due moneta, che ſi dovranno „ per quel giorno ſpendere dal loro Superiore in pietanza „: præfati autem PP. Theatini celebrarunt quidem dicta duo Anniverſaria cum Miſſis cantatis, minime vero Miſſas privatas ſub obtentu, quod a Miniſtris dicti Archihoſpitalis nullum ipſis fuerit ſolutum ſtipendium pro dictis Miſſis, ſed tradita dumtaxat cera in dicta quantitate librarum 50. necnon eleemoſyna quatuor ſcutorum pro Anniverſariis debita: idcirco, contendentibus præfatis Miniſtris Archihoſpitalis, eoſdem PP. teneri dictas Miſſas privatas in Anniverſariis ſub eleemoſyna a Marco Antonio aſſignata celebrare, ſeque nihil præter dictam eleemoſynam eis perſolvere debere, ſubſcriptum fuit alterum Dubium, quod hanc pariter controverſiam inde recens exortam continet.

Ponderatis itaque rationum momentis, quæ nomine Archihoſpitalis circa utrumque Dubium proponuntur, aliiſque in memorato voto clar. mem. Cardinalis Mareſuſchi expenſis, partes erunt EE. VV. reſpondere.

I. *An ſit locus reductioni, ſeu ſuſpenſioni ſubſidiorum dotalium in caſu &c.*

II. *An onus celebrandi Miſſas privatas in Anniverſariis incumbat PP. Theatinis S. Silveſtri ad Montem Quirinalem cum eleemoſyna a Fundatore aſſignata, vel aliquid ſit eis ſupplendum; & reſpective quot Miſſæ privatæ ſint celebrandæ in caſu &c.*

Die Sabbathi 17. Nov. 1736.



AURINEN. ERECTIONIS COLLEGIATÆ. Laurentius Christopharus Barattari modernus Episcopus Fossanensis inter cetera exponens, Civitatem Saviliani tum Populi numero, tum virorum nobilitate præclaram atque illustrem esse, ibique inter plures, quæ reperiuntur, Ecclesias, numerari quoque Regularem Prioratum, seu Parochialem S. Andreæ olim ad Ordinem Canonicorum Regularium S. Augustini spectantem duodecim Cappellis, totidemque Altaribus, Choris, Organis exornatam, necnon sacra supellectili satis instructam, quæ, prævio Indulto exercendi animarum curam per binos Vicarios ad nutum amovibiles, sibi a san. mem. Benedicto XIII. in commendam tradita fuit, prætereaque subjungens, Michaelem Angelum Pronetti usque ab anno 1709. præcepisse, ut sub dote annui redditus librarum 200. vel quatuor Canonicatus, vel duæ Dignitates, & totidem Canonicatus de jurepatronatus suæ Familiæ in præfata Ecclesia erigerentur, binosque alios Canonicatus a Joanne Dominico Morono itidem sub reservatione jurispatronatus favore suæ Familiæ nuperrime fundatos fuisse, constituta pro quolibet dote in annuis libris 450 postulavit, ut eadem Ecclesia S. Andreæ, suppresso Regulari ejus statu, in secularem Collegiatam Insignem, sine præjudicio omnium jurium forsan competentium Ecclesiæ Parochiali S. Petri prout de jure, & quatenus de jure, atque reservato jurepatronatus super enunciatis Canonicatibus favore tam Familiæ Pronetti, quam Familiæ Morono erigeretur, atque in petitæ erectionis Bulla sequentes adjicerentur conditiones. *Sess. 24. c. 12. de Ref.*

Primo, quod loco memorati Regularis Prioratus Abbatia pristino onere Animarum affecta, atque Apostolicis Reservationibus obnoxia in primam, & principalem Dignitatem, Primiceriatus vero, & Thesauratus ex duobus Canonicatibus per Michaelem Angelum Pronetti fundatis in secundam, & tertiam Dignitatem instituantur; Secundo, quod dictas Dignitates, & Canonicatus assecuti ante eorum institutionem debeant ab Episcopo, ad Sacramentales Fidelium Confessiones audiendas approbari easque præter quarumdam Missarum celebrationem teneantur per turnum excipere; tertio, quod singuli Canonici, & Dignitates quartam partem fructuum, quos primo anno percipiunt, in beneficium Sacrarii erogare, libras 45. in massam quotidianarum distributionum conferre, ceterosque proventus Capitulari Mensæ addiicere obstringantur; & quarto denique, quod præfata Abbatia ut supra erigenda ipsimet Oratori in administrationem, naturali ejus vita durante, concedatur, aliæ vero Dignitates, & Canonicatus Personis per Fundatores, vel Patronos nominatis conferantur.

Verum quia novæ hujus Collegiatæ erectioni coram Eminentissimo Pro Datario obstitit Abbas Ecclesiæ S. Petri authumans, Ecclesiam suam ceterarum omnium, & præsertim d. Ecclesiæ S. Andreæ matricem esse; tum quia in præfata Ecclesia Sancti Petri dumtaxat Fons Baptismalis erectus reperitur, necnon Sacrum Oleum asservatur; tum etiam quia tam ipse, quam ceteri Abbates Antecessores in Territorio quoque Ecclesiæ Sancti Andreæ decimas colligere consueverint, itaut quoad prærogativas, & honores eidem Ecclesiæ S. Petri uti aliarum matrici competentes notabile detri-

detrimentum irrogari contingeret, si memorata Collegiatæ erectio concederetur, propterea decisio controversiæ inde exortæ fuit ab eodem Eminentissimo Pro Datario Sacræ hujus Congregationi delegata.

Jussus Archiepiscopus Taurinensis super præmissis Oratoris precibus eamdem Sacram Congregationem instructam reddere, suamque sententiam aperire, post relatam facti seriem mox descriptam, & exposita efficaciora argumenta, quibus memoratus Abbas nititur demonstrare, dictam Ecclesiam S. Petri esse matricem, præmittens in facto, Fontem Baptismalem olim in Ecclesia quoque S. Andreæ ad fuisse, inde postea sub Apostolici Beneplaciti reservatione sublatum, modo autem in Ecclesia dumtaxat S. Petri reperiri, ita tamen ut Parochiani Ecclesiæ S. Andreæ non teneantur suos Infantes baptizandos ad dictam Ecclesiam S. Petri deferre, sed possint in aliis Ecclesiis Civitatis libere baptizari facere, prætereaque enunciatas Decimas, non eo quia Ecclesia S. Petri sit matrix Ecclesiæ S. Andreæ, sed titulo præscriptionis vel oneris, quod Rectori dictæ Ecclesiæ S. Petri incumbit, administrandi Sacramenta Baptismi, & Extremæ Unctionis Populo intra limites Parœciæ S. Andreæ degenti, in istius Territorio colligi consuevisse, infert, sæpedictam Ecclesiam S. Petri haud probari matricem Ecclesiæ S. Andreæ nec ex Fontis Baptismalis retentione, neque ex Olei Sacri asservatione, neque demum ex dictarum Decimarum recollectione, idque confirmari posse, arbitratur, non solum ex eo, quod dicta Ecclesia S. Petri in nullo Pastoralium Visitationum actu fuerit matrix Ecclesiæ S. Andreæ nuncupata, nec quidquam favore assertæ hujus Matricitatis comperitur in tot controversiis decisum, aut declaratum, verum etiam ex arbitramentali sententia trium Advocatorum, qui ad dirimendas contentiones omnes deputati post diligens examen, & accuratam omnium documentorum discussionem nuperrime pronunciarunt, Parochialem Ecclesiam S. Andreæ (salvis prærogativis Abbatialibus Ecclesiæ S. Petri) ab ea omnino liberam, & independentem esse, deinde vero in hæc verba concludit -- ,, Cum igitur nullo jure ex-
,, postulata gratia denegari posse videatur, Eminentiarum VV. favora-
,, bile votum summopere commendarem, concurrentibus maxime om-
,, nibus necessariis requisitis ad hujus gratiæ consecutionem; adest quip-
,, pe, ut superius dixeram, qualitas loci nota digni, adest numerositas
,, Populi, & Cleri, adest structura decora, & capacitas Ecclesiæ, adest
,, abundantia, decentia, & pretiositas sacrarum supellectilium, adest
,, congrua dos pro Canonicorum Præbenda, adest denique totius Civi-
,, tatis desiderium, divinique cultus incrementum, nec deficit benigna
,, approbatio piissimi Regis Nostri, ac demum ipsiusmet Reverendissimi
,, Abbatis consensus, ut ipse mihi fassus est, dummodo (quod justum
,, æque, ac laudabile censeo) in erectionis Bulla interponatur præser-
,, vativa Clausula salvis juribus, & præeminentiis Abbatialibus intra li-
,, mites tamen, & ad formam Decreti fel. rec. Alex. VII. super excessi-
,, bus Pontificalium, ad sedandas lites, & controversias, quæ denuo
,, exoriri possunt inter Clerum, & Monacos prædictos.

Nomine Abbatis nihil hactenus allatum est. Ponderatis itaque iis, quæ superius in facto deducta sunt, quæque in jure ad rem hanc late tradunt *Lotter. de re Benef. lib.* 1. *quæst.* 14. *Barbos. de Canonic. & Dignit. cap.* 2. *in* 8. *& seq. Corrad. in prax. Benef. lib.* 2. *cap.* 1. *Scarfant ad Ceccoper. lucubr. canonic. tom.* 1. *in animadvers. ad tit.* 5. *Eminen. Petra in suis doctissimis Commentariis ad Constit.* 7. *Innoc. IV. sect.* 1. *&* 2. *tom.* 3. inspectaque insuper Resolutione nuperrime a Sacra Congregatione edita sub diem 2. Junii proxime præteriti in *Tranen. Erectionis Collegiatæ*, dignabuntur Eminentiæ VV. respondere.

An sit relaxanda supplicatio, de qua agitur in casu &c.

Dilata ad primam omnino. SEGNEN.

SEGNEN. MATRIMONII. Cum in hujus Causæ propositione habita sub diem 22. Septembris proxime præteriti animadversum fuerit, quod Episcopus Segnensis binas alias Ecclesias administret Modrusiensem scilicet, & Corbaviensem, quodque non satis constaret, num Georgeus Volphangus Chiolich sit Vicarius Generalis Diœcesis Segnensis, vel alterius ex dictis aliis Ecclesiis, necnon dubitatum fuerit, an idem Georgeus tanquam Vicarius Generalis Segnensis potuerit afferto Matrimonio inter Quirinum Chiudinovich, & Catharinam Lallich inito, attenta præsertim Episcopi inhibitione, interesse; idcirco iis, quæ in Folio tunc distributo in utramque partem exposita sunt, duo in facto præstat adjicere; alterum, quod memoratus Georgeus se simpliciter inscribit Vicarium Generalem, in Civitate Segnensi residet, eumque Episcopus in Vicarium suum Generalem nuncupat absque ullo Diœcesis additamento, uti constat ex documentis, quæ hinc inde allata sunt; alterum vero, quod Episcopus Segnensis non Vicario Generali, ut suppositum fuit, sed Parocho Segnensi, totique Capitulo Cathedralis Ecclesiæ interdixerat, ne eorum quisquam auderet conciliare nuptias, quas forte dictus Quirinus in contemptum judicii pendentis, & detrimentum Claræ Staniceo cum qua Sponsalia contraxerat, posset cum alia attentare, quodque id sub pœna dumtaxat excommunicationis, non autem nullitatis Matrimonii prohibuerat, quemadmodum constat ex Relatione, quam idem Episcopus ad Sacram Congregationem transmisit, & tamen in hac materia id peculiare habetur, quod, ut Matrimonium initum etiam contra Summi Pontificis inhibitionem sit invalidum, non sufficit simplex prohibitio, sed expressa, & specifica Matrimonii contrahendi irritatio requiritur, ad tradita per *Abb. in cap. Dissolvendum in fin. de desponsat. impuber. ibique Præposit. n. 9. vers. Aut loquimur Alex. de Nevo in cap. penult. n. 21. eod. tit. Barbos. in cit. cap. Dissolvendum num. 5. Sanchez. de Matrim. lib. 7. disp. 7. n. 11. & alii adducti per Rot. in Magistrali dec. Viennen. Matr. 25. Junii 1703. cor. cl. mem. Card. Scotto.* Sess. 24. c. 1. de ref. Matr.

In jure autem præmittendum est, quod Vicarius Generalis æque, ac Contrahentium Parochus, ex proprio officio, & facultate sibi a Concilio Tridentino tradita *Cap. 1. Sess. 24. de Ref.* potest absque speciali Episcopi commissione Matrimoniorum celebrationi interesse, aliique simplici Sacerdoti licentiam illis assistendi concedere, juxta communem sententiam, quam tuentur adducti per *Sanchez. de Matrim. lib. 3. disp. 29. n. 18. & 19. & Ursayam tom. 1. par. 2. discept. Eccl. 2. n. 156.*, & constat tum ex Rescripto Sacræ Congregationis sub diem 4. Julii 1602. in *Causa quadam Matrimoniali* in hæc verba edito -- *Sacra Congregatio censuit, coram Vicario Generali Episcopi Matrimonium contrahi posse perinde, ac coram Paroco, ut in lib. 10. Decr. pag. 36.* tum ex altero emanato in *Taurinen. Matrimonii 26. Sept. 1697.* promota enim ibi quæstione, num Matrimonium inter Principem Carolum Philippum ex Marchionibus Brandemburgensibus, & Mariam Catharinam Balbianam Comitissam de Salmur initum coram Vicario Generali validum esset, responsum fuit -- *Affirmative, ut in lib. 47. Decr. pag. 454. & seq.*

Hoc enim præmisso, fit manifestum, quod Episcopus Segnensis, sicuti non poterat sub pœna nullitatis proprio Contrahentium Parocho interdicere, ne controverso Matrimonio assisteret, juxta Resolutiones S. Congr. in *Savonen. 2. Martii 1595. lib. 8. Decr. pag. 106.* ita id Vicario Generali prohibere nequivit, ideoque illius interdictum Matrimonium præfatum minime irritavit, cum impedimenta Matrimoniorum dirimentia statuere, eaque sub nullitatis pœna interdicere Summo Pontifici sit reservatum, uti notant *Abbas in cap. penult. in fin. de desponsat. impuber. Ancharan. ibid. n. 7. Pignatell. consult. 151. n. 19. tom. 1.* sed id dumtaxat effecit,

ut idem Matrimonium utpote contra Episcopi inhibitionem celebratum illicitum fuerit, proindeque illud contrahentibus, non obstante memorato Interdicto, debeat salutaris pœnitentia ob contemptum Judicis Ecclesiastici injungi, quemadmodum per Textus expressos in *Cap. Literæ, & in cap. Ex literis de Matrim. contract. contr. interdict. Eccl.* docent *Ancharan in d. cap. Ex literis num. 3. & seqq. ibique Barbos. num. 1. Marian. Soccin. in cap. Licet n. 7. despons. duor. Fagnan. in cit. cap. Literæ n. 19. Sanchez de Matrim. lib. 7. disp. 2. n. 2. & disp. 6. num. 5. & 6.* & firmavit *Rot. in cit. Viennen. Matrimonii 25. Junii 1703. cor. cl. mem. Card. Scotto* per extensum relata per *Ursayam tom. 1. par. 2. discept. Eccles. 8. n. 34. & seqq.*

Postremo ad decisionem præmissæ difficultatis conferre posse videtur Resolutio ab hac Sacra Congregatione edita in *Pistorien. Matrimonii*, in qua, cum Vitus Romigiallus, & Vidua Maria Elisabetha Donati, Matrimonium inter se per verba de præsenti initum coram Testibus, & cor. Thoma Valluchio Curato Ecclesia S. Marci, qui licet non esset Parochus Contrahentium, dixerat tamen, se habuisse licentiam a Vicario Generali Civitatis Pistoriensis prædictos Matrimonio jungendi omissis etiam denunciationibus, uti legebatur adnotatum in libris Matrimoniorum d. Ecclesiæ, contenderet esse validum, eo quia Concilium Tridentinum *Sess. 24. de ref. matr. cap. 1.* præscribat Matrimonium contrahi debere, præsente Parocho, vel alio Sacerdote de ipsius Parochi, seu Ordinarii licentia, & duobus, vel tribus Testibus, & nomine Ordinarii veniat Vicarius Generalis Episcopi, juxta late deducta per *Sanchez. lib. 3. disp. 29. num. 18. & 19.*; contra vero opponeretur, Vicarium Generalem concedere dictam licentiam non potuisse, ex quo Episcopus vero, & Proprio Contrahentium Parocho inhibuerat, ne eos Matrimonio conjungeret, itidemque Vicarium prædictum non concessisse absolutam licentiam, sed conditionatam, quatenus videlicet adfuisset consensus Proximiorum dicti Viti Romigialli; proposita fuerunt duo hæc Dubia.

I. *An constet de validitate Matrimonii in casu &c.* & quatenus negative.

II. *An sit locus illius revalidationi in casu &c.*

Die vero 22. Aprilis 1719. prodiit rescriptum. *Ad primum, affirmative. Ad secundum, satis provisum in primo* -- ut in *lib. 69. Decr. pag. 189.*

His itaque perspectis una cum aliis in memorato folio deductis placeat Eminentiis VV. rescribere.

An constet de validitate Matrimonii in casu &c.

Affirmative.

SEx, quę sequuntur Causæ, resolutionem, quam in superiori Congregatione habita die 22. Septembris labentis anni non obtinuerunt, in præsenti expectant. Resumpto itaque folio tunc distributo, rogantur EE. PP. pronunciare.

Sess. 21. c. 3. de Ref.

REGIEN. ERECTIOIS CANONICATUS.

An, & quomodo in Ecclesia Collegiata S. Stephani Novellariæ sit erigendus Canonicatus ordinatus a Dominico Barca in casu &c.

Erigendam esse Cappellaniam cum oneribus a Testatore præscriptis.

CRE-

CREMONEN. MATRIMONII. Sess. 24. c. 1. de ref. Matr.

An constet de nullitate matrimonii in casu &c.

Dilata, & scribatur Episcopo juxta Mentem.

SATRIANEN. IURIUM PAROCHIALIUM. Sess. 24. c. 4. de ref.

I. An simplex Beneficium sub invocatione Sanctæ Margaritæ, quo fruitur Nicolaus Lepore uti Archipresbyter Terræ Caggiani, sit Præbenda congrua ipsius Archipresbyteratus; *& quatenus negative.*

II. An contributio tumulorum sexdecim frumenti, & hordei facta a Clero dicto Archipresbytero debeatur eidem pro ejus Præbenda, vel potius pro expensis visitationis Episcopi, & ejus æquitatus; *& quatenus affirmative quoad primam partem, & negative quoad secundam.*

III. An, non accedente Episcopo ad visitandum, teneatur Clerus ad præfatam contributionem frumenti, & hordei favore Archipresbyteri.

IV. An in futurum, nolente Clero dictam contributionem frumenti, & hordei amplius præstare dicto Archipresbytero, liceat eidem Clero expensas visitationis subministrare per se ipsum in casu &c.

V. An Ecclesiæ S. Catharinæ, & S. Mariæ Græcorum sint independentes ab Ecclesia Archipresbyterali Sanctissimi Salvatoris, sive potius filiales; *& quatenus negative quoad primam partem, & affirmative quoad secundam.*

VI. An Archipresbyter Caggiani possit in illis functiones Parochiales peragere, eoque impedito, alium deputare in casu &c.

VII. An possint asserti Parochi dictarum Ecclesiarum extrahere fides ab eorum libris Parochialibus, sive potius dicta extractio competat soli Archipresbytero in casu &c.

Ad primum, dilata. Ad secundum, negative, quoad primam partem, & affirmative quoad secundam ad formam sententiæ anni 1574. Ad tertium, affirmative. Ad quartum negative. Ad quintum, sextum, & septimum, dilata, & coadjuventur Probationes hinc inde.

JUVENACEN. ADMINISTRATIONIS. Sess. 22. c. 9. de Reg.

I. *An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.*

II. *An redditio rationis proventuum administratorum, eorumque erogatio facienda sit a Confratribus, seu Officialibus Episcopo in visitatione, seu potius extra ad arbitrium dicti Episcopi in casu &c.*

Ad primum, in decisis. Ad secundum, affirmative, quoad utramque partem in loco Terlitii & amplius.

ASCULANA IN APULIA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. Sess. 25. c. 19. de ref.

An sit locus Restitutioni in integrum in casu &c.

Affirmative.

Sess. 24. c. 3. de Ref.

LIXBONEN. ORIENTALIS CANONICATUS, ET PRÆBENDÆ DOCTORALIS.

I. *An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.*; & quatenus negative quoad primam partem, & affirmative, quoad secundam.

II. *An, & quomodo sit providendum.*

Non proposita cum sequenti.

Sess. 23. c. 1. de Ref.

CONSENTINA PRIVATIONIS, ET CENSURARUM. In Pastorali visitatione sub annum 1733. peracta Archiepiscopus Consentinus deprehendens, Dominicum Perrone Abbatem curatum Parochialium Ecclesiarum Oppidi S. Sixti, & Baccaritii, derelicta usque a die 25. Novembris 1727. cura animarum sibi commissa, Neapolim se contulisse, ibique moram per spatium quinque, vel sex annorum traxisse, *per fare il Soffiante, per fare l'Alchimia, e il Lapis Philosophorum*, quemadmodum deposuerunt plures Testes hac de re examinati, jussit eumdem Dominicum personali citatione moneri, ut infra terminum trium mensium in Arciepiscopali Curia compareret „ Ad dicendum causam, quare „ non deberet declarari, incidisse in pœnas contentas in Sacris Canonibus, „ & Constitutionibus Apostolicis, & in Sacro Concilio Tridentino ob „ discessum a sua residentia, & supradictis Parochialibus Ecclesiis absque „ licentia Archiepiscopi, & propter longam moram in Civitate Neapolis „ extra suam Parochiam maximo cum detrimento animarum sibi com„ missarum absque legitima causa per spatium quinque annorum cum „ dimidio, & ultra, necnon causam, quare non deberet cogi, & com„ pelli etiam per Censuras ad restituendum omnes fructus, & emolu„ menta percepta a dicto Beneficio, a die absentiæ prædictæ in beneficium „ Pauperum, & Locorum Piorum, servata forma, & causam, quare „ non deberet privari, & declarari facto suo privatum dicto Beneficio, „ & alteri conferri, servatis servandis, -- atque in eadem citatione subjungi præcepit -- „ quod alias, dicto termino elapso, prima die juridica „ sequenti absque ulla alia citatione ita incursus, & privatus declarandus foret per publicos Cedulones in Locis solitis affigendos.

At quia memoratus Dominicus Perrone post enunciatam citationem pluries iteratam, eique præsentatam adhuc neglexit mandatis Archiepiscopi obtemperare, noluitque in Archiepiscopali Curia sese præsentare, proinde Vicarius Generalis, accusata semel, bis, ad tertio per Promotorem Fiscalem contumacia ejusdem Dominici, sub die 16. Junii 1735. edidit definitivum Decretum hisce verbis conceptum: „ Visa citatione ad di„ cendum causam quare &c. eidem R. Dominico Perrone Parocho S. Si„ xti, & Baccaritii personaliter notificata, prout ex relatione Cursoris, „ & contumaciis contra eumdem legitime notificatis, visisque viven„ dis &c. decrevit, eumdem Dominicum Perrone Parochum declarandum „ fore, & esse prout ipsum declarat pro causis in præsenti citatione con„ tentis, & in actis deductis incidisse in pœnas contentas in Sacris Ca„ nonibus, Constitutionibus Apostolicis, & in Sacro Concilio Tridenti„ no, nec non eumdem privat, ac privatum declarat Beneficio curato „ Parochialium Ecclesiarum S. Sixti, & Baccaritii, atque pariter ipsum „ Dominicum Perrone Parochum excommunicat, & segregatum a con„ sortio Fidelium declarat, atque ipsum condemnat ad restituendum „ omnes fructus hucusque perceptos a die suæ absentiæ in beneficium „ Pauperum, & Locorum piorum erogandos, proindeque mandavit, „ quod expediantur contra eumdem Cedulones in forma, & affi„ gantur.

Adver-

Adverſus hujuſmodi Decretum provocans ſæpedictus Dominicus primum contendit, illud invalidum eſſe, non ſolum ex eo, quod proceſſerint quidem nonnullæ citationes comminatoriæ pęnarum, quæ in eodem Decreto continentur, nulla autem præmiſſa fuerit citatio ad ſententiam omnino neceſſaria, ut Beneficiatus penes ſuam Eccleſiam reſidere negligens poſſit Beneficio privari, juxta expreſſos Textus *in cap.8. & in cap. ſeq. de Cleric. non reſident.*, verum etiam quia Vicarius Generalis deſtitutus ſpeciali facultate privandi Rectores ſuis Eccleſiis, vel Beneficiis cum nequiverit dictis Parochialibus Eccleſiis deſtituere; Vicarium enim Generalem Epiſcopi non poſſe Beneficia conferre, nec quemquam illis privare, niſi id ſibi ſpecialiter fuerit ab Epiſcopo commiſſum, ſancivit Bonifacius VIII. *in cap. cum in generali, & in cap. Licet de Offic. Vicar. in 6. hiſce verbis* „ Licet in Officialem Epiſcopi per commiſſionem Officii generaliter ſibi factam cauſarum cognitio transferatur: poteſtatem „ tamen inquirendi, corrigendi, aut puniendi aliquorum exceſſus, ſeu „ aliquos a ſuis Beneficiis, vel adminiſtrationibus amovendi transferri „ nolumus in eumdem, niſi ſibi ſpecialiter hæc committantur „ & communiter tradunt *Garz. de Beneſ. par.5. cap.9. num.75. Barboſ. de poteſt. Epiſc. allegat.50. num.74. Ventrigl. in prax. for. Eccl. par.2. annot.14. §.1. num.14. Peregrin. in prax. Vicar. par.1. ſect.2. ſub ſect.1. num. 7. 19., & 22.*

Deinde vero idem Decretum triplici nomine injuſtum quoque eſſe propugnat; primo nempe, quod ipſe non ſit vere, & proprie Parochus dictarum Eccleſiarum, ſed ibi Abbatialem obtineat dignitatem, ſibique onus curæ animarum dumtaxat habitualis, non vero actualis incumbat, itaut, cum non teneatur inſtar veri Parochi præciſam reſidentiam præſtare, & animarum curam per ſe ipſum obire, ſed poſſit eam per Vicarios ſubſtitutos exercere, nequiverit, uti quilibet inferior Parochus, præmiſſis nonnullis citationibus, tametſi abſque Archiepiſcopi licentia, & juxta cauſa a reſidentia diu abſuiſſet ſuis Eccleſiis ſtatim deſtitui, juxta præſciptum Sacri Concilii Tridentini *cap.1. Seſſ.23. de Ref.*, ſed tanquam Abbas ad reſidentiam in ſuis Eccleſiis præſtandam compelli debuerit ad normam, quam idem ſacrum Concilium *Seſſ.24. cap.12. de ref.* in hæc verba præſcribit: „ Præterea obtinentibus in eiſdem Cathedralibus, aut „ Collegiatis Dignitates, Canonicatus, Præbendas, aut Portiones non „ liceat vigore cujuslibet ſtatuti, aut conſuetudinis ultra tres menſes ab „ eiſdem Eccleſiis quolibet anno abeſſe, ſalvis nihilominus eorum Eccleſiarum conſtitutionibus, quæ longius ſervitii tempus requirunt; „ alioquin primo anno privetur unuſquiſque dimidia parte fructuum, „ quos ratione etiam Præbendæ, atque reſidentiæ fecit ſuos. Quod, ſi „ iterum eadem fuerit uſus negligentia, privetur omnibus fructibus, „ quos eodem anno lucratus fuerit; creſcente vero contumacia contra „ eos juxta Sacrorum Canonum conſtitutiones procedatur.

Secundo, quod ipſe, prævia Archiepiſcopi licentia, a ſuarum Eccleſiarum reſidentia diſcedens Neapolim ſeſe contulerit, ibique pluribus gravibus infirmitatibus conflictatus legitime fuerit impeditus, quominus ad reſidentiam reverteretur, ideoque adverſus eum uti juſta infirmitatis cauſa, & cum Archiepiſcopi licentia abſentem per privationem dictarum Eccleſiarum, & Eccleſiaſticas Cenſuras nequiverit procedi, quemadmodum per *Textum in cap. unic. de Cleric. non reſid. in 6. & in cap.1. de Cleric. ægrot.* docent *Fagnan. in cap. Ut Abbates. de ætat. & qualit. num.34. & ſeq. Theſaur. de pœn. Eccl. verb. Beneſ. c.9. verſ. Fruſtra quod;* & firmavit *Rot. dec.499. n.6. part.13. rec. & coram Duran. deciſ.386. in fine.*

Tertio denique, quod Vicarius Generalis eum non ſolum dictis Eccleſiis priva-

privatum uno, eodemque Decreto pronunciavit, & ad restitutionem fructuum, quos, licet a residentia absens, perceperat, obstrinxit, verum etiam majori excommunicatione innodatam declaravit, justitque consuetos cedulones affigi; cum tamen Parochi, ceterique Beneficiorum Rectores a suis Ecclesiis, vel Beneficiis absente per fructuum subtractionem, aut per eorumdem Beneficiorum privationem, vel denique per Ecclesiasticas Censuras ad ibi residendum compelli debeant, non autem possint una simul dictæ pœnæ adversus eos adhiberi, uti sancitum habetur *in cap. De his de accusat. & in l. Senatus ff. eod. tit.*, & ad rem notant *Fagnan. in cap. Quantum num.41. & seqq. de offic. Ordinar.*, *& in cap. Ex tuæ num.20. de Cler. non resident.*, & alii adducti *per Piton., discep. Eccl.133. num.10.*

At præterea. quæ tam in facto, quam in jure circumferentur nomine Promotoris Fiscalis impugnantis potissimum, præfatum Dominicum cum Archiepiscopi licentia, & ex legitima ægritudinis, causa tamdiu a residentia abfuisse, atque insuper authumantis in hoc casu servari non debuisse formam contra Dignitates, & Canonicos absentes præscriptam a Sacro Concilio Tridentino *cap.12. sess.24. de ref.*, sed eumdem Dominicum Perrone licet dd EcclesiarumAbbatem ad residentiam compelli debuisse pœnis statutis a jure communi *tot. tit. de Cleric. non resid.* & ab eodem Sacro Concilio innovatis d. *cap.1. sess.23. de ref.*, quod attinet ad inspectionem, num dictus Dominicus, uti Abbas dictarum Ecclesiarum, teneatur in eis instar Parochorum inferiorum residere plurimum conferre videtur Rescriptum ab hac Sacra Congregatione editum in *Portugallen.*, *& in lib.1. Decr. pag.96.* hisce verbis extensum: „ Rodericus Pincheiro „ Episcopo Portugallensis cum Parochialem Ecclesiam haberet nuncupatam Abbatiam S. Olajæ Oppidi, seu loci de constante Portugallensis „ Diæcesis obtinuit a Sede Apostolica Vicarium perpetuum, in quem „ omnis cura Animarum legitime translata fuit, & Sacramentorum admi„ nistratio. Renunciavit postea hujusmodi Parochialem, quam obtinuit „ in totum Gaspar Riberius, qui nunc a Sacra Congregatione supplicat „ declarari, eum non esse obligatum ad residentiam dictæ Parochialis „ Ecclesiæ, durante vita dicti Vicarii perpetui, in quem legitime omnis „ Animarum cura translata fuit dictæ Parochialis Ecclesiæ. *Sacra Con„ gregatio* ita declaravit, si modo tota curà Animarum translata fuit „ legitime in hanc solum Vicarium perpetuum.

His igitur perpensis, necnon aliis; quæ circa Parochorum residentiam adnotata fuerunt in Foliis dierum 28. Januarii, 3., & 24. Martii labentis anni in Causa *Tarraconen. Residentiæ*, ab EE. VV. deliberandum erit.

An Decretum Curiæ Archiepiscopalis tam quoad excommunicationem, quam quoad restitutionem fructuum, & privationem Abbatiæ Curatæ sustineatur in casu &c.

Die

Die Sabbathi 1. Decemb. 1736.



AURINEN. ERECTIONIS COLLEGIATÆ. Examen hujus Causæ descriptæ in postremo folio die 17. mox elapsi Mensis, dilationem efflagitante Abbate Ecclesiæ S. Petri Civitatis Saviliani, hodierno Consessui reservatum est. Resumpto itaque memorato folio, placeat EE. PP. respondere. Sess. 22. c. 5. de ref.

An sit relaxanda supplicatio, de qua agitur in casu &c.

Dilata ad mentem.

Ex novem Causis, quæ de more in folio superioris Congregationis habitæ dicta die 17. Novembris fuerunt descripta, binæ, quæ sequuntur, ob aliorum negotiorum molem decidi non potuerunt. Hodie igitur ponderatis juribus, quæ hinc inde allata sunt, rogantur Eminentiæ Vestræ rescribere.

ULIXIBONEN. ORIENTALIS CANONICATUS, ET PRÆBENDÆ DOCTORALIS. Sess. 24. c. 4. de ref.

I. *An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.*; & quatenus negative quoad drimam partem, & affirmative quoad secundam.

II. *An, & quomodo sit providendum.*

Ad primum, in decisis, & amplius. Ad secundum, provisum in primo.

COSENTINA PRIVATIONIS, ET CENSURARUM. Sess. 23. c. 1. de ref.

An Decretum Guriæ Archiepiscopalis tam quoad excommunicationem, quam quoad restitutionem fructuum, & privationem Abbatiæ Curatæ sustineatur in casu &c.

Ordinarius procedat ex integro servandis.

ROMANA SUBSIDORUM DOTALIUM. Joannes Baptista Bellonus injunxit Fratribus Conventus S. Nicolai de Tolentino hæredibus ex asse scripsit: „ Che dell'entrate annue dell'eredità debbano dare in „ perpetuo a tre Zitelle di buona fama, e condizione per ciaschedun'anno „ scudi cinquanta di moneta per ciascheduna di dette Zitelle ad effetto di „ monacarsi „: denique declarans premissam dispositionem, cautũ reliquit: „ che, se vi fosse alcuna Zitella, che fosse della mia Parentela, e affinità „ e volesse essere ammessa a d. sussidio dotale; in tal caso detti PP. gli „ diano il doppio, cioè scudi 100. senza però obligare detti PP. a dare „ in quell'anno ad altra terza Zitella il sussidio di scudi 50., di maniera che non sieno tenuti, se non per scudi 150., voglio anche, che „ simile Zitella, che sia parente, come sopra, caso voglia maritarsi, „ possa avere questo sussidio dotale di scudi 50. solamente „: sunt ipsamet verba testamenti sub annum 1648. conditi. Sess. 22. c. 19. de Reg.

Re-

Referens ejusmudi dispositionem Francisca Petronilla Faya supplex exposuit SS. D N., se, suamque filiam Annam Cæciliam ex Jacobo Belloni germano Testatoris Fratre originem trahere, ideoque consanguinitatis vinculo ipsimet Testatori conjunctas esse, Joannem vero Philippum Bambocci virum suum, & respective Patrem præfatæ Annæ Cœciliæ præter tres masculos geminis filialibus gravatum, Bonisque fortunæ omnino destitutum nullam eis dotem posse constituere, proindeque rogavit, ut Sanctitas Sua jubere dignaretur, quod duo ex dd. tribus dotalibus subsidiis, quæ singulis puellis in summa sc 50. quotannis tradenda forent, spatio 10. annorum ita cumulentur, ut inde conflata summa scut 1000. congruam efformet dotem, cujus præsidio Anna Cœcilia modo octennis, cum ad nubilem ætatem pervenerit, sive Matrimonium contrahere, sive Religiosam disciplinam amplecti possit.

At, hisce precibus ad hanc Sacram Congregationem remissis, Fratres Conventus S. Nicolai de Tolentino, quibus incumbit, controversa subsidia dotalia quolibet anno distribuere, cum fuerint de mandato ejusdem Sacræ Congregationis excitati, contradictores sese præbuerunt eo potissimum sub fundamento, quod prædicta Anna Cœcilia nonnisi in septimo gradu Testatori sanguine conjuncta sit, adeoque, vel nullam sibi asserere queat verisimilem ipsius Testatoris prædilectionem, qua cæteris Puellis extraneis præferri mereatur, vel eam dumtaxat, quam Testator ipse expressit, dum prævidens casum concursus alicujus Puellæ sibi consanguineæ, aut affinis, eidem voluit centum scuta pro Dote assignari, si Monasterium ingrederetur, ibique solemnem Professionem emitteret, quinquaginta vero, si in seculo nuberet, quæ sane provisio perspicue ostendat, longe alienam fuisse Testatoris voluntatem ab assignatione Dotis adeo amplæ, uti ab Oratrice petitur, in summa sc mille.

Verumtamen haud diffidens Oratrix, non obstante enunciata contradictione Fratrum Conventus S. Nicolai, gratiam, quam postulat, impetrare, cum obtinuerit, subscribi Dubium inferius apponendum, binis rationum momentis petitionem suam communire satagit: Alterum nempe in eo sistit, quod communiter receptum sit, Puellas Testatori consanguinitatis, vel affinitatis vinculo conjunctas ex verisimili ejus voluntate aliis Puellis extraneis præferendas esse in assecutione subsidiorum dotalium, quæ annuatim incertis Puellis debeant assignari, uti cum aliis ad rem notat *Card. de Luc. de dot. disc.9. num.4. & disc.100. num.5. & in annot. ad Sacr. Concil. Trident. disc.21. num.7.* & rescripsit Sacra Congregatio in *Casalen. Commutationis Voluntatis 7. Dec. 1697. & in Monopolitana Subsidiorum Dotalium 6. Junii 1680.*, quinimmo eadem subsidia dotalia, prævia summi Pontificis dispensatione, ita per aliquod temporis intervallum cumulari posse, ut ex illis conflari valeat congrua dos pro singulis Puellis Testatori sanguine conjunctis, juxta plures Resolutiones ab hac Sacra Congregatione editas in *Romana Applicationis Legati 20. Septembris 1692. in alia Romana Dotium 2. Octobris 1717., & 24. Septembris 1718. in Pistorien. Subsidiorum Dotalium 22. Septembris 1731. in Camerinen. Subsid. Dotal. 8. Augusti 1733.*, & novissime in *Panormitana Subsidiorum Dotalium 20. Augusti 735.* Alterum vero, quod san. mem. Benedictus XIII. hac eadem Sacra Congregatione consulta, sub annum 1725. similem prorsus gratiam Annæ Cœciliæ Carminati uti Testatoris consanguineæ indulserit.

Iis autem, quæ obiiciuntur, respondet, suam, Filiæque suæ cum Testatore consanguinitatem ita compertam esse, ut ipsimet Fratres præpositæ instantiæ adversantes eam fateantur in arbore genealogica, quam produxerunt, ac forte circumferri curabunt, nihil vero sibi officere assertam septimi gradus distantiam, cum Testator, ubi ad Consanguineas, & Affines suas respexit, omnes, quocumque tandem gradu distarent, æque complexus fue-

fuerit; sique eisdem Puellis Religionem ingressuris centum dumtaxat scuta reliquit, quinquaginta vero volentibus Matrimonium contrahere, hoc ideo peregerit, quia tunc minime consideravit casum, quo eædem Puellæ in eo paupertatis statu versarentur, ut alio quocumque dotali subsidio essent destitutæ; secus enim, si id vel longe cogitare potuisset, intra fines parcæ adeo assignationis, qua satis consultum non esset consanguineis, affinibusque suis, provisionem suam minime coarctasset. De cætero, subjunxit Oratrix, tametsi voluntas Testatoris saltem ex conjectura pietatis suis precibus non suffragaretur, inde tamen coercita dici nequiret ampla facultas, qua Summus Pontifex in commutandis ultimis voluntatibus potitur, quamque, suadentibus amplectendæ æquitatis principiis, justissime exercet.

Rogatus Eminentissimus Urbis Vicarius, ut super enunciatis Franciscæ Petronillæ precibus Sacram Congregationem instructam reddere, suumque votum aperire dignaretur, relata facti serie mox descripta, necnon ponderatis exceptionibus, quæ nomine dictorum Fratrum coram eo deducta fuerunt, ita subdit -- ,, Silentio præteriti non possum gravissimam paupertatem, spectabiles mores, honestamque vivendi rationem, & affinitatis vinculum, quod intercedit inter Testatorem, & Oratricem, utpote, quæ suam trahit originem a Jacobo Belloni ipsius Testatoris germano Fratre, in quibus plane terminis aliquid indulgendum videtur tum affinitati, tum etiam inopiæ, & honestati Oratricis, præcipue vero cum nulli inferatur præjudicium, eo quod sit nemini jus quæsitum; proinde censerem, suspendi posse duas ex tribus dotibus non quidem per decennium, sed dumtaxat usque ad complementum subsidii scutorum circiter sexcentorum: in quam sententiam eo facilius descendo, quia præter plura exempla, quæ adduci possent in his terminis, adstipulatur etiam consimilis gratia sub die 27. Novembris 1725 per organum hujus Sacræ Congregationis a san. mem. Benedicto XIII. concessa Puellæ Carminati ejusdem Testatoris consanguineæ, cui uti in gradu magis proximo conjuncti cum Testatore assignatum fuit subsidium scutorum mille cumulandum, prævia suspensione duarum dotium per decennium, ut ad sui libitum, vel in seculo, vel in Domino nubere valeret.

Omnibus itaque perspectis, partes erunt EE.VV. definire.

An sint concedenda subsidia dotalia, de quibus agitur, pro summa scut. 100.; sive potius in qua quantitate in casu &c.

Dilata ad primam.

SYPONTINA. Cum in relatione status Ecclesiæ, quam Archiepiscopus Sypontinus ad præscriptum Constitutionis san. mem. Sixti V sub annum 1731. Sacræ huic obtulit Congregationi, inter cætera exposuisset, se Decreto in Pastorali visitatione edito sub mulcta pecuniaria viginti carolenorũ obstrinxisse singulos Presbyteros servitio Receptitiæ, & Parochialis Ecclesiæ S. Mariæ Majoris in Oppido Ischitellæ erectæ addictos, atque ex decimis, cæterisque Parochialibus emolumentis participantes ad coadjuvandum Parochum ejusdem Ecclesiæ in animarum curæ exercitio, ac præsertim ad præbendam spiritualem opem Infirmis in extremo vitæ periculo constitutis, ac insimul magnopere conquereretur, eosdem Presbyteros sub clypeo appellationis adversus ejusmodi Decretum interjectæ, quidquid sibi imperatum fuerat, prorsus negligere, Sacra Congregatio sub diem 12. Maii 1731. eidem in hæc verba rescripsit. Qui Sacerdotes decimarum participes fiunt, Parocho præstare operam debent in morientium agone, ne hisce ullum desit in tanto discrimine ecclesiasticum subsidium; illi tamen non vi- *Sess. 23. c. 1. de Ref.*

 gin-

ginti carolenorum pœna ad hujusmodi officium inducendi sunt, sed substracta decimarum parte, quæ munus idem sedulo agentibus accedat; Quamobrem poteris cuicumque prætermissæ functioni assignare amissi fructus quotam, idoneamque partem.

Huic itaque Rescripto inhærens Archiepiscopus non solum curavit, ut enunciatum Decretum a præfatis Presbyteris observaretur, verum etiam in novissima Visitatione Parochialis Ecclesiæ S. Leonardi Oppidi S Joannis Rotundi consimile Edictum Sacerdotibus, & Capitularibus Participantibus ejusdem Ecclesiæ hisce verbis denunciavit -- „ Come che tutti li Sacerdoti, „ e particolarmente li Partecipanti sono chiamati in partem solecitudinis, „ e per Coadjutori dell' Arciprete nella cura dell' anime secondo le disposizioni del S. Concilio di Trento, e perciò partecipano delle decime, per „ tanto non hanno scusa di non vo ere coadjuvare il proprio Parocho in d. „ peso, massime nell' assistenza a' Moribondi, e si rendono rei della fraude „ delle decime, quando cio trascurano; per tanto ordiniamo a tutti li Sa„ cerdoti Capitolari sotto pena di non partecipare di dette decime, se chia„ mati mancheranno a tal doveroso impiego, come appunto ordinò la Sa„ gra Congregazione del Concilio a Preti Partecipanti d' Ischitella sotto il „ dì 12. Maggio 1731.

Verum, quia memorati Presbyteri, & Capitulares Ecclesiæ S. Leonardi coram Supremo hoc Consessu ab eo provocarunt, contendentes, ad præmissam assistentiam se minime compelli posse, tum quia Archipresbyter dictæ Ecclesiæ, & quilibet alius Parochus teneatur per se ipsum animarum curam exercere, ac potissimum morientibus Parochianis assistere, quemadmodum cum aliis notant *Fagnan. in cap. Extirpandæ §. Sane num.4. de Præben. Barbosa. ad Concil. sess.23. c p.1. num.48. de ref., & Monacell. in formular. legal. for. Eccl. tom.1. tit 10. formul.18. num.14.*; tum, quia nihil ipsi, vel ex Decimis, vel ex aliis Parochialibus emolumentis participent, ideoque comprehendi non possint sub dicto generali Sacræ Congregationis Rescripto, quod de Presbyteris Decimas, cæteraque Parochialia emolumenta participantibus loquitur; tum demum, quia numerus populi ita paulatim decreverit, ut solus Archipresbyter commode queat spirituali illius saluti per se ipsum incumbere, juxta Resolutiones editas in *in Casalen.* 27. *Julii* 1626. *lib.*13. *Dec. pag.*88. *& in Casertana* 16. *Septembris* 1645. *lib.*17. *Decr. pag.*514. E converso autem Archiepiscopus controversum suum Decretum propugnans, in literis ad Sacram Congregationem super hac re nuperrime datis respondit, se illud edidisse non solum, ut præfato ejusdem S. Congr. Rescripto obsequeretur, verum etiam, ut spirituali illius Populi necessitati, meliori, qua posset, ratione co suleret; ad sedandam proinde obortam controversiam, Supremo Eminentissimorum Patrum Judicio discutiendum subiicitur Dubium, quod infra describetur.

Porro ad hujus negocii decisionem conferre videntur Decreta mox indicanda; Scilicet in Causa *Montis Falisci Onerum Parochialium*, in qua, cum Canonici participarent Decimas, cæteraque emolumenta Parochialia, & tamen recusarent auxiliarem præstare manum Priori Ecclesiæ Collegiatæ Parochiale onus ibidem sustinenti, proposito hoc Dubio -- *An, & quando Canonici Capitulares in exercitio curæ animarum Priorem coadjuvare teneantur* -- die 8. Maii 1706. rescriptum fuit -- *Teneri ad formam sententiæ Episcopi*, ut in *lib.*56. *Decr. pag.*148.

Discussa itidem quæstione in alia Causa *Caputaquen.* sub hisce Dubiis: VI. *An Presbyteri Ecclesiæ Parochialis, & Receptitiæ participantes de Decimis prædialibus teneantur per turnum assistere cuilibet Moribundo juxta Decretum Episcopi, vel potius teneantur tantum coadjuvare eumdem Parochum, ejusque substitutum in concursu, seu copia ægrotantium*; & quatenus

nus affirmativè. VII. *An illi, qui assistere renuunt, sint punctandi super eisdem Decimis* -- sub diem 14. Maii 1729. prodiit hæc Resolutio -- *Ad VI. Presbyteros hortandos esse, non cogendos, nisi in casu necessitatis. Ad VII. Affirmative in casu necessitatis* -- ut in *lib.*79. *Decr. pag.*230.

Et in *Larinen. Decretorum Synodalium*, ubi Episcopus in Synodali Decreto Sacerdotes quoscumque fuerat solum adhortatus, ut Parochis assisterent, Portionariis vero, iis videlicet, qui æque cum Parocho decimas, cæteraque Parochialia emolumenta participant, id expresse præceperat hisce verbis -- *Assistant ergo omnes Sacerdotes præsertim de numero participantium Parochis, & eos, ubi poterunt, non autem in administratione Sacramentorum sine nostra licentia coadjuvent, prout ipsos ad id paterne, & enixe adhortamur, & quoad participantes etiam mandamus* -- inter cætera disputata fuerunt duo hæc Dubia -- IX. *An juxta Decretum ejusdem Synodi, Portionarii Ecclesiarum Matricium partecipantes Massam communem teneantur adjuvare Parochos in cura animarum*, & quatenus affirmative. X. *An prædicti Portionarii teneantur hocmunus Coadjutoris obire absque alio emolumento*, die vero 30. Augusti 1732. responsum fuit -- *Ad IX. Affirmative cum approbatione, & juxta assignationem Episcopi. Ad X. Affirmative*, ut in *lib.*82. *Decr. pag.*125. cui Rescripto apprime consonant literæ sub diem 2. Augusti 1727. ab eadem Sac. Congr. datæ ad Episcopum Montis Marani, cujus Diœcesis est in Provincia Beneventana, ita conceptæ -- *Delata est ad hanc S. Congreg. Concilii notitia, quod Amplitudo tua laudabiliter curat, ne desint Operarii pro Doctrina Christiana edocenda, quodque nonnulli Sacerdotes, etsi de Decimis participent, renuant Parochum in adeo pio, & necessario exercitio coadjuvare; Quamobrem Eminentissimi Patres onerosum Amplitudinis tuæ Zelum summopere commendantes ei præsentes dari voluerunt in eum finem, ut in omnibus executioni mandari faciat Edictum SS. D. N. editum anno* 1693., *& impressum post decimum tertium Concilium Provinciale Beneventanum* -- ut in *lib.* 7. *literarum*.

His igitur ponderatis una cum juribus nomine dictorum Presbyterorum circumferendis, ab EE. VV decidendum erit.

An Presbyteri Capitulares Terræ S. Joannis Rotundi teneantur præstare assistentiam morientibus in casu &c.

Dilata ad sex Menses, & interim Archiepiscopus cogat in casu necessitatis.

CASSANEN. Parochialis Ecclesia S. Mariæ de Colle in Oppido Mormanni pridem erecta ab initio juxta morem Ecclesiarum Regni Neapolitani erat receptitia, subinde vero, ita excrescente Presbyterorum numero, ut annui ejusdem Ecclesiæ proventus congruæ eorum sustentationi impares forent, Vicarius Generalis ex commissione Episcopi, prævio Sacri hujus Consessus oraculo, in actu Pastoralis Visitationis sub annum 1592. peractæ Decretum edidit a san. mem. Paulo V. postea confirmatum, & centum quadraginta annorum spatio observatum, quo constituit non plures imposterum, quam sexdecim Presbyteros ad dictam Ecclesiam aggregandos esse, hac dumtaxat adjecta lege: „ quod, si unus, vel plures Sacerdotes mori contigerit, mortuorum loco alius, vel alii Sacerdotes expectantes, & supranumerarii, qui Ecclesiæ prædictæ in minoribus, & Sacris Ordinibus inservierint, ac ab eorum origine Parochiani ab Ordinario adscripti fuerint quippe in Ordine priores sint, ipso jure, ipsoque facto ad portionem vacantem, protionesque vacantes admittantur, & recipiantur.

Sess. 21. c. 1. & 3. Sess. 23. c. 1. Sess. 24. c. 12. 13. & 14. Sess. 25. c. 18. de reform. & Sess. 22. Decret. de obser. & evit. in celebr. Miss.

Quoniam vero post hujusmodi Decretum ad participationem admitti consueverant Presbyteri Moralem Theologiam prorsus ignorantes, atque in Gregoriano etiam cantu imperiti, necnon in subrogando altero in locum demortui habebatur dumtaxat ratio illius, qui prius Ordinem Presbyteralem susceperat, & longius servitium præfatæ Ecclesiæ præstiterat; idcirco modernus Episcopus die 17. Augusti superioris anni promulgari jussit Edictum hisce verbis conceptum — „ Essendosi da Noi per la longa sperienza di più „ anni non senza nostro grandissimo dolore osservato, che coloro per lo più „ sono ammessi alla partecipazione della Chiesa, e godono delle rendite „ della medesima, che meno degl' altri hanno servita per il passato, ne „ sono presentemente in istato di poterla servire, particolarmente per la „ loro ignoranza così nel canto Gregoriano, come nella Morale Teolo- „ gia; inerendo perciò alli ordini della S. Congreg del Concilio datici sù „ di ciò con lettera de' 30. Giugno del passato anno 1734. facciamo noto, ed „ ordiniamo a tutti gli Ecclesiastici di questa nostra Città di Mormanno, „ che niuno da oggi avanti debba essere ammesso alla participazione della „ Chiesa, se prima non sarà da noi, o dal Nostro Vicario Generale essa- „ minato, e ritrovato sufficientemente instrutto nella Morale Teologia, „ e nel canto Gregoriano; che se il più anziano sarà, o nell' una, o nell' „ altra Professione ritrovato manchevole, si darà luogo al Successore im- „ mediato secondo l' anzianità, il quale dovrà parimente essere essamina- „ to, e così gradatim, e successivamente degl' altri, sin tanto si ritrove- „ rà soggetto capace, ed abile a poter servire la Chiesa.

Adversus hujusmodi Edictum Clerus memoratæ Ecclesiæ S. Mariæ de Colle interjecit appellationem, quam modo prosequens non solum contendit, Presbyteros, qui in demortuorum locum subrogari debent, non esse in Morali Theologia, & cantu Gregoriano juxta enunciatum Edictum examinandos, nullaque Episcopi licentia indigere, ut Presbyterorum participantium cætui cooptentur, neque compelli posse ad quotidianam Divini Officii recitationem in Choro, & Missæ Conventualis celebrationem; multoque minus teneri Anniversario, quod pro Episcopis Defunctis peragitur, interesse, præsertim si nullum emolumentum ab Episcopo præstetur, verum etiam hoc occasione authumat, se posse funerum emolumenta sine præsentia Exactoris Quartæ Episcopo debitæ concordare, ac præterea minime obstringi posse strenam ducatorum sex Episcopo, carolenorum viginti Vicario Generali tradere, cathedraticum persolvere, & taxam contribuere Seminario, conquerens postremo, quod Episcopus illiusque Curia, seu Cancellarius nonnulla exigat emolumenta, vel sibi non debita, vel majora illis, quæ in taxa Innocentiana præscribuntur, quodque nuperrime comminatus fuerit, se velle a Divinis suspendere, aut alia pœna multare quosdam Sacerdotes eo, quia Missam die Dominico inferioribus Ecclesiis dicti Oppidi celebraverant, antequam Parochialis Missa in præfata Ecclesia Sanctæ Mariæ absolveretur quemadmodum præsefert congeries Dubiorum, quæ infra describentur.

Inspectis igitur iis, quæ alias circa similes controversias in jure adnotata fuerunt *in Larinen. Decretorum Synodalium* 26. *Januarii* 1732. *in Murana Mansionariæ* 19. *Novembris*, *in Ferentina* 26. *Martii ad I. Dub.*, *in Montis Marani Missæ Conventualis* 21. *Maii*, *in Cassanen.* 18. *Junii*, *&* 20. *Augusti*, *in Cassanen. Cathedratici*, 21. *Maii* 1735. *& in Baren. Strenæ*, *& Cathedratici* 20. *Dec.* 1732, *& in Vasionen. Taxarum Synodalium* 23. *Januarii* 1734. itidemque ponderatis facti circumstantiis, quæ super singulis infrascriptis Dubiis utrinque expendentur, onus erit Eminentiarum Vestrarum pronunciare.

I. An

I. An ultra qualitates præfinitas in Decreto anni 1592., & in Brevi Pauli V. Presbyteri Ecclesiæ Mormanni admittendi ad participationem debeant examinari in cantu Gregoriano, & Theologia Morali juxta Edictum Episcopi in casu &c.

II. An iidem Sacerdotes ad participationem admittendi debeant reportare licentiam a Curia Episcopali; & an illa gratis sit concedenda in casu &c.

III. An constet de attentatis, & quomodo sit purganda in casu &c.

IV. An teneantur dicti Sacerdotes participantes recitari quotidie Officium in Choro, & canere Missam Conventualem; *& quatenus affirmative*.

V. An, & quibus pœnis ad id sint cogendi.

VI. An dicti Sacerdotes teneantur interesse Anniversario singulis annis pro Episcopis defunctis; *& quatenus affirmative*. An aliquod emolumentum eis præstari debeat ab Episcopo in casu &c.

VII. An licitum sit Clero concordare emolumenta funerum sine præsentia exactoris Quartæ debitæ Episcopo in casu &c.

VIII. An, excepto casu paupertatis Defunctorum, liceat Clero remittere integra funeralia emolumenta; *& quatenus affirmative*.

IX. An, in qua summa, & a quibus Episcopo tali casu debeatur Quarta in casu &c.

X. An idem Clerus teneatur solvere strenam ducatorum sex Episcopo, & carolenorum viginti Vicario Generali singulis annis in casu &c.

XI. An debeat solvere Cathedraticum; *& quatenus affirmative*.

XII. In qua quantitate sit taxandum in casu &c.

XIII. An constet de inobservantia taxæ Innocentianæ; *& quatenus affirmative*. An, & quæ emolumenta debeant restitui in casu &c.

XIV. An diebus Dominicis, & Festis ante Missam Parochialem Sacerdotes valeant Sacrum facere in aliis Ecclesiis Mormanni, præmisso sonitu campanarum; *& quateuns negative*. An contrafacientes pœna suspensionis, vel alia pœna multari possint in casu &c.

XV. An dictus Clerus teneatur solvere contributionem Seminario in casu &c.

Dilata ad sequentem.

SPOLETANA JURIS ASSISTENDI MATRIMONIIS. Cum in Oppido Nursiæ, quod constat ex quinque Parochiis peculiaribus finibus haud inter se distinctis, sed certas Familias sibi subjectas habentibus, vetus vigeat consuetudo, ut Matrimoniorum celebrationi intersit Parochus Sponsi, licet in reliqua Spoletana Diœcesi Parochus Sponsæ nuptias Ecclesiastico ritu conciliare soleat, Rector Matricis Ecclesiæ Sanctæ Mariæ sub annum 1732. cœpit contendere, sibi jus esse assistendi Matrimoniis non solum Exterorum, qui sedem in eo Oppido jam posuerunt, verum etiam Alienigenarum, qui ad idem Oppidum sese conferunt eo tantum consilio, ut in Conjuges sibi adjungant fœminas ibi degentes. deindeque statim cum eis in Patriam revertantur; Parochus autem Ecclesiæ Sancti Benedicti admittens quidem, præfatum Rectorem dictæ Ecclesiæ Matricis posse Matrimonio ab Exteris, qui ibi domicilium contraxerunt, ineundo assistere, eo quia ipse sit habendus tamquam Parochus incolarum, qui inter Familias addictas ipsi Parochiali Ecclesiæ Sancti Benedicti minime recenseantur, negans tamen, idem jus posse ei competere quoad Matrimonia a memoratis Alienigenis contrahen-

Sess. 24. c. 1. de ref.

trahenda, cum eo casu censeri nequeat Parochus proprius neque Sponsi, neque Sponsæ, eidem Rectori Ecclesiæ Matricis contradictorem se præbuit, discussoque ad ipsius instantiam Dubio -- *An Matrimonia ineunda in Terra Nursiæ inter Sponsum forensem domicilium ibi non habentem, & Sponsam Nursinam celebrari debeant coram Parocho Sancti Benedicti Nursiæ tamquam proprio Parocho Sponsæ, seu potius coram Parocho Ecclesiæ Matricis Sanctæ Mariæ dicti Loci in casu &c.*, die 18. Julii dicti anni 1733. obtinuit rescribi -- *Affirmative ad primam partem, & negative ad secundam, & amplius* -- ut in *lib.* 83. *Decret. pag....*

Resolutionem hanc memoratus Rector Matricis Ecclesiæ, impetrato novæ Audientiæ beneficio, hodie nititur impugnare, cumque præcipuum suæ intentionis fundamentum constituere videatur in asserta tum veteri, tum recenti consuetudine sibi suffragante, ut hanc uberius comprobet, juratum aliorum trium Parochorum testimonium profert, itidemque plura exempla ex Matrimoniorum libro desumpta, quibus satis constare authumat, Rectorem Ecclesiæ Matricis Matrimoniis inter Viros penitus Alienigenas, & Mulieres Nursinas celebratis semper interfuisse, additque præterea definitivam Vicarii Generalis sententiam, qua sub annum 1733 pronunciatum fuit, Andream Giorgi, domicilium in Villa Populorum adhuc retinentem veluti Oppidi Nursiæ non indigenam ita in hunc finem subesse Matrici Ecclesiæ ejusdem Oppidi, ut ab istius Rectore in Matrimonium cum Joanna Bucchi ex Parochia Sancti Benedicti conjungi deberet: Inde enim concludi putat, omnia Matrimonia, quæ inter Alienigenas, & Fœminas Nursinas iniri contingat, coram se, suisque Successoribus tamquam propriis ad id Exterorum Parochis contrahenda esse, in vim scilicet alterius quoque antiquissimæ consuetudinis in hoc Oppido vigentis, juxta quam, uti præmissum est, Parochus Sponsi Matrimoniorum celebrationi assistat, cum de cætero communiter in jure receptum sit, tam coram Sponsi, quam Sponsæ Parocho valide Matrimonium celebrari, uti cum aliis tradunt *Barbos. ad Conc. sess.*24. *c.*1. *de Ref. Matr. num.*14. *Card. de Luc. eodem tract. disc.*26. *num.*10.

At quia adversus assertam consuetudinem opponitur in facto, nedum eam legitime præscriptam non esse, quin imo ex iisdem Matrimoniorum libris emergere, pluries inita fuisse Matrimonia inter Exteros, & Fæminas in d. Oppido moram trahentes non coram Rectore Ecclesiæ Matricis, sed coram aliis Parochis, e quorum grege erant Sponsarum Familiæ, in jure autem sancitum haberi, quod Matrimonium contrahi debeat coram proprio Parocho ad præscriptum Sacrosanctæ Tridentinæ Synodi *Sess.* 24. *c.* 1. *de Ref. Matr.*, quodque ad hunc effectum proprius Parochus dicatur tantum ille, in cujus Parochia alter ex Sponsis domicilium obtinet, uti communiter explicant late adducti per *Sanch. de Matrim. lib.* 3. *disput.* 23.; idcirco ad hujus controversiæ decisionem duo potissimum sunt examinanda, alterum nempe, num consuetudo per Rectorem Matricis Ecclesiæ allegata dici possit legitime inducta, vel potius ex iis, quæ adversus illam excipit Parochus S. Benedicti, excludatur, alterum vero, an ratione assertæ hujus consuetudinis Viri exteri ad controversum effectum Rectori Matricis ita subditi effici valeant, ut ipse dumtaxat Nuptiis inter illos, & Fæminas Nursiæ, & aliis Parochis subjectas contrahendis possit valide interesse; licet enim quoad administrationem quorumdam Sacramentorum, sepulturam, aliave Parochialia jura Alienigenæ ex consuetudine, vel alio nomine possint Parocho Ecclesiæ Matricis subesse, secundum ea, quæ late firmavit *Rota in Barchinonen. Jurium Parochialium* 13. *Jan.* 1730. 18.

Jun.

Jun. 1731. *&* 6. *Jun.* 1732. *cor. Eminentiss. Aldrovando*, & resolvit Sacra Congregatio *in Caven. Funeralium* 7. *Febr.* 1733.; id tamen in Matrimonio contrahendo peculiare esse videtur, ut illud celebrari nequeat nisi coram eo Parocho, in cujus Parochia alteruter ex Sponsis fixum habet domicilium.

Discutiendum itaque proponitur consuetum Dubium.

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

Dilata ad primam post Reges.

ELVEN. JURISDICTIONIS. Resolutio septem Dubiorum, quæ Petrus Lopez de Saà modernus Vicarius Capitularis ad extinguendas controversias inter ipsum, & Capitulum Cathedralis Ecclesiæ exortas supremo Sacræ Congregationis oraculo discutienda proponi obtinuit, ex his potissimum pendere videtur. *Sess. 24. c. 16. de ref.*

Primo, quod Capitulum Cathedralis infra octo dies post mortem Episcopi unum dumtaxat Officialem, vel Vicarium constituere, vel existentem confirmare tenetur, non autem duos, aut plures in eadem Diœcesi potest deputare, nisi ibi contrarie vigeat immemorabilis consuetudo, uti colligitur ex Sacro Concilio Tridentino *Sess.* 24. *cap.* 16. *de Ref.* & ita resolvisse Sacram Congregationem Episcoporum, & Regularium negotiis præpositam, testantur *Nicol. lucubr. canonic. lib.* 1. *tit.* 28. *Sborz. de offic. Vicar. lib.* 2. *c.* 50. *Quaranta verb. Capitulum Sede vacante, & Monacell. in Formular. leg. l. for. Eccl. tom.* 1. *tit.* 1. *form.* 1. *n.* 34.

Secundo, quod in electione Vicarii Capitularis ita obstringitur Capitulum universam illi jurisdictionem conferre, ut nequeat ex facultatibus, quæ Vicario Capitulari de jure competunt, ullam sibi reservare, nec potestatem Vicarii Capitularis quoquo modo restringere, & si secus fiat, Vicarius Capitularis sub aliqua licet conditione, aut suæ potestatis limitatione electus potest munus sibi commissum libere exercere, quousque novus Episcopus advenerit, secundum ea, quæ docent *Fagnan. in cap. His, quæ n.* 71. *de Majorit. & obed. Marchett. de Vicar. Capitular. par.* 2. *tit.* 12. *n.* 27., *& seqq. Card. de Luc. in Relat. Cur. Forer. disc.* 16. *n.* 12. *vers. Si vero Carol. Ant. de Luc. Ventrigl. part.* 2. *annot.* 15. §. 2. *n.* 16. *Nicol. lucubr. can. tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 28. *n.* 21. §. 22. *& in Flosc. l. verb. Vicarius Capitularis n.* 54. *&* 58.

Et tertio demum, quod, tametsi olim Vicarius Capitularis posset a Capitulo ad certum tempus constitui, & ad libitum quoque amoveri, dummodo alium infra octo dies deputaret, quemadmodum notant *Quaranta in Summ. Bull. verb. Capitulum n.* 4. *Garz.* §. 2. *de Benef. part.* 5. *cap.* 7. *Ventrigl. in prax. for. Eccl. part.* 2. *annot.* 15. *n.* 18. *& seqq.* & constat ex antiquioribus Decretis, Sac. Congreg. & signanter *in Panormitana lib.* 1. *Decr. pag.* 163. *in Taurinen. lib.* 7. *Decr. pag.* 48. *& in Goana* 16. *Jan.* 1644. *lib.* 17. *Decr. pag.* 274. cum aliis relatis in *Leopolien. Vicarii Capitularis* 14. *Jan. labentis anni*; attamen, ut recto Ecclesiarum regimini satius consultum sit, eumdem Vicarium Capitularem eligi debere pro toto tempore, quo Episcopalis Sedes vacua remanet, nec posse nisi ex juxta causa per Sacram Congregationem Episcoporum, & Regularium cognoscenda, & approbanda revocari, decrevit eadem Sacra Congregatio Episcoporum, & Regularium negociis præposita, juxta testimonium *Fagnan. in cit. cap. His, quæ n.* 71. *& seq. de majorit. & obed. Nicol. in Floscul. verb. Vicarius Capitularis n.* 59., *& Monacell. in Formular. for. Eccl. part.* 1. *tit.* 1. *form.* 2. *n.* 14.

Præmissa etenim triplici hac juris communis censura, satis inferri posse videtur,

detur, memoratum Capitulum Cathedralis Ecclesiæ Elvensis non posse, post electum Vicarium, ad libitum alium constituere, literas testimoniales, vel dimissorias ad Ordines suscipiendos, aut attestationes circa Subditorum vitam, & mores tradere, multoque minus ei permissum esse, in electionibus, quæ in concursibus ad Parochiales Ecclesias fiunt, sese immiscere, sed ipsum teneri in deputatione Vicarii Capitularis universam jurisdictionem absque ulla limitatione, & restrictione ei conferre, ita ut idem Vicarius Capitularis tanquam in locum demortui Episcopi suffectum libere, & absque ulla Capituli dependentia omnia ea, quæ ad Episcopalem jurisdictionem spectant, nec aliunde Episcopi personæ sunt reservata, valeat exercere, quemadmodum referendo ea, quæ agere potest Vicarius Capitularis, late tradunt *Fagnan. in cap. Ille n. 19. & seqq. Ne sede vacant. Nicol. lucubr. can. lib. 1. cap. 28. de offic. Vicar. per tot. Pellegrin. in prax. Vicar. p. 1. sect. 4. sub sect. 2. num. 2. Gennuens in prax. Cur. Archiep. Neapolit. cap. 86. num. 3. & seqq. Garz. de Benef. part. 9. cap. 2. n. 8. Card. de Luca de Paroch. disc. 5. Clericat. de jurisdict. p. 3. discord. 2. n. 14. & seqq.*

Ceterum præter Decreta, quibus memorata Sac Congregatio Episcoporum, & Regularium negotiis præposita pluries rescripsit, Capitulum non posse in Vicarii deputatione aliquid ad Ecclesiasticam jurisdictionem pertinens, sibi reservare, nec illius potestatem conditione, aut modificatione aliqua coarctare, sed obstringi, omnem omnino in eum transferre, prout referunt *Monacell. in Formular. legal. for. Eccl. part. 1. tit. 1. form. 2. num. 16. & Ursaya tom. 7. part. 2. discept. Eccl. 28. num. 28. & 29.*, præstat nonnullas quoque Supremi hujus Consessus Resolutiones, quæ ad absolutam dictorum Dubiorum decisionem conducunt, addiicere.

In *Derthonen.* 21. *Decembris* 1591. editum fuit hoc Rescriptum -- *Congregatio Concilii censuit, scribendum ad Vicarium Capituli, Sede vacante, deputatum, jurisdictionem Episcopi defuncti ipsi nunc competere nedum spiritualem, sed etiam universam. Itaque, si Episcopus jurisdictionem temporalem in Castra, & Terras, ut proponitur, habebat, ea Vicarius plenissime utatur, redditus exigendo, justitiam ministrando, omniaque alia agendo, quæ Episcopus vivens agere poterat, & consueverat; quin immo diligenter eam jurisdictionem tueatur, & sartam tectamq. conservari etiam Sanctissimi Domini Nostri authoritate curet, ut in lib. 7. Decr. pag. 31.*

In *Messanen.* proposita sub annum 1581. cum inter cetera disceptata fuerint duo hæc Dubia: „ I. An Capitulum possit alium Vicarium ad visitandam „ Diœcesim eligere. II. An in Beneficiis vacantibus, & vacaturis dictus „ Vicarius Generalis absque Capitulo possit deputare Vicarios idoneos, „ donec de eis a Sede Apostolica fuerit provisum, attento quod ibi non „ adsunt Examinatores deputati juxta formam Concilii Tridentini, *ita* „ *Responsum fuit* -- Ad I. non posse Capitulum eligere Visitatorem ad „ visitandam Diœcesim absque Vicario -- Ad II. ad Vicarium spectare „ obire ea munia, quæ ex Concilio pertinent ad Episcopum, occurrente „ vacatione Parochialis *Cap.* 18. *Sess.* 24. ideo ipsemet Vicarius absque „ Capitulo Parochialibus vocantibus idoneos Vicarios deputabit, pro„ ponendo Edictum ad concursum, *ut in lib. 3. Decr. pag. 27. &* 28.

In *Bellunen.* vero, exorta in Capitulum, & Vicarium Capitularem controversia: „ an ex Sacro Concilio electio in concursibus Ecclesiarum Paro„ chialium vacantium spectaret ad ipsum Capitulum, an potius ad di„ ctum Vicarium „ -- Sacra Congregatio die 18. Novembris 1651. rescripsit „ electionem in concursibus Ecclesiarum Parochialium vacantium „ spectare ad Capitulum ob reservationem sibi factam in deputatione Vi„ carii Capitularis „ -- ut in *lib.* 10. *Decr. pag.* 155. & 156. At perpendendum

dendum est, decisionem hanc prodiisse eo tempore, quo nondum plene invaluerat opinio, quod pro salubriori Ecclesiarum regimine præstaret universam jurisdictionem in Vicarium Capitularem conferri, uti colligitur ex iis, quæ notat *Fagnan. in cit. cap. His, quæ n. 71. & seq. de majorit. & obed.*

His igitur perpensis una cum aliis, quæ nomine Vicarii Capitularis dumtaxat proponentur, cum pridem elapsus fuerit terminus Capitulo ad deducenda jura sua præfinitus, dignentur EE. VV. statuere.

I. An possit Capitulum, Sede vacante, post electum Vicarium in Spiri-,, tualibus, & temporalibus deputare alium toties quoties sibi placue-,, rit ad aliquid faciendum in exercitio jurisdictionis translatę, ipsam ,, jurisdictionem reassumendo.

II. An possit Capitulum per se ipsum dare Subditis Chartas testimoniales, ,, vel Reverendas ad Ordines suscipiendos vel debeant dari per Vica-,, rium Generalem Capitularem.

III. An Capitulum possit in deputatione Vicarii Capitularis dare jurisdi-,, ctionem limitatam, & possit in hoc casu attendi consuetudo Regni ,, Lusitaniæ; *& quatenus affirmative*.

IV. An possit reservatam jurisdictionem alicui alteri committere, vel illam ,, debeat per se ipsum exercere.

V. An possit Capitulum dare Subditis attestationes de vita, & moribus per ,, se ipsum, vel debeant dari a Vicario Capitulari.

VI. An possit Capitulum jubere Vicario Capitulari, ut det tales attesta-,, tiones, vel debeat pendere ab arbitrio Vicarii Capitularis.

VII. An in concursu Parochialium debeat intervenire arbitrium Vicarii ,, Capitularis, vel debeat pendere ab arbitrio Capituli, facto concursu ,, in præsentia Capituli, vel in absentia, & an debeat attendi con-,, suetudo Regni in casu &c.

Ad primum Negative. Ad secundum Negative quoad primam partem, & affirmative quoad secundam. Ad tertium Negative. Ad quartum provisum in tertio. Ad quintum Negative quo ad primam partem, & affirmative quo ad secundam. Ad sextum Negative. Ad septimum affirmative quo ad primam partem ad formam Juris; In reliquis Negative.

ROMANA SUBSIDIORUM DOTALIUM, ET CELEBRATIONIS MISSARUM. Petitioni, quam Administratores Ven. Archihospitalis S. Spiritus in Saxia in Congregatione habita sub diem 22. Septembris proxime præteriti promoverunt circa suspensionem, aut reductionem subsidiorum dotalium, quæ Marcus Antonius de Florentiis quotannis distribuenda reliquit, modo contradictorem sese præbet Marchio Hector de Florentiis sub eo præsertim fundamento, quod pensiones domus pro dictorum subsidiorum dotalium, aliorumque piorum onerum adimplemento in locum annui redditus scutorum 120. ab Administratoribus d. Archihospitalis subrogatæ decreverint, non ex temporum calamitate, aut casu aliquo fortuito, quemadmodum supponi videtur in Voto clar. mem Cardinalis Marefuschi, sed ex voluntario facto ipsorum met Administratorum, qui partem ejusdem Domus conterminam viæ Burgi S. Spiritus, & in prospectu dicti Archihospitalis positam ad Horrei usum ita redegerunt, ut postmodum altera pars, quæ superest, nequiverit nisi pro annua pensione sc. 60. locari, juxta nonnullorum Testium depositionem, quam exhibuit, & alia documenta, quæ pollicetur; Quocirca, resumptis Juribus, quæ nomine tam dictorum Administratorum, quam Patrum Theatinorum Sancti Silvestri ad Montem Quirinalem præfata die 22. Septem- *Sef. 22. c. 6. de ref.*

bris fuerunt distributa, necnon inspectis iis, quæ prælaudatus Marchio de Florentiis in hodierna Congregatione circumferri curabit, ad Eminentias VV. spectat definire.

I. *An sit locus reductioni, seu suspensioni subsidiorum dotalium in casu &c.*

II. *An onus celebrandi Missas privatas in Anniversariis incumbat PP. Theatinis S. Silvestri ad Montem Quirinalem cum eleemosyna a Fundatore assignata, vel aliquid sit eis supplendum, & respective quot Missæ privatæ sint celebrandæ in casu &c.*

Ad primum Negative. Ad secundum affirmative quoad primam partem, Negative quoad secundam, & celebrandas esse quinque Missas lectas in singulis Anniversariis.

Die Sabbathi 15. Decemb. 1736.



ULGINATEN. JURISDICTIONIS. Contendente Eminentissimo Cardinali Laurentio de Alteriis Abbate Commendatario Monasterii S Crucis Saxivivi, nonnullas Parochiales Ecclesias ad idem Monasterium spectantes, & intra limites Fulginatensis Diœcesis existente, secuta earum vacatione, a se, prævio tantum examine, & Episcopi approbatione, conferendas esse; contra vero asserente bon. mem. Josaphat Baptistellio pridem Episcopo Fulginei, sibi jus esse, concursum ad eas indicendi, Antonius Franciscus de Valentibus Sacræ Rotæ Auditor, in quem communi Partium consensu fuerat compromissum, sub diem 8. Julii 1727. post maturam discussionem jurium, quæ in utramque partem allata fuerunt, Laudum edidit in hæc verba conceptum: „ Visis „ prius pluribus antiquorum Summorum Pontificum Bullis, & Diplo„ matibus favore dictæ Ven. Abbatiæ emanatis, & signanter Alexan„ dri III. Kalen. Jan. 1172., Clementis III. 11. Nonas Junii 1188., „ Cœlestini III. 13. Kalen. Junii 1191. & 16. Kalen. Maii 1197. Grego„ rii IX. 6. Idus Junii 1227., & Pauli III. 3. Augusti 1535. in quibus, „ prævia confirmatione etiam Bullarum aliorum Summorum Pontificum „ expresse declarantur præfatæ Ecclesiæ Parochiales, & enunciantur ple„ no jure ad eamdem Ven. Abbatiam spectantes, ac visis aliis videndis „ &c. difinitive laudamus, dicto Reverendissimo Episcopo, ejusque Suc„ cessoribus non competiisse, neque competere prætensum jus indicendi „ concursum in vacationibus prædictarum Parochialium, sed earumdem „ Ecclesiarum collationem, & omnimodam provisionem spectare ad di„ ctum Eminentissimum, & Reverendissimum Cardinalem Laurentium „ de Alteriis Abbatem Commendatarium, aliosque Abbates successores, „ reservata tantum in Literis Patentalibus ab eodem Eminentiss. ejusque „ successoribus expediendis approbatione per d. Reverendiss. Episcopum, „ ejusque Successores Personæ de eisdem Ecclesiis provisæ facienda ad „ formam Constitutionis S. Pii V. sub datum 1. Novembris 1567. inci„ pientis. Ad exequendum.

Sess. 6. c. 7. Sess. 14. c. 4. & Sess. 24. c. 18. & 20. de Ref.

Verum quia adversus Laudi hujus executionem nomine Eminentissimi Abbatis in hac Sacra Congregatione petitam primum memoratus Episcopus, deinde vero ejus Successor sese opposuerunt, authumantes, illud injustum

ſtum eſſe, nullamque proinde executionem mereri, Eminentiſſimus Abbas, ne ex diuturna dictarum Parochialium Eccleſiarum vacatione ob litis hujus pendentiam ſpirituali Animarum ſaluti detrimentum aliquod obveniat, neve impoſterum jus, quod ſibi in excluſionem Epiſcopi aſſerit, cognoſcendi nempe Cauſas criminales, civiles, & mixtas in dubium queat revocari, quatuor infraſcripta Dubia ſapientiſſimo EE. VV. judicio decidenda ſubiicit.

Momentum hujus Cauſæ quoad I. Dubium, a quo reſolutio II., & III. pendere aſſeritur, in eo potiſſimum verſari videtur, num Eminentiſs. Abbas controverſas Parochiales Eccleſias præfato Monaſterio, ſeu Abbatiæ S. Crucis Saxivivi ita pleno jure adnexas, uti illius membra effecta ſint, & veluti Regularia Beneficia cenſeantur, ſufficienter oſtendat ex antiquiſſimo earum ſtatu, & origine, ex Bullis in Laudo enunciatis, ex veteri, & recenti obſervantia, juxta quam dictæ Eccleſiæ fuerint hactenus abſque concurſu de Rectoribus proviſæ, & demum ex Re Judicata Sacræ Rotæ, qua aſſerit, pronunciatum fuiſſe, Prioratum S. Nicolai de Griptis in Tudertina Diœceſi exiſtentem, & ad præfatum Monaſterium ſpectantem eſſe regularem, illuſque collationem ad Abbatem Commendatarium pertinere, eo quia in eiſdem Bullis, in quibus controverſæ Eccleſiæ leguntur enunciatæ, deſcriptus reperiebatur tanquam de juribus, & pertinentiis dicti Monaſterii; vel potius a præfato Epiſcopo aſſerta ſubjectiva earumdem Eccleſiarum unio excludatur, ſive ex generali regula, quod dicta unio utpote in facto conſiſtens non præſumitur, ſed debet ab eo, qui illam allegat, concludenter probari; ſive ex earum collatione in titulum perpetuum quæ unioni ſubjectivæ, & tituli extinctivæ repugnare dicitur, ſive ex ſolutione cenſus, ſeu decimarum, quæ per Rectores dictarum Eccleſiarum Epiſcopali Menſæ annuatim fieri debet; ſive demum ex eo, quod tam actualis, quam habitualis Animarum cura penes eos, qui de dictis Eccleſiis providentur, reſideat, quodque Proviſi de his Eccleſiis non Vicariorum, ſed Rectorum nomine nuncupentur, & omnes earumdem Eccleſiarum fructus proprio jure percipiant, eoſque una cum Decimis Prædiorum diſtinctos habeant; ex his enim facti circumſtantiis unionem ſubjectivam excludi contenditur, quoties ea clare ex dictis Bullis non evincatur, ſecundum late ad rem tradita a cumulatis *per Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloſs. 12. n. 7. & ſeqq. Turricell. de union. cap. 4. n. 27., Card. de Luc. de Paroch. diſc. 12. n. 10. & 19. & diſc. 17. n. 14. & de Benef. diſc. 10. n. 4. Rot. dec. 204. a n. 2. part. 2. dec. 148. n. 6. & ſeqq. part. 13. rec. cor. Ottobon. dec. 49. n. 11.*

Poſito enim, quod ſæpedictæ Parochiales Eccleſiæ dicto Monaſterio tam quoad temporalia, quam quoad ſpiritualia unitæ probentur, opus non erit, u per concurſum conferantur, ſed ad earum regimen, & curam prævio dumtaxat examine, & approbatione Epiſcopi, deputari poterunt Vicarii perpetui, vel ad nutum Eminentiſſimi Abbatis amovibiles, juxta expreſſam legem in Conſtitutione la 47. S. Pii §. 4. & 5. in hæc verba præſcriptam: „ Volumus inſuper, & ita mandamus, quod dicti Vicarii perpetui non ad liberam Ordinariorum electionem, ſed ad nominationem illorum, in quorum Eccleſiis unitis ponentur; cum ipſorum Ordinariorum, ſeu eorum Vicariorum prævio examine, & approbatione deputentur „: & conſonant plures reſolutiones Sacræ Congregationis, & ſignanter *in Burgi S. Sepulcri*, in qua ſub diem 15. Novembris 1601. editum fuit reſcriptum: „ Sacra Congregatio cenſuit, ſi hujuſmodi Parochiales ſint ex his, quæ de Menſa nuncupantur, & ad Abbatiam Bagni, ut proponitur, pertineant, quamvis in titulum perpetuæ Vicariæ conferri conſueverint, nequaquam ſubjacere concurſui:

 ut

ut in *lib*.10. *Decr. pag*.14. *in Vasionen*. 22. *Augusti* 1637. *lib*.15. *Decr. pag*.580. *&* *in Gandaven*. 7. *Febr*. 1643. *lib*.16. *Decr. pag*.140.

Si vero eædem Ecclesiæ quoad temporalia dumtaxat prælaudato Monasterio comperiantur adnexæ, omnimodam Animarum curam habitualem scilicet, & actualem in earum Rectores translatam fuisse, appareat; tametsi subjectiva earum unio probaretur, oportebit ad earum collationem concursum indicere, juxta distinctionem, quam communiter tradunt Canonistæ, inter quos *Garz. de Benef. part*.9. *cap*.2. *num*.28. *Barbos. de offic. & potest. Episc. part*.3. *alleg*.60. *num*.32. *&* *de offic. Paroch. par*.1. *cap*.2. *num*.19. *vers. Verum Lotter. de re Benef. lib*.2. *quæst*.31. *num*.22. *Rot. dec*.579. *n*.1. *& dec*.710. *n*.1. *par*.2. *rec. cor. Buratt. dec*.214. *n*.2. *cor. Cavaler. dec*.595. *num*.2.

Circa IV. autem, & ultimum Dubium, Eminentiss. Abbas, ut demonstret, sibi in exclusionem Episcopi jus esse procedendi in Causis Criminalibus, civilibus, & mixtis ad Ecclesias dicti Monasterii, & Personas earum servitio addictas spectantibus, præter Constitutionem 12. san. mam. Julii II. in qua exemptionis Privilegia concessa Monasteriis, Locis, & Personis Ordinis S. Benedicti communicata fuerunt Congregationi Olivetanæ in dicto Monasterio S. Crucis Saxivivi constitutæ, necnon præter plura documenta, ex quibus constat, se, suosque Antecessores controversas Causas cognovisse, profert Bullam ab Innocectio II. sub annum 1158. editam, & successive ab aliis Summis Pontificibus confirmatam, in qua sic habetur: ,, Nos dictum Monasterium &c cum infranominatis Ecclesiis, personis, & pertinentiis suis sub Apostolicæ Sedis tutelam in ,, perpetuum confovendum suscipimus, & Decreti præsentis authoritate ,, munimus, & ab omni jurisdictione Episcopali eximimus. &c. *& infra*: ,, Nulli ergo Episcopo facultas sit in eodem Monasterio, & sæpedictis Ecclesiis, personis, & aliis pertinentiis suis potestatem aliquam exercere. ,, Porro, si Episcopi, vel alii Ecclesiarum Rectores in Monasterium, ,, Ecclesias, vel personas in iisdem constitutas suspensionis, excommu- ,, nicationis, vel interdicti sententiam promulgaverint, ipsam tamquam ,, contra Sedis Apostolicæ Indulta prolatam, decernimus non tenere &c. ,, Correctiones insuper tam Capitis, quam membrorum super omnibus, ,, quæ in ipsis Ecclesiis fuerint corrigenda, Abbati ejusdem Monasterii, ,, reservamus.

Et quamvis nomine Episcopi opponatur, quod Sacrosancta Tridentina Synodus *sess*.24. *cap*.20. *de ref*. præscribens, ut hujusmodi Causæ *Episcopi tantum examini*, *& jurisdictioni relinquantur*, similia Privilegia abrogaverit, juxta Resolutiones ab hac Sacra Congregatione editas in *Aquilana* 4. *Maii* 1613. *& in Theatina* 12. *Januar. ejusdem anni lib*.11. *Decr. pag*.12 .; attamen respondetur, memoratum Decretum non comprehendere Prælatos, seu Abbates Regulares, ideoque Eminentiss. Abbatem veluti in locum Superioris Regularis suffectum in vim dictorum Privilegiorum, non obstante hac Conciliari lege, posse in dictis Causis libere procedere, secundum ea, quæ ad rem firmavit *Rot. in Burgen. super Territorio separato* 20. *Jan. labentis anni §. Neque cor. R. P. D. Bussio*.

Ceterum qua dictum Monasterium usque ab anno 1467. Secularibus Personis cæpit commendarii, dictisque Parochlialibus Ecclesiis Presbyteri seculares præfici consueverunt, quoad ipsos, aliosque Clericos seculares servitio dictarum Ecclesiarum addictos duo hæc Sacri Concilii Decteta ponderanda sunt; alterum nempe in *sess*.6. *cap*.3. *de ref*. ita conceptum ,, Ecclesiarum Prælati ad corrigendum subditorum excessus prudenter, ,, ac diligenter intendant, & nemo secularis Clericus, cujusvis persona- ,, lis, vel Regularis extra Monasterium degens etiam sui Ordinis pri- ,, vilegii

„ vilegii prætextu, tutus censeatur, quominus, si deliquerit, ab Ordi-
„ nario loci tamquam super hoc a Sede Apostolica delegato, secundum
„ Canonicas sanctiones visitari, puniri, & corrigi valeat, -- *alterum*
„ *vero in Sess.*14. *cap.*4. *de ref.*, *quod sic habet* -- Omnes Ecclesiarum
„ Prælati, qui ad corrigendos Subditorum excessus diligenter inten-
„ debunt, & a quibus nullus Clericus per hujus Sanctæ Synodi Statuta,
„ cujusvis privilegii prætextu, tutus censetur, quominus juxta Canoni-
„ cas Sanctiones, visitari, puniri & corrigi possit, si in Ecclesiis suis
„ residerint, quoscumque Seculares Clericos qualitercumque exemptos,
„ qui alias suæ jurisdictioni subessent, de eorum excessibus criminibus,
„ & delictis, quoties, & quando opus fuerit, etiam extra visitationem
„ tamquam ad hoc Apostolicæ Sedis delegati corrigendi, & castigan-
„ di facultatem habeant.

Perpensis igitur juribus fusius per utramq; partem adductis dignabuntur Eminentiæ VV. rescribere.

I. An Laudum, de quo agitur, sit exequendum, *& quatenus negative.*

II. An jus indicendi concursum, & præeligendi Digniorem in vacationibus Ecclesiarum Parochialium Diœcesis Fulginatensis, de quibus agitur, spectet privative ad Episcopum.

III. An jus conferendi dictas Ecclesias Parochiales simpliciter spectet ad Eminentissimum Abbatem in casu &c.

IV. An jus cognoscendi Causas Criminales, civiles, & mixtas competat privative Episcopo; seu potius Eminentissimo Abbati in casu &c.

Dilata, & coadjuventur probationes.

Mandatis EE. VV. obtemperando, binæ causæ, quarum resolutio in postrema Congregatione habita sub diem 1. currentis Mensis ad hodiernam dilata fuit, mox describentur, resumpto itaque Folio tunc distributo placeat definire.

ROMANA SUBSIDIORUM.

*Sess.*24. *c.*1. *de ref.*

*An sint concedenda subsidia dotalia, de qua agitur, pro summa scut.*1000. *sive potius in qua quantitate.*

Negative.

CASSANEN.

*Sess.*21. *c.*1. *& 3. Sess.*23. *c.* 1. *Sess.* 24. *c* 12 13. *&* 14. *Sess.*25. *c.* 18. *de reform. & Sess.* 22. *Decret. de observ. & evit. in celebr. Miss.*

I. An ultra qualitates præfinitas in Decreto anni 1592., & in Brevi Pauli V. Presbyteri Ecclesiæ Mormanni admittendi ad participationem debeant examinari in cantu Gregoriano, & Theologia Morali juxta Edictum Episcopi in casu &c.

II. An iidem Sacerdotes ad participationem admittendi debeant reportare licentiam a Curia Episcopali; & an illa gratis sit concedenda in casu &c.

III. An constet de attentatis, & quomodo sint purganda in casu &c.

IV. An teneantur dicti Sacerdotes participantes recitare quotidie Officium in Choro, & canere Missam Conventualem; *& quatenus affirmative.*

V. An, & quibus pœnis ad id sint cogendi.

VI. An dicti Sacerdotes teneantur interesse Anniversario singulis annis

pro

pro Episcopis defunctis; *& quatenus affirmative*, an aliquod emolumentum eis præstari debeat ab Episcopo in casu &c.

VII. An licitum sit Clero concordare emolumenta funerum sine præsentia Exactoris Quartæ debitæ Episcopo in casu &c.

VIII. An, excepo casu paupertatis Defunctorum, liceat Clero remittere integra funeralia emolumenta; *& quatenus affirmative*.

IX. An, in qua summa, & a quibus Episcopo tali casu debeatur Quarta in casu &c.

X. An idem Clerus teneatur solvere strenam ducatorum sex Episcopo, & carolenorum viginti Vicario Generali singulis annis in casu &c.

XI. An debeat solvere Cathedraticum: *& quatenus affirmative*.

XII. In qua quantitate sit taxandum in casu &c.

XIII. An constet de inobservantia taxæ Innocentianæ: *& quatenus affirmative*, an, & quæ emolumenta debeant restitui in casu &c.

XIV. An diebus Dominicis, & Festis ante Missam Parochialem Sacerdotes valeant Sacrum facere in aliis Ecclesiis Mormanni, præmisso sonitu campanarum: *& quatenus negative*; & an contrafacientes pęna suspensionis, vel alia pęna multari possint in casu &c.

XV. An dictus Clerus teneatur solvere contributionem Seminario in casu &c.

Ad primum, affirmative, & ad mentem. Ad secundum, affirmative quoad utramque partem soluta tamen mercede Cancellario pro scriptura in duobus Carolenis tantum. Ad tertium, negative. Ad quartum, affirmative. Ad quintum, cogendos esse congruis Juriis remediis. Ad sextum, affirmative quoad primam partem, negative quoad secundam. Ad septimum, octavum, & nonum Dilata, & videatur partucular iter. Ad decimum Negative. Ad undecimum, & duodecimum deberi in summa juliorum viginti collective ab omnibus. Ad decimumtertium recurrant in casibus particularibus. Ad decimumquartum ad mentem. Ad decimumquintum Affirmative.

Sess. 24. c. 12. de Ref.

ANGLONEN. PAROCHIALIS. Inter cetera Dubia, que ad dirimendas controversias inter Eminentissimum Abbatem Sancti Eliæ Oppidi Carbonis, & Episcopum Anglonensem exortas, proposita fuerunt, sub diem 4. Junii 1716. disceptatum fuit: „ An jus conferendi Beneficia „ Curata spectet ad Episcopum, vel potius ad Eminentissimum Abba„ tem - prodiitque resolutio - Collationem tituli Parochialis S. Lucæ „ spectare ad Episcopum „; at secuta nunc primum vacatione memoratæ Parochialis Ecclesiæ S. Lucæ per obitum Nicolai Altomæ, extortaque subinde dubitatione, num Eminentissimo Cardinali Firrao moderno Abbati S Eliæ, seu potius Episcopo competat concessio Bullæ provisionis hujus Ecclesiæ, communi ipsorum consensu petitur ab hac S.Congregatione declarari, ad quem spectet jus concedendi dictam Bullam provisionis, juxta Dubium, quod sub finem hujus restrictus discutiendum proponitur.

Præmittens itaque Episcopus, præservata sibi fuisse ex enunciata resolutione non solum jus indicendi concursum ad præfatam Ecclesiam S Lucæ, & præelectionem, sed etiam institutionem authorizabilem; per istam vero tribui ab Episcopo Sacerdoti præelecto facultatem administrandi Sacramenta Populo sibi concredito, necnon exercendi cætera omnia, quæ ad animarum curam pertinent, secundum ea, quæ cum aliis notat *Fagnan. in cap. Eam te n.2. & 3. de ætat. & qualit. Barbos. de Offic. & potest.*

test. Episc. par.3. alleg.72. n.173. vers. aliud denique, & num.175. Lotter. de re Benefic. lib.1. qu. 33. num.99. Piton. discept. Eccl.20. num.31., authumat, hinc inferri posse, jus expediendi controversam Bullam provisionis. sibi privative competere, delata Eminentissimo Abbati facultate distinctas literas Patentes sæpedictæ Parochialis collativas tradendi Presbytero ad eamdem Ecclesiam præelecto, quia nimirum authoritas, sive jurisdictio exercendi animarum curam per Episcopos concedatur in Bullis provisionum, seu collationum, juxta formulam, quam per extensum refert *Monacell. Formular. legal. for. Eccl. par.1. tit.2. for.11.*

Præcipua autem rationum momenta, quibus nomine Eminentissimi Abbatis contenditur, expeditionem d. Bullæ ad ipsum spectare, Episcopum vero posse dumtaxat institutionem authorizabilem tradere, sive animarum curam Presbytero de præfato Parochia per Eminentissimum Abbatem proviso committere per Rescriptum, Decretum, aut per literas Patentes, hæc esse videntur; quod sicuti institutio authorizabilis nonisi licentiam exercendi curam animarum præsefert, quemadmodum fatetur ipsemet Episcopus, & præter supra adductos tradunt *Engel. in jus Can. lib.3. tit.7. num.7. Smalzgrueber. eod. loc. §.2. num.4.*, *Reinffenstuel. ibid. §.1. num.7. & Eminentissimus Petra in suis doctissimis Commentariis ad Constit.4. Calixti III. Sect.2. num.122. & seqq.*, atque ista ab Episcopo concedi debet solummodo post factam collationem ab Eminentissimo Abbate, secundum ea, quæ notat *Gonzal. in cap. cum satis de offic. Archidiaconi num.3. Piton. d. disceptat.20. num.31.*; ita Bulla, in qua collativus dumtaxat ejusdem Ecclesiæ titulus tribuitur, debeat ab ipso Abbate, cui ex rescripto Sacræ congregationis fuit adjudicata institutio collativa, expediri: secundo, quod eidem Eminentissimo faveat consuetudo, nedum quia generaliter omnes inferiores Parochialium Ecclesiarum Collatores post examen per concursum, & post Episcopi præelectionem hactenus consueverint Bullas Collationum, seu Provisionum concedere; uti constat ex pluribus Collationum Bullis per Inferiores Collatores expeditis, & occasione similium controversiarum in hac Segretaria productis, verum etiam quia signanter in binis vacationibus hujus Parochiæ secutis sub anno 1593. & 1704. Bullæ collationum fuerunt per Abbatem expeditæ.

Quod vero attinet ad formulam Bullarum relatam per *Monacell. part.1. tit.2. form.11.* respondetur, eam locum non habere, quando collatio, seu provisio Parochiæ ad inferiorem collatorem pertinet. quia tunc in Bulla solus Beneficii titulus confertur, non autem Animarum cura committitur, sed procedere dumtaxat in casu, quo collatio libere ad Episcopum spectet, tunc enim Episcopus concedit Bullas, & in illis utramque institutionem collativam scilicet, & authorizabilem tribuit, uti ad rem cum aliis notat *Smalzgrueber in jus can. lib.3. tit.7. §.2. num.40. in fine*.

His itaque perpensis, ad Eminentias VV. pertinet pronunciare.

An jus concedendi Bullas Provisionis ad Ecclesiam Parochialem San. Lucæ competat Episcopo, sive potius Eminentissimo Abbati in casu &c.

Negative quoad primam partem, & affirmative quoad secundam, & amplius.

SANCTI SEVERI. Cum Episcopus Matta in Diæcesana Synodo sub annum 1679., coacta, ne ullam ex tribus Parochialibus, & receptitiis Ecclesiis, quæ preter Cathedralem in Civitate S. Severi sub invocatione S. Nicolai, S. Severini, & S. Joannis Baptistæ erectæ reperiuntur, debito *Sess.24. c.17. de Ref.*

bito servitio fraudari contingeret, constitutionem ediderit, qua sancitum est: *ut acceptatus & adscriptus in una Ecclesia, si adscribatur in alia, amittat receptionem in prima, quæ nullatenus amplius suffragetur*: post definitionem plurium controversiarum, quæ circa admissionem, seu aggregationem ad participationem in eisdem Ecclesiis, & qualitates in Sacerdotibus admittendis requisitas propositæ, & discussæ fuerunt, nova hodie contentio inter Presbyterum Bartholomæum Simonetti primum ad participationem in Ecclesia S. Nicolai admissum, mox vero de una ex Cappellaniis ab Episcopo in Cathedrali Ecclesia institutis provisum, & inter Sacerdotes Participantes dictarum Ecclesiarum exorta sapientissimo Sacri hujus Consessus oraculo infrascriptis Dubiis dirimenda proponitur.

Porro circa quæstionem expositam in primo Dubio, quod, petente præfato Bartholomæo subscriptum fuit, admittunt memorati Presbyteri ejus contradictores, erectionem Cappellaniarum ab Episcopo jam defuncto sub annum 1729. peractam sustineri posse; repugnant vero, quatenus ea asseratur prævio ipsorum consensu; ac pro decenti Cathedralis Ecclesiæ cultu necessario expleta sub conditione, quod Presbyteri aliarum Ecclesiarum servitio adscripti, possint absque amissione aggregationis, seu participationis in dictis Ecclesiis deputari in Cappellanos, seu Mansionarios Cathedralis. Inquiunt enim, neque proprium assensum præfatæ erectioni præstitisse, neque Cathedralem nova ejusmodi Cappellaniarum accessione indiguisse, quippequæ jam tunc constabat, præter alios Ministros, tribus Dignitatibus, duodecim Canonicis, & quatuor antiquis Mansionariis ad peragendas decenter sacras functiones ultro sufficientibus; adduntque præterea, quod tametsi assertum consensum memoratæ erectionis præbuissent, enunciata tamen conditio sustineri nequiret, cum nulla ipsis esset potestas derogandi præfatæ Constitutioni Synodali sub annum 1680. editæ subindeque tam à Sacra Congregatione Episcoporum, & Regularium, quam ab ista approbatæ; præsertim vero accedente dicta conditione in detrimentum eorum, qui memoratis Ecclesiis aggregatis ad participationem debent admitti, quoties aliquis ex Participantibus decedat, vel alterius Ecclesiæ servitio addicantur.

Hinc autem progredientes iidem Presbyteri ad ea, quæ disceptanda exponuntur sub duobus postremis Dubiis, num scilicet sæpedictus Simonetti ita suam amiserit aggregationem in Ecclesia S. Nicolai, ut veluti e numero Aggregatorum deletus haberi debeat, illorum resolutionem contendunt promanare, tum ex præmissa Synodali lege, tum ex pacto, & conditione, sub qua prælaudatus Simonetti servitio Ecclesiæ S. Nicolai fuit adscriptus ibi: *colla condizione, e patto espresso, che non abbia a servire altra Chiesa, alias ex nunc pro tunc si abbia per nulla irrita, e cassa l'aggregazione*: tum ex consuetudine, quæ post erectionem dictarum Cappellaniarum viguisse præfertur, dum Franciscus de Sanctis aggregationem, quam in eadem Ecclesia S. Nicolai obtinebat, amisit, eo quia Mansionariam in Cathedrali acceptaverat, & Philippus Mita, ut aggregationem in Ecclesia S. Joannis retinere posset, coactus fuit Mansionariæ ejusdem Cathedralis renunciare; tum demum ex præscripto sacrorum Canonum, quorum institutis plurimum adversatur, quod Clerici duo Beneficia, aut officia, obtineant & pluribus Ecclesiis avaritiæ stimulo præsumant inservire, juxta expressos *Textus in can. singula* 89. *dist. in cap. Quia in tantum* 5. *in cap. De multa de præben.*, & alios late cumulatos per *Gonzal. in cit. cap. De multa num.* 5.

Jura, quibus innititur Bartholomeus Simonetti nequeunt exponi, cum nondum fuerint allata: Non graventur itaque Eminentiæ Vestræ statuere.

I. *An*

I. *An erectio quinque Mansionariatuum, seu Cappellaniarum facta de anno 1729. cum omnibus conditionibus, & legibus ibi præscriptis sustineatur*; & quatenus negative.

II. *An, & quomodo sit consulendum servitio Ecclesiæ Cathedralis.*

III. *An Bartholomæus Simonetti olim aggregatus Ecclesiæ S. Nicolai; & postea electus Mansionarius Ecclesiæ Cathedralis amiserit aggregationem dictæ Ecclesiæ S. Nicolai, sive potius per ejus Clerum haberi tamquam dissgregatus*; & quatenus negative quoad primam partem.

IV. *An idem Simonetti sit redintegrandus in casu &c.*

Non proposita cum sequentibus.

MONTIS REGALIS CAPPELLANIÆ. In testamentariis tabulis sub annum 1734. conditis Marchio Vassallus Anastasius Mallianus dispofuit erectionem simplicis Beneficii in Parochiali Ecclesia SS. Petri, & Pauli Civitatis Montis Regalis onere Rectori injuncto celebrandi qualibet heddomada binas Missas ad Altare propriæ Cappellæ in honorem SS. Innocentum pridem erectæ, & congrua dote in quibusdam Bonis stabilibus ei constituta. Ad hoc vero Beneficium nominavit primum priorem Augustinum Stralla, & post illius obitum, aliquem Presbyterum si adesset ex filiis Josephi Francisci germani fratris ejusdem Augustini,, coll'espresso patto però (sunt verba Testatoris) che debba detto ,, Signor Priore, o suoi Signori Eredi rinunciare alla sua prætensione di ,, credito di lire 930. sotto la già spiegata d. duzione, e mai nè esso, nè ,, altri possino pretendere cosa alcuna per detto credito,,: Deindeque delato ad Vassallum Octavium de Regis fratrem uterinum, & universalem hæredem jurepatronatus, ut ajunt, activo; passivum favorem Prioris Josephi Forzani, ejusque familiæ reservavit, hanc adiiciens legem: *Che se il Sig. Priore Stralla, e suo nepote non vorrà accettare il sudetto Beneficio con d. obligazione, e rinuncia; sia obligato d. Sig. Priore Forzano, o d. sua Famiglia pagare il sudetto credito di lire 930. in circa al sudetto Sig. Priore Stralla, o suoi Eredi, ed intanto dd. Signori Stralla restino esclusi dalla nomina di d. Benefizio; non sarà però obligato esso Sig. Priore Forzano, o sua Casa di celebrare, o far celebrare dette Messe sino'a tanto, che abbia da detta Cassina, e Beni ritratti tanti frutti bastanti pel pagamento di detto debito.* Sess. 24. c. 12. de Ref.

Secuto Testatoris obitu, memoratus Prior Augustinus Stralla certior factus de præmissa testamentaria dispositione institit coram Episcopo, ut enunciatum Beneficium sub oneribus, & conditionibus, a Testatore præscriptis erigere dignaretur: illusque institutionem sibi veluti per ipsummet Testatorem nominato traderet: At cum Episcopus eum monuerit, conditionem illius nominationi adjectam, renunciandi nimirum d. suo credito simoniaca labe infectam esse, proindeque a Sacris Canonibus improbatam, Clericus Andreas filius præfati Josephi Francisci Stralla prosequens instantiam a Priore Augustino ejus Patruo jam defuncto promotam postulat modo, enunciatam conditionem uti simoniacam a controversa nominatione penitus rejici, suique nominationem, seu præsentationem ita puram, & absolutam haberi, ut nedum institutionem in d. Beneficio vigore ejusdem nominationis obtinere debeat, verum etiam, ut creditum suum libere consequi possit, juxta Dubium, quod supremo EE. VV. judicio discutiendum inferius describetur.

Præsentatio ad Ecclesiasticum Beneficium, vel ab ipsomet Fundatore, vel a legitimo Patrono facta sub pactione, lege, aut conditione, quæ simoniacam

niacam pravitatem quoquo modo præseferat, sacrorum Canonum disciplinæ repugnat, nulliusque momenti est, secundum sancita in *cap. Præterea 9. de transact. in cap. Ex insinuatione, & in cap. De jurepatr.* & firmat *Rot. dec.* 100. *num.* 3. *cor. Emer. jun.*, & *in Auximana jurispatr.* 11. *Mart.* 1716. §. *Eoque cor. Gamaches*; ea vero simoniaca reputatur, si fiat in personam Creditoris sub lege, quod iste credito suo renunciet favore Patroni debitoris ipsum ad Beneficium præsentantis, uti communiter notant *ex cap. Veniens de Testib. Glos. ibidem verbo remittere, Lambertin. de jurepatronat par.* 2. *lib.* 2. *quæst.* 9. *art.* 3. *num.* 9. *Rocch. de Curt. eod. tract. verb. Utile sub num.* 12., & aliis relatis, *Cleric. de Benef. discord.* 51. *num.* 6.

Verum quia in hypothesi memorata conditio adjecta non fuit controversę præsentationi in actu irrevocabili, & qui inter vivos fieri dicitur, sed in ultima voluntate, subalterna oritur quæstio, num tota corruat dispositio, vel potius sola turpis, & simoniaca conditio rejiciatur. Hoc enim intercedere videtur discrimen, quod conditio turpis, & impossibilis contractui inter vivos facto apposita actum ipsum penitus inficit, ac irritum reddit, ad expressos Textus in §. *Impossibilis Instit. de inutil. stipulat. in l. Non solum. ff. de oblig. & action. & in l. impossibilis ff. de verb. oblig.* & in specie præsentationis ad Beneficium, vel illius collationis sub simoniaca, aut alia turpi pactione, aut conditione factæ, ex *Test. in cap. fin. extravag. de pact.* advertunt *Gloss. in cap. Dudum verbo* libere *de Præben. in* 6. *Navar. cons.* 20. *num.* 2. *de simon. Duran. de condit. impossibil. cap.* 1. *num.* 114. *Pax Jordan. de Benef. lib.* 10. *tit.* 11. *num.* 8. & 9. *Rosignol. de simon. contr.* 8. *prænot.* 4. *assert.* 4. *num.* 6. secus vero si turpis, & illicita conditio legatur adjecta in Testamento, sive alia quacumque ultima voluntate præsentationem simoniacam præseferente, tunc enim generaliter receptum est, dispositionem totam non collabescere, sed solam turpem, & illicitam conditionem rejici, perinde ac si ipsa non fuisset apposita, uti colligitur ex *l.* 1. *l. Conditiones l. Si quis ita institutus ff. de condit. instit. & in l. Obtinuit. ff. de condit. & demonstr.* & distinguendo notat cum aliis *Dur. de condit. imposs. cap.* 1. *num.* 2.

Immo, quod turpis, vel impossibilis conditio in testamento, vel ultima voluntate adjecta vitietur, pro non scripta habetur, itaut pura, & absoluta remaneat dispositio hujusmodi conditione affecta, tametsi testator pęnam Legatario adjecerit, vel legatum ei ademptum in alium transtulerit, si turpem, aut impossibilem conditionem non adimpleat, patet ex *l. Quod. de bonis ff. ad leg. Falcid. & ex l. Pater Severinam ff. de condit. & demonstr.* & docent *Rocch. de Curt. de jurepatr. vers. Pro eo quod qu.* 12. *Covaruv lib.* 4. *Decretal. par.* 2. *cap.* 3. *num.* 20. & cum aliis *Duran. d. cap.* 1. *num.* 109. ibi: „ Et est adeo verum, dictam conditionem non „ esse admittendam, quod, si Testator adjiciat, ut Beneficium non „ fundetur, vel bona ad id legata transferantur in aliquem pium locum, „ si ipsius voluntas servata non fuerit, non valet pęnæ adjectio, vel „ translatio legati; quia pęnalis clausula rejicitur, quoties apponitur „ impossibili dispositioni ..

Episcopus, relata facti serie superius descripta, sic habet: „ Hæc referenda mihi occurrunt isti Sacræ Congregationi, ut declarare valeat, „ an conditio apposita renunciationis crediti prædicti scutorum ducentum, seu librarum mille sit necne simoniaca, & liceat dicto Clerico „ Strallæ, non obstante dicta conditione consequi, & retinere d. Beneficium, ac exigere d. creditum, cujus Sacræ Congregationis summo judicio, & prudentiæ me subjiciens EE. VV. Sacram Purpuram humillime deosculor „: Ponderatis igitur iis, quæ mox jure adnotata sunt, decidendum erit.

An

An nominatio ad Beneficium, de quo agitur, sustineatur, itaut Clericus Andreas Stralla institui debeat in d. Beneficio, & consequi possit suum creditum in casu &c.

CIVITATIS PLEBIS. Postulantibus Hominibus Oppidi Montis Jovini, ut sibi super Oratorio ad honorem Imaginis Beatæ Mariæ Virginis erecto in Villa S. Martini juspatronatus concederetur, sub an. 1513. Nicolaus Bonafide Episcopus Clusinæ Diæcesis, intra cujus limites tunc temporis existebant d. Oppidum Montis Jovini, & enunciata Villa Sancti Martini, ut cultus erga d. Imaginem B. M. Virginis pluribus miraculis celebrem in dies augeretur, utque pristinus fidelium eam visitantium concursus magis, magisque excresceret, eorum petitioni in hæc verba annuit: ,, Vestris super hoc supplicationibus novis factis, & ex- ,, positis inclinati Universitati vestræ, de qua plurimum in Domino con- ,, fidimus, Juspatronatus in, & super d. Oratorio validum, & perpetuum ,, damus, concedimus, & constituimus, curamque omnium, & singulo- ,, rum introituum tam in præteritum proventorum, quam in futurum ,, proveniendorum quomodocumque ex piis Fidelium oblationibus ad di- ,, ctam Imaginem concedimus, mandamus, & damus, erogandorum ni- ,, hilominus per d. vestram Universitatem, seu per aliquos probos, & ,, Deum timentes Viros, ab eadem deputandos, quos ut valeat deputa- ,, re per præsentes facultatem, potestatem concedimus in fabricatione ,, d. Oratorii, & pro d. Oratorio, Campanis exornando, in illoque pro ,, celebrando Divina Officia, Cappellanum unum, si plures ponendi, ,, constituendi, & ordinandi, & positos, constitutos, & ordinatos remo- ,, vendi, prout visum fuerit expedire, & reliquum si quid superest de ,, dictis introitibus, proventibus, oblationibus in aliquos pios usus con- ,, vertendi, dandi, & concedendi vobis, & illis per vos eligendis in, ,, & super præmissis omnem nostram authoritatem, & potestatem, ita ta- ,, men, ut de prædictis librum conficiatis, & conficere faciatis, in quo ,, introitus: & exitus fideliter describantur, ut videri possint ad omnem ,, suspicionis fraudem tollendam, & amovendam. *Sess. 22. c. 6. de ref.*

Postmodum vero, cum iidem Homines exoptarent; ut dictum Juspatronatus, & cetera omnia, quæ ab Episcopo Clusino super d. Oratorio tributa fuerant: Apostolica authoritate confirmarentur, Summus Pontifex Leo X. eorum votis indulgens in suo Brevi eodem anno 1513. edito ita cavit: ,, Nos igitur, qui Divini cultus, & Cristifidelium devotionis augumen- ,, tum nostris potissime temporibus sinceris desideriis exoptamus, uni- ,, versitatem, & homines hujusmodi, ac eorum singulorum a quibusvis ,, excommunicationis &c. absolvimus &c. hujusmodi supplicationibus in- ,, clinati, concessionem prædictam Auctoritate Apostolica tenore præ- ,, sentium approbamus, & confirmamus, supplemusque omnes, & singu- ,, los defectus tam Juris, quam facti, si qui forsan intervenerint in eisdem; ,, Et nihilominus Oratorium ipsum eisdem Universitati, & Hominibus ,, per se, vel alium, seu alios per eos, vel eam deputantium, seu de- ,, putandos, regendum, & gubernardum, ita quod illius bona, proven- ,, tus, & emolumenta in Fabricæ, & alios usus prædictos convertantur, ,, sine alicujus præjudicio concedimus, & assignamus, necnon quod Ora- ,, torium prædictum nullo unquam tempore in Beneficium Ecclesiasti- ,, cum etiam per nos, seu Sedem Apostolicam erigi minime possit, nisi ,, Universitas, & Homines hujusmodi in hoc expresse consenserint, ,, authoritate prædicta tenore præsentium statuimus, & ordinamus, non ,, obstantibus quibuscumque &c.

Ad normam hujusmodi concessionis ab Episcopo Clusino factæ, & a Summo Pon-

Pontifice confirmatæ consueverunt præfati Homines absque ulla Episcopi contradictione libere deputare Cappellanos, qui in dicto Oratorio Missas celebrarent, eosque ad libitum removere, Bona, & proventus ad idem Oratorium spectantes administrare, in pios usus convertere, & alia quæ ornatum Oratorii, & cultum d. Imaginis concernerent, peragere; & quamvis quidam Sacerdos nomine Benedictus Magnonus a Cappellania, & munere Prioris ejectus, contenderet, dictos Homines Montis Jovini non potuisse eum amovere, propterea que Episcopus Clusinus vellet novum Priorem ab Universitate dd. Hominum, loco d. Benedicti suffectum expellere, & demum, sedente san. mem. Gregorio XV. d. Universitas deturbata fuerit a possessione constituendi Cappellanos, eosque ad libitum removendi, nihilominus prælaudati Homines, habito recursu ad A. C., obtinuerunt ab ipso decerni, sæpedictum Presbyterum Benedictum Magnonum potuisse a dd. Hominibus amoveri tam a Cappellania, quam a munere Prioris, eumque hujusmodi amotioni utpote valide peractæ debere acquiescere, novum vero Priorem fuisse a d. Universitate legitime electum, & ab Episcopo non potuisse a suo munere eiici, sed eamdem Universitatem manutenendam esse tam in libertate Cappellanos deputandi, eosque respective amovendi, quam in possessione aliorum jurium, quæ ei fuerunt ab Episcopo Clusino concessa, & ab Apostolica Sede confirmata, prætereaque impetrarunt, ab Innocentio X. ad primævam possessionem jurium, quæ sibi a Gregorio XV. ablata fuerant, redintegrari.

Cum autem modernus Episcopus Civitatis Plebis, cui additum fuit Oppidum Montis Jovini una cum d. Villa S. Martini, sub diem 18. Novembris 1735. Sacerdotem Thomam Ferri alterum ex Cappellanis memorati Oratorii Cappellaniæ, a qua Universitas dd. Hominum die 10. Octobris ejusdem anni eum amoverat, restituendum esse decreverit, inhibueritque eidem Universitati, ne sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ, ac Summo Pontifici reservatæ leum a sæpedicta Cappellania auderent expellere, vel quoquo modo in pacifica illius possessione divexare, aut perturbare, cumque in pastorali visitatione novissime peracta plura ediderit Decreta per extensum relata *in Summario Universitatis n.* 10., cum d. Oratoriis administrationem bonorum, & proventuum ad illud spectantium, facultatem Cappellanos deputandi, eosque respective amovendi, potissimum concernentia; idcirco dd. Homines Montis Jovini, contendentes, se libera, & absoluta potiri facultate Priorem, & Cappellanos d. Oratorii absque Episcopi approbatione deputandi, eoque in consulto, tam dictum Priorem, quam Cappellanos ad libitum amovendi, proindeque præfatum Thomam Ferri utpote legitime a Prioratu, & Cappellania amotum in Cappellani munere neque manuteneri, neque ad illud redintegrari deberi, ac præterea propugnantes, nullum ex iis, qui mense Octobris præteriti anni Administratorum munere fungebantur, affectum fuisse Censuris ab Episcopo in memorato Decreto diei 18. Novembris 1735. comminatis, tametsi eidem Decreto renuerint obtemperare, ad extinguendas omnes controversias inde exortas enixe postulant, ut Supremum hoc Tribunal, cui earum cognitio ex decreto Eminentissimi Pro Auditoris Sanctissimi remissa fuit, quatuor, quæ infra describentur, Dubia definiat.

Omisso itaque examine II. III., & IV. Dubii, quorum decisio ex peculiaribus facti circumstantiis in utramque partem exponendis desumi debet, quæque a I. Dubii resolutione plurimum pendere videtur; quod attinet ad dictum I. Dubium, in quo disceptatur, num Massarii Castri Montis Jovini possint Priorem, & Cappellanos memorati Oratorii, seu Ecclesiæ sine Episcopi consensu, & approbatione eligere, eosque, ipso inconsulto, a munere Prioris, vel Cappellani amovere, ex quatuor præsertim fundamentis

mentis tuentur, Massarii, id sibi independenter ab Episcopo competere; primo ex facultate sibi ab Episcopo Clusino jamdudum concessa, subindeque a san. mem. Leoni X. confirmata, *Cappellanum unum, seu plures ponendi, & positos, constitutos, & ordinatos removendi, prout visum fuerit expedire*; secundo ex indole, & qualitate Cappellaniarum, quæ, cum non fuerint in titulum Ecclesiastici Beneficii Ordinarii authoritate erectæ, sed ex pluribus facti circumstantiis appareant mere laicales, possunt earum Rectores absque ulla justa causa, & ad nutum amoveri, dummodo in ipsorum odium non fiat, *Garz. de Benefic. part.* 1. *cap.* 2. *n.* 88. *Barbos. de jure Eccles. univers. lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 16. *Card. de Luc. de Regul. disc.* 20. *n.* 5. tertio ex re judicata promanante a decreto A. C., quo sub annum 1611. pronunciatum fuit, memoratum Presbyterum Benedictum Magnonum potuisse ab Universitate dd. Hominum amoveri a Prioratu, & Cappellania, novumque Priorem fuisse legitime ab eadem Universitate electum, itaut Episcopus nequiret eum a suo munere Prioris expellere, sed Universitas manuteneri deberet in sua libera facultate Priorem, & Cappellanos eligendi, eosque respective amovendi; & quarto demum ex asserta veteri consuetudine, juxta quam Priores, & Cappellani fuerunt hactenus a sæpedicta Universitate absque ulla Episcopi approbatione electi, eorumque nonnulli, ipso Episcopo prorsus irrequisito, a munere Prioris, & Cappellani ad libitum amoti, uti ex pluribus actibus deputationum, & respective amotionum dd Priorum, & Cappellanorum, necnon ex nonnullorum Testium depositione satis camprobari contendunt.

Nomine Promotoris Fiscalis Curiæ Episcopalis nihil hactenus allatum est. Perpensis itaque juribus memoratæ Universitatis, partes erunt EE. VV. respondere.

I. An liceat Massariis Castri Montis Jovini eligere Priorem, & Cappellanos „ Ven. Ecclesiæ B. Mariæ d. Castri sine approbatione Episcopi, eosdemque removere, d. Episcopo inconsulto.

II. An manutenendus, & quatenus opus, reintegrandus sit ad officium „ Cappellani Thomas Ferri, *& quatenus affirmative*.

III. An Massarii exercentes Officium Administratorum de Mense Octobris „ anni 1735. declarari debeant incursi in Censuras ab Episcopo com„ minatas contra turbantes, seu removentes d. Ferri ab officio Cap„ pellani.

IV. An, & quæ Decreta per Ordinarium condita in visitatione habita sub „ diem 19. Novembris proxime præteriti sustineantur, & sint exequen„ da in casu &c.

SIGNINA CAPPELLANIÆ. Joannes Cenciarellus olim in Romana Curia Advocatus considerans, Archipresbyterum Parochialis Ecclesiæ Sanctissimæ Assumptionis B. M. V. in Oppido Gavignani Patria sua pridem erectæ non posse curæ animarum ibi degentium ob copiosum earum numerum debita deligentia incumbere, postremo suo testamento præcepit „ -- *Sess. 6. e. 1. de refor.*

„ Che, impetratasi prima da Monsignore Vescovo di Segni, e da altri „ Superiori, se sarà necessario, la dovuta permissione, doppo la mia „ morte debbano dal mio Erede nel termine di sei mesi rassegnarsi a favore „ del Cappellano, che nominerò in appresso Luoghi dodici di Monti „ della mia eredità, quali debbano stare per fondo di un' annuo, e per„ petuo assegnamento d'un Sacerdote col peso di ajutare detto Sig. Arci„ prete pro tempore nell'amministrare i Santissimi Sagramenti della Peni„ tenza, Eucaristia, Estrema Unzione, portare il Santissimo Viatico „ agl'Infermi, con fare ogn'altra funzione necessaria, e solita farsi da i

Cap-

„ Cappellani Curati &c. *deindeque ita subdit* -- Supponendosi poi, che
„ D. Domenico mio Nipote non solo sia capace di ajutare l'Arciprete
„ pro tempore in tutte le cose suddette col motivo, che quando non hab-
„ bia la facoltà di confessare, possa facilmente ottenerla, ma ancora,
„ che voglia abbracciare questo peso doppo seguita la mia morte, nomi-
„ no il suddetto D. Domenico assegnandoli il termine d'un Mese a deli-
„ berare, se intende di abbracciarlo, ed ottenere la facoltà di poter con-
„ fessare, quando già non l'abbia, e ricusando questo di assumere il det-
„ to peso, nomino adesso per all'ora il Sig D. Vincenzo Marcelli figlio
„ del qu. Domenico con dichiarazione, che debba godere il detto asse-
„ gnamento, e fare tutte le suddette funzioni fin tantochè il Cherico
„ Gregorio Antonelli si farà Sacerdote, e divenuto Confessore potrà
„ farle da se, volendo in tal caso, che tanto D. Domenico suo Fratello,
„ quanto D. Vincenzo, e chiunque lo goda, liberamente lo dimetta, e
„ lo faccia godere al detto Cherico Gregorio doppo fatto Sacerdote, e
„ Confessore.

Secuto Testatoris obitu, erectaque sub diem 8. April. hujus anni Cappellania ab eo demandata memoratus Sacerdos Dominicus Antonelli primo loco ad illam vocatus exposuit in supplici libello Sacræ Congregationi Episcoporum, & Regularium porrecto, & ab ista ad Sacram hanc Congregationem remisso manualem Cappellaniam de jurepatronatus Domus Pamphiliæ a se retineri sub onere celebrandi per se ipsum spatio sex mensium in Ecclesia S. Mariæ in Via, proindeque uti ratione hujus Cappellaniæ obstrictus moram in Urbe trahere postulavit, sibi concedi facultatem obtinendi quoque Cappellaniam a Joanne Cenciarello fundatam, substituto alio idoneo Sacerdote, qui Archipresbyterum in curæ animarum exercitio coadjuvet; cum autem Sac. Congregatio die 28. dicti mensis Aprilis rescripserit -- *Instet coram Episcopo Signino, qui procedat prout de jure*; Vicarius Generalis, coram quo d. petitionem promovit Dominicus, sese opponente Vincentio Marcelli secundo loco ad dictam Cappellaniam nominato, decrevit, eam Vincentio in exclusionem Dominici conferendam esse, mandavitque, ut in veram, & realem illius possessionem idem Vincentius induceretur.

Ab hoc itaque Decreto reclamavit Dominicus, cumque authumet controversam Cappellaniam sibi adjudicandam esse, prævio Rescripto, quo declaretur, licitum sibi fore, muneribus eidem Cappellaniæ adnexis per substitutum defungi, ac una simul contendat, nullitatis, & attentatorum vitio laborare quæcumque coram dicto Vicario gesta sunt, & præsertim possessionem Cappellaniæ a Vincentio successive captam, e converso autem Vincentius nedum validitatem, & justitiam Decreti a Vicario sui favore editi tueatur, verum etiam nulla attentatorum labe infectam esse propugnet possessionem Cappellaniæ, quam obtinuit, idcirco ad finem huic liti imponendum discutere oportet bina Dubia, quæ inferius describentur.

Sane quod attinet ad primum Dubium, difficultatis cardo in eo sistit, num Fundator controversæ Cappellaniæ ita voluerit onera ejusdem Possessori injuncta ab ipsomet adimpleri, ut inde emergat necessitas ejus præcisæ, ac personalis residentiæ in Oppido Gavignani; hac enim imposita obligatione, citra Dubium nequiret Dominicus utramque Cappellaniam retinere ob apertam prohibitionem *Text. in Cap. De multa de Præben.* innovatam a Sacro Concilio Tridentino *Sess.* 24. *Cap.* 17. *de ref.*, quemadmodum advertunt *Amostaz de Caus. piis lib.* 3. *cap.* 12. *n.*2. *& seqq.*, *Piton. de contr. Patron. alleg.* 17. *n.* 10. *& seqq.* & rescripsit Sacra Congregatio in *Anconitana Cappellaniæ* 30. *Augusti* 1710.; sed in ejus deficientiam sibi conferri debeat, secundum ea, quæ ad rem tradunt *Garz. de Benef.*

*part.*7.

part. 7. *cap.* 15. *n.* 2. *& seqq. Card. de Luc. de jurepatr. disc.* 18. *num.* 3. *Piton. de contr. Patron. alleg.* 17. *n.* 12.

Ex duplici autem circumstantia conjici putat Vincentius Testatorem voluisse, ut Cappellanus in Oppido Gaviguani resideret, ac per se ipsum munere coadjuvandi Parocho defungeretur: altera nempe, quia præfinivit eidem Dominico Antonelli terminum unius mensis, nedum ad deliberandum, utrum vellet onus illud assumere, verum etiam ad obtinendam in hunc finem licentiam excipiendi Sacramentales Confessiones: altera vero, quia in casu, quo Dominicus nollet præfato oneri se subiicere, non fecit illi potestatem substituendi alium Presbyterum, qui ipsius vices suppleret, sed jussit, Cappellaniam ad Vincentium deferri. Quibus ita se habentibus, contendit manifestum esse, quod juxta mentem Testatoris incumbat Cappellano onus exercendi per se ipsum munera injuncta; cum de cetero etiam in casu voluntatis non adeo explicitæ communiter receptum sit, legem Cappellano impositam præstandi auxiliarem operam Parocho in exercitio Curæ Animarum, atque in Sacramentorum administratione secumferre onus præcisæ, ac personalis residentiæ, *Fagnan. in cap. Ut Abbates a n.*86. *ad fin. de ætat. & qualit. Amostaz. de Caus. piis, lib.*3. *par.*11. *n.* 41. *Piton. de contr. Patron. alleg.* 27. *& seqq. tom.* 1. & alii adducti per *Rot. dec.*40. *n.* 6. *tom.* 1. *cor. bon. mem. Molines.*

In hanc rem, præter Resolutiones, quas per extensum refert *Garz. de Benef. par.* 3. *cap.* 2. *num.* 167. *& seqq.* præstat afferre Rescriptum editum in *Brixien.* in qua, exposita facti serie hisce verbis concepta: ,, Facta est ,, jam olim multo ante Concilium Tridentinum in Diœcesi Brixiensi ,, Cappellaniarum Coadjutorialium institutio in hunc fere modum; cum ,, enim aliqui Parochialium Ecclesiarum Rectores non possent soli Paro- ,, chiæ suæ muneribus plene satisfacere, instituta sunt Sedis Apostolicæ ,, authoritate in quibusdam Ecclesiis Parochialibus Cappellaniæ perpetuæ ,, vel ex Bonorum immobilium portione a Parochiali Beneficio distracta, ,, vel ex novo proventuum incremento, quod ad hujusmodi Cappellania- ,, rum institutionem, seu erectionem fidelium liberalitas fecit: suntque ,, hæ Cappellaniæ in eum finem, & cum ea obligatione institutæ, ut ,, Cappellani eas obtinentes Missas in Parochiali illa Ecclesia celebrare, ,, horis Canonicis interesse, & cetera ad curam animarum pertinentia ,, munera exercere teneantur; Neque tamen omnes hujusmodi Cappel- ,, laniæ eodem modo institutæ sunt, sed quibusdam ea obligatio ex in- ,, stitutione accessit, ut teneantur Cappellani personaliter residere, & ,, per se ipsos, non autem per substitutos, impedimento cessante legiti- ,, mo, deservire; in aliarum institutione liberum Cappellanis expresse ,, relinquitur ut possint ea munera per substitutos præstare: in aliis vero ,, non exprimitur, ut vel personaliter residere teneantur, vel ut per ,, substitutos deservire possint, sed absolute, teneantur Parochialia mu- ,, nera præstare, *disceptata fuerunt hæc Dubia* -- I. Utrum Coadjutores ,, omnes hujusmodi; quomodocumque sint Cappellaniæ institutæ, te- ,, neantur ad residentiam personalem eadem lege Concilii Tridentini ,, *Sess.* 23. *Cap.* 1. *de Ref.*: qua Rectores ipsi Parochialium Ecclesiarum te- ,, nentur. II. An saltem ab ea lege excipiantur ii, qui ex institutione ,, possunt per alium servire &c. III. Utrum Episcopus teneatur eosdem ,, Coadjutores cogere ad residentiam ex illo ipso Concilii Tridentini De- ,, creto. IV Utrum possit idem Episcopus cum aliquo hujusmodi Coadiu- ,, tore dispensare quoad residentiam personalem, *Sacra autem Congrega-* ,, *tio respondit* - Ad I. teneri, Ad II. hos dumtaxat excipi. Ad III. te- ,, neri cogere hos, sicut ipsos Rectores. Ad IV. non posse, prout nec ,, cum Rectoribus ipsis potest, ut in *lib.* 1. *Decr. pag.* 65. *& seqq.*

Præmissa respiciunt primum Dubium: alterius vero decisio pendet a facti circum-

circumstantiis utrinque enucleandis. Incumbit itaque Eminentissimis PP. decernere.

I. *An sit locus declarationi petitæ a Dominico Antonelli, & respective cui adjudicanda sit Cappellania, de qua agitur in casu &c.*

II. *An constet de Attentatis in casu &c.*

Sess. 24. c. 2. & Sess. 25. c. 9. de ref.

COLONIEN, JURIS MULTANDI. Cum Damianus Meyer Canonicus Collegiatæ Ecclesiæ S. Georgei Civitatis Coloniæ sub diem 7. Decembris superioris anni palam in Comitiis Capitularibus exprobaverit Decano ejusdem Ecclesiæ, quod nullo jure Capitularia Protocolla sibi detineret, ac plura in eis contra expressam Capituli mentem inseruisset, præfatus Decanus, ne inde Dignitas Decanalis imposterum vilesceret, & Ecclesiastica Capitularium disciplina paulatim collaberetur, die 20. dicti Mensis edidit Decretum, quo eidem Canonico Meyer salutarem hanc injunxit pœnam, nimirum „ quod per Mensis spatium ab instante „ Nativitatis Dominicæ festo incipiendum stricte penes Ecclesiam Geor- „ gianam resideret, itaut omnibus Horis Canonicis majoribus, & mino- „ ribus continuo a principio usque ad finem interesse teneretur, sin se- „ cus, aut in aliquo præmissorum deficiens, rigorosiorem expectaret di- „ sciplinam.

Adversus Decreti hujus executionem, tametsi memoratus Damianus Meyer ei acquieverit, ceteri Canonici, ne deinceps ipsorum, suique Capituli juribus ex enunciato Decreto, atque ex ista Damiani acquiescentia detrimentum aliquod illatum dici posset, & similia Decreta tam a moderno, quam a futuris Decanis fieri contingeret, appellationem in Archiepiscopali Curia interposuerunt, cumque Causæ cognitio ad Supremum hoc Tribunal ex Decreto Eminentissimi Pro-Auditoris Sanctissimi devoluta fuerit, petitur modo Dubium inferius describendum decidi.

Jura, quibus potissimum præfati Canonici contendunt, pœnam a Decano inflictam Canonico Meyer non sustineri, hæc esse videntur; primo, quod Canonicus Decanus nulla privative quoad Capitulum potiatur facultate puniendi per modum fraternæ correctionis alios Canonicos, & Beneficiatos, seu Ministros præfatæ Ecclesiæ servitio addictos in eorum munere delinquentes, sed id ad universum Capitulum pertineat, secundum ea, quæ per *Text. in cap. Quanto & in cap. Irrefragabili de offic. Ordin.* late tradunt *Scarfant. in animadvers. ad lucubr. can. Ceccoper. lib. 1. tit. 3. n. 39. & seqq. Piton. discept. Eccl. 60. tom. 3. & Rot. in Illerden. Juris multandi super negotio principali 23. Jan. 1702. per tot. cor. Muto, & in Leodien. Juris multandi 9. Jan. 1728. cor. Crescentio*, secundo, quod idem Decanus sæpedicto Decreto injuriam sibi a Canonico Meyer illatam dumtaxat vindicare sategerit, non autem eumdem Canonicum Meyer fraterne corrigere intenderit, contra juris censuram, qua cautum est, Capitulis Cathedralium, & Collegiatarum Ecclesiarum licitum esse Canonicos, ceterosque Ministros leviter delinquentes per modum fraternæ dumtaxat correctionis punire, quemadmodum cum aliis notant Doctores supra citati, & tertio demum, quia pœna eidem Canonico Meyer in dicto Decreto inflicta gravis, & immoderata sit non solum ex eo, quod Decanus ei injunxerit, ut per spatium unius Mensis omnibus Canonicis Horis tam majoribus, quam minoribus continuo a principio usque ad finem interesse teneretur, sed etiam ex eo, quod, ut asseritur, sibi reservaverit facultatem civiliter agendi contra eum, aut alios Calumniatores, cum tamen in jure certum sit, multam a Capitulis Ecclesiarum infligendam Canonicis, aut Beneficiatis leviter in suo munere delinquentibus levem esse

esse debere ; & moderatam, secundum ea quæ ad rem advertit cum aliis *Scarfan. in animadvers. ad lucubr. canonic. lib.*1. *tit.* 3. *n.* 39. *& seqq.*

At memoratus Decanus supponens, se controversam pœnam non in vindictam injuriæ sibi illatæ, sed per modum fraternæ correctionis dicto Canonico Meyer inflixisse, eamque levem, quin imo minorem esse delicto ab eo patrato, necnon summatim respondens iis, quæ pro evincenda illius injustitia nomine dictorum Canonicorum proponuntur, in id præcipue conatur, ut ostendat, se potiri afferta facultate Canonicos, ceterosque Beneficiatos, & Ministros d. Ecclesiæ extrajudicialiter pro levibus delictis puniendi privative quoad Capitulum, hoc enim posito, existimat, supradictam pœnam nec de invaliditate, neque de iniustitia posse redargui, eamque proinde sustineri debere, uti in consimili casu rescriptum fuit ab hac Sac. Congreg. in *Oriolen. Decretorum* 23. *Jan. &* 5. *Junii* 1734. *lib.* 48. *Dec. pag.* 41. *&* 120.

Ad hæc præter juris communis dispositionem, necnon ass. immemorabilem morem in nonnullis d. Ecclesiæ Statutis enunciatum, atque ex pluribus actibus comprobatum, juxta quem Decani ejusdem Ecclesiæ in exclusionem Capituli consueverunt Canonicorum, aliorumque Ministrorum delicta extrajudicialiter corrigere, eisque leves pœnas, seu multas imponere, in medium profert non solum Constitutiones in Provincialibus Conciliis sub Archiepiscopo pro Conrado editas, in quibus *cap.* 9. ita cautum habetur -- ,, Consistente autem penes Decanos Ecclesiarum potestate, ,, lege, ac gubernatione Canonicæ disciplinæ exercenda, ipsis propter ,, hoc firmiter præcipiendo injungimus, tota eos ad id niti solertia, quod ,, in Ecclesiis disciplinalis observantia vigeat honestatis, & sicubi ener- ,, vata extiterit, ipsam studeant reformare, commissam sibi excessuum ,, correctionis potestatem, & regimen sui officii taliter exequendo, ut ,, boni dispensatores in domo Domini super ejus familiam digna possint ,, commendatione censeri ,, -- & alias sub Archiepiscopo Friderico anno 1536. promulgatas, ubi *part.* 3. *cap.* 15. *fol.* 359. in hæc verba sancitum legitur -- ,, Si quis Decanus Rebelles cernat, si divini cultus, at- ,, que sui officii negligentes, si rixosos, si litigiosos &c. atque hi frater- ,, nam correctionem audire recusaverint, aget, quod jubet Paulus &c. ,, Peccantes coram omnibus arguat, tum si resipiscere nolint, arceat a ,, sacris, prohibeat participare fructus, donec ad meliorem vitæ frugem ,, revertantur ,, -- verum etiam Synodalem legem anno 1598. ab Archiepiscopo Ernesto indictam *cap.* 12. hisce verbis -- ,, Quo strictius vero ,, ea omnia observentur, mandamus Decanis, & Ecclesiarum Prælatis, ,, ut in suorum Canonicorum, & Vicariorum vitam, & mores sedulo ,, animadvertant, & quos in prædictis culpabiles ostenderint, debitis ,, pœnis coerceant ,, -- & ab Archiepiscopo Ferdinando sub an. 1612. *tit.* 1. *cap.* 2. *fol.* 10. hisce verbis innovatam -- ,, Refractarii autem per ,, suspensionem ab Ordinibus, ac officio, & fructibus, redditibus, & ,, proventibus ipsorum Beneficiorum a suis Decanis coerceantur.

Postremo in uberiorem sui assumpti comprobationem addit duo Decreta ab Archiepiscopo Maximiliano edita in Pastorali dictæ Ecclesiæ visitatione anno 1664. peracta, quorum alterum sic habet: ,, Et nisi modestius egerit, a Decano, vel Seniore exire jussus parebit, carebitque aliquan- ,, diu voce in Capitulo, aut etiam ab eodem suspendetur pro qualitate ,, delicti, & arbitrario judicio Decani, eritque in potestate Decani pro ,, rei exigentia &c. contravenientes vero voce in Capitulo ad tempus ipsi ,, benevisum privare, vel a Capitulo suspendere, *alterum vero* sub ,, cap. 7. de offic. Decani *insertum ita conceptum est*: Complectatur & ,, illos sane quidem intime, sed & castiget quem diligit, faciet id De- ,, canus debite, ac recte si in laudabilium Statutorum & consuetudinum,

„ atque horum in primis Decretorum observantiam ferventer intendat, „ in prævaricantes autem juxta canonicas sanctiones serio animadvertat; nos vero authoritati illius tuendæ nunquam deerimus, si quando „ mandatis discoli, aut inobedientes contravenire præsumpserint.

Rescripta, quæ in simili controversia ab hac Sacra Congregatione edita fuerunt, quæque ad hujus Causæ decisionem conferre poterunt, relata fuerunt in Causa Civitaten. Provinciæ Compostellanæ Juris multandi, *ubi, propositis cribus hisce Dubiis* -- I. An Capitulo competat jus multandi Capitulares, ceterosque Ecclesiæ Ministros nedum pro levibus, sed etiam pro gravibus excessibus; & quatenus affirmative quoad primam partem, & negative quoad secundam. II. An pro excessibus in Choro, Aula Capitulari, & Ecclesia dumtaxat, vel etiam extra commissis. III. An multis pecuniariis tantum, & in qua summa, *die 3. Decembris* 1735. *prodiit Resolutio* - Ad I. affirmative quoad primam partem, & negative quoad secundam. Ad II. competere pro levibus excessibus etiam extra Chorum, & Ecclesiam commissis, in functionibus tamen ecclesiasticis tantum, in quibus Capitulum procedit sub Cruce. Ad III. affirmative multis pecuniariis tantum, nempe duorum, vel quatuor, & ad summum sex ducatorum juxta casus, ita tamen ut multa erogetur in usus pios, *ut in lib. 85. Decr. pag.* 450.: Quocirca iis ponderatis una cum juribus circumferendis decidendum erit.

Ad pœna per Decanum inflicta Canonico Meyer sustineatur in casu &c.

INDEX

INDEX CONCLUSIONUM ET RESOLUTIONUM

Quæ in singulis Foliis Anni 1735., Et 1736. fuerunt adnotatæ.

A

B

Bene-

Atta-

E

Non

N

O

Ora-

Sacer

X

INDEX RESOLUTIONUM

Quæ in Causis sub annum 1735., & 1736. propositis prodierunt.

A

Cap-

20.,

D

E

F

H

I

Cle-

L

M

casu

Q

R

S

Subsi-

FINIS.

